COMMENTORVM HAYANORVM AVLAE ECCLESIASTICAE ET HORTI CRVSIANI

AD OPPVGNATÆ LEGITIMÆ PO-teſtatis & invaſi nominis propugnationem

INTER VARIAS

DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS, EARVMQVE COMMVTATIONIBVS, ET INTERPRE-tationibus, Concordatis Germaniæ, Annatis &c.

PRACTICAS RESOLVTIONES

DISCVSSORVM

à R. P. IOANNE CRVSIO è Soc. Iesv,

TRACTATVS II. TOMVS II.

CVM APPENDICE

VARIARVM QVÆSTIONVM MO-naſterium VVoltigerodanum, promiſſionem Abbatum &c. & Annum Natalem Chriſti ab Eodem reſolutarum.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud Iodocum Kalckovium Bibliopolam.

ANNO M. DC. LIII.

Cum Privilegio.

Digitized by Google

Digitized by Google

RESOLVTIO
QVÆSTIONIS VI.

In qua diſceptatur, utrum Pontifex veniat contra jus naturale & divinum, ſi Monaſteria Conventibus deſtituta alijs alterius Ordinis Religioſis vel etiam aliqua eorum bona Seminarijs ſæcularium Clericorum conferat.

F. ROmanus *allegat*, 336. allegat in *Margine* Aſtrum, dicitque *quod ego titulum hunc in odium ipſius hoc modo fallaciter propoſuerim, tum ex Aſtro omiſerim addere ex cauſa juſta & ſufficienti, vt hac ratione cauſam ipſius reddam magis odioſam.* 1. Commentum Hayanum.

Verùm cum F. Romanus non tantum de *poteſtate Pontificis* loquatur, quâ ex cauſa transferuntur Monaſteria, ſed paſſim *poteſtatem* eam, qua translationes Monaſteriorum ſine cauſa fierent, vocet *tyrannicam, diabolicam &c.* Rectiſſimè & non fallaciter quæſtio iſta à me in generalibus terminis, abſtrahendo à cauſa vel non cauſa debuit formari, quamvis in reſponſione illi termini uſui veniant, ut hac ratione reſponſio à quæſtione diſtinguatur. 2. Diſcutitur.

Deinde quæſtione illâ generatim propoſita non ullum poterit ipſi conflari odium, nec ulla invidia, quæ certè timenda eſſet, ſi propoſuiſſem, prout vult F. Romanus, *utrum Pontifex veniat contra jus naturale & divinum ſi Monaſteria Conventibus deſtituta alijs alterius Ordinis Religioſis &c. ex juſta cauſa cõferret.* Et poſtea ſubijcere vellem, illum hoc affirmare, ſed ſua F. Romano omnia relinquamus. 3.

Hæc propoſita quæſtio duobus expediebatur Capitibus, quorum priori argumenta F. Romani afferebantur, poſteriori eadem ſolvebantur.

RESOLVTIO
CAP. I. q. 6.

In quo argumenta F. Romani proponuntur.

I. F. Romanus conatur præcipuè oſtendere Pontificem atque Imperatorem contra jura naturale & divinum acturos, ſi ille hoc approbante Monaſteria morte omnium deſtituta alijs aliorum Ordinum Religioſis vel etiam aliqua ex ijs bona Seminarijs Clericorum ſæcularium, pro fundatione aut dotatione NECESSARIA conferret, quem in finem ſua vel ex FUNDATIONE Monaſteriorum, vel CONCORDATIS Nationis Germanicæ, vel Iure Epiſcoporum petit argumenta. 1.

F. Romanus *allegat* 337. eadem repetit, quæ paulò ante refutavi, addi[t]q; *allegat.* 238. diſcurſum *ipſius à me couſque extendi, quaſi docuiſſet, Summum Pontificem* 2. Commenta Hayana.

Digitized by Google

ficem & Imperatorem contra jura Naturale & divinum peccaturos, tametſi etiam ex juſta & ſufficienti cauſa Monaſterium aliquod deſtitutum (nam emortua nulla agnoſcit) ad alium Ordinem transferrent, quod nullibi ſomniarit, imò contrarium docuerit, hodieque ſentiat cum Vincentio Filiucio & Paulo Layman ambobus è Soc. IESU ib Aſtro q.2. n.19. *allegatis.*

3. Verum Theſis mea ab ejuſmodi *afficta* à F.Romano *hypotheſi* libera eſt,
Diſcutiuntur. ideoque F.Romanus advertens ſe nimium calamo indulſiſſe cœpit & ſtudet omnem invidiam in P. Vincentium Filiucium & P. Paulum Laymannum derivare, ſed fruſtra & malè, cum utrumque non ritè ad hunc caſum ap-
4. plicet. De emortuis monaſteriis jam ſæpius ipſum redargui, vt *in q. 1. Reſolut. c. 1.* videre licet, Cæterùm videamus F. Romani argumenta, ex quibus tanquā
5. unguibus agnoſcemus, qualia monſtra ad Pontificis poteſtatem oppugnandam ipſe producat.

§. I.

Argumentum I. F. Romani ad reſtringendam Summi Pontificis poteſtatem ex fundatione petitum affertur.

Dicebam ex fundatione tale ab ipſo F.Romano, *q.2.n.29.& 30. & q.3. n.5.§.quocirca.fol.*158. produci argumentum.

6. Quod ex P.Filiucio *tract.*44.*de alien.bon.Eccleſi.* petierat, nim. *quod Summus Pontifex tam ex officio, quàm quaſi ex contractu cum iis, qui bona Eccleſiæ reliquerunt, obligatus eſt* LEGE DIVINA *&* NATVRALI, *tam illis (ut addit F. Romanus* d.loc.n.19.) *fundatoribus quàm iis (addit iterum F.Romanus* d. n.19.) *Ordinibus, in quorum emolumentum relicta ſunt, non alienare, quam ut illorum voluntate*
7. *permitti probabiliter præſumi poſſit, adeo ut ſi contrariū fiat (ait idem Filiuc.* c.3.n.20.& 43.*apud F. Romanum*, q.2.n.30.& d.q.3.n 5.§.quocirca) *injuria fiat Fundatoribus, quorum voluntate legitima & rationabili non ſtatur: lædatur utilitas publica, cultuſque religionis &c. Cum inde revocentur homines à ſimilibus legatis faciendis, dum rationabiliter metuunt, id ſibi ſuiſque fundatoribus olim futurum quod aliis fieri*
8. *vident; fiat iniuria ſucceſſoribus Religioſorum* (pergit n.47.) *quæ tantò major eſt, ſi præter jacturam bonorum fortunæ, famæ quoque periculum adſit, quod tunc accidit, quando bona ita ſine cauſa transferuntur, ut detur aliis occaſio probabilis ſuſpicandi factum id eſſe vel propter ignorantiam, inertiam, inſcitiam vel propter vitam flagitioſam*
9. *ſucceſſorum*, ubi n.48. adiungit, TENERI *Summum Pontificem ex juſtitia* REPARARE *id, quod intereſt tam in fama & exiſtimatione quam bonis* TEMPORALIBUS *(præſertim) quando res eſt ſpecialiter obligata fideicommiſſo, ut eadem in ſpecie ſucceſſoribus transmittatur, ut ait n.* 26. ibid. *cuiuſmodi ſunt loca religioſis Ordinibus*
10. *fundata.* Hactenus F. Romani verba à me fideliter relata, quæ eadem ipſe *d. allegat* 338. repetit, niſi quod aliqua interpolarit & ultimū § *cujuſmodi, &c.* hic omiſerit, ut proinde F.Romanus fruſtra me hac *allegat.*338. inſimulet, quaſi ego argumentū ipſius non rectè proponam, quod ſecus ſe habet, cū ego ſæpe iiſdem aliquod pondus addam, quæ ceteroquin doctioribus nimis levia viderentur.

Per

Pergebam autem ego inde ſubſumere. At quando hæc Monaſteria morte omnium deſtituta conferuntur alijs alterius Ordinis Religioſis vel Seminarijs Clericorum, jam *primo* ipſa dicentur alienari, Omnis quippe actus, per quem rei dominium ab aliquo ad aliū transfertur, eſt alienatio *l. 1. C. de fund. dotali* Azor *part. 2. lib. 9. Inſt. moral. cap. 1.* Per ſupra dictam autem translationē à Benedictinis ad alios alterius Ordinis Religioſos, vel Seminaria Clericorū transferretur dominium Monaſteriorum mortuorum, & Conuentu deſtitutorum. Igitur &c. Deinde veniretur contra legitimam fundatorum *voluntatem*, adeoque injuria tum fundatoribus, tum eorum ſucceſſoribus, quin & fideicōmiſſarijs fieret, hisq; hæc nota inureretur, quaſi flagitioſi vixiſſēt, imò toti Ordini injuria irrogabitur ſecūdum tradita à Petro Abbat. Cluniacenſi *lib. 2. epiſt. 11. ad Math. S. R. E. Cardinalem* F. Rom. *q. 1. n. 16. fol.* 37. pro quo erroneè impreſſum eſt 57. itaque ceſſat ex parte *allegatio F. Rom.* 335. *pag.* 225. unde quando hæc Monaſteria morte omniū deſtituta à Pontifice, Imperatore approbante alijs alterius Ord. Relig. vel Seminarijs Clericorū cōferuntur, Lex naturalis ac gemiū tū divina violatur, Cōſequēter Pōtifex tenetur reſtituere Religioſo Ordini fideicōmiſſario bona, quin & famā læſam ipſis reparare. 11 12 13

F. Romanus *d. allegat.* 338. *n.* 6. addit, *quod ſi ego opiner, Pontificem & Imperatorem etiam ſine juſta cauſa contra jus divinum, naturale vel gentium in his diſponere poſſe, ut ſentire videor. Cum ajam, hujuſmodi Monaſteria deſtituta hodie, etiam non attenta fundatorum ultimâ voluntate & diſpoſitione, poſt poſitis ſacris Canonibus, juribus ac privilegijs, neglectis inſuper Concordatis Germaniæ &c. eſſe in* LIBERA *poteſtate Summi Pontificis* q. 5. Aſtr. Eclip. c. un. n. 1. & alibi, *Viderim ego quales alā fringillas.* 14 Comment. Hajan.

Verum quàm calumnioſum & falſum ſit hoc F. Romani figmentum, locus ipſe meus ſupra in *reſolut. q. 5. c. un. §. 1.* allatus redarguit, ne autem ipſe mox in falſo aliquo deprehēderetur, addit generatim alibi, ſcilicet in Utopia, ubi quæret nemo. 15 Diluitur.

§ 2.

Argumentum alterum F. Romani fundationem concernens ex Angelo petitur.

Alterum à F. Rom. *q. 2. n. 17. & q. 3. d. n. 5.* argumentum petebatur inter alios etiam ex Angelo, qui in *Conſ.* 328. *n.* 5. dicit, *impium eſt, & inhumanum facere contra voluntatem teſtatoris, etiamſi fiat diſtributio in pios uſus.* Vide etiam Petr. Anton. de Petr. in d. tract. de poteſtate Princ. cap. 8. 16

§ 3.

Tertium F. Romani argumentum ex Gregorio M. deſumitur.

Tertium eiuſdem argumentum deſumebatur ex Gregorio M. qui *lib. 7. Epiſt.* 51. ita reſcribit Secundino Epiſcopo Tauromimitano, *Querimoniam Monachorum Monaſterij Caſtellenſis oblata ab eis petitio (quæ tenetur in ſubditis ſiuè adjunctis) patefecit. Proinde Fraternitas Veſtra hæc, quæ aſſerunt, ſolicitè perſcrutari cura ſtudeat. Et ſi ea invenerit veritate ſubſiſtere, rationem tuitionis illis impendat, & Monaſterium, quod Monaſterio eorum unitum eſt* SECVNDVM CONSVETVDINEM *deputatis* 17

Digitized by Google

18 *tatu de Congregatione eorum illic Monachis provideat* ORDINARI, QUIA RA-
TIONIS ORDO NON PATITVR, UT MONASTERIUM IPSUM, ET MAXI-
ME CONTRA VOLUNTATEM FUNDATORUM AB EORUM DISPOSITIO-
NE *ad arbitrium ſuum præſertim laica perſona* SVBDVCAT, *aut aliquis ſibi in id jus*
19 *debeat vindicare*. F. Rom. q. 2. n. 7. *Quin imo ultra fatetur P. Layman.* fol 374 ju-
Commenta Hayana. ſtæ defenſionis *violari jus gentium, atq; eſſe contra naturalem æquitatem, quando pia
legata, aut quomodocunque a fundatoribus diſpoſita, ad certum uſum pium aliò* SINE
CAVSA IVSTA *applicantur F. Rom.* q. 2. n. 19. *qui in d. allegat.* 338. *n.* 5. addit (*præ-*
20 *ſertim ſi id fiat contra pacta & concordata* NATIONIS) *quibus etiam Pontifex de ju-
re naturali ac gentium obligatur, ut inquit* ibidem *Layman. fol.* 185. *&* 282. *ab ipſo*
21 *F. Romano allegatus* in Aula n. 124. *quæ concordata ſeu contractum Papa tollere, ſeu
contra illum venire non poteſt invito contrahente, ut* eodem n. 124. *citatus ait ſupradi-*
22 *ctus Filiucius. Quod ipſum* per totum Aſtrum *ſæpius F. Romanus inculcavit. Adeoque
quiſquis ſuaſerit, ut Pontifex alijs alterius Ordinis Religioſis Monaſteria Conventibus
deſtituta conferat, &* Imperator *in eam collationem &c. conſentiat, vel non impediat,
cum* poſſit, *ille Pontifici &* Imperatori *ſuadebit, ut jus naturale, diuinum ac gentium
violet. Ita F. Rom.* q. 3. & 4. Aſtri. & d. allegat 338. *inſinuat.*

§. 4.

Quartum argumentum petitur ex Adriano contra Mutationem ultimarum voluntatum.

Hinc ſequitur 4. quod per cjuſmodi voluntatum *ultimarum mutationem jus*
23 *divinum lædatur, illudque oſtendit F. Rom.* d. q. 3. n. 5. §. quocirca & q. 1. n. 60 *ex
Adriano, qui* in 4. de reſtitut. §. pro clariori, *ita apud Ludovicum Molinam.* tom. 1.
de juſt. diſp. 132. *diſcurrit. Quæ Eccleſiæ, Chriſti intuitu collata ſunt, Chriſto ſunt
collata, ſed in ſuis membris aut in ſuo myſtico corpore, eodemque modo facta ſunt Chri-*
24 *ſti, juxta illud,* quod uni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. *Et illud Chriſti*
Matth. 24. 40. *ad Paulum* Quid me perſequeris, in *membris videlicet meis.* Hæc Adrian. Ita
& de Monaſterijs argumentandum. Proinde qui aliquod Monaſterium ali-
Act. 9. 22. cui Ordini Religioſo ſubtraxerit, alijſque contulerit, ipſi Chriſto ſubtraxe-
25 rit &c. eumque in ſuis membris perſecutus fuerit. Idem docet Turrecrem.
lib. 2. de Eccleſ. cap. 113.

F. Rom. *allegat* 339. *&* 340. Multis parergis præmiſſis tandem hiſce reci-
26 tatis verbis ſubjicit, *quod ipſe per allata Adriani verba docuerat, fundationes Mona-
ſteriorum fieri Religioſo Ordini, Eccleſiæ Vniuerſali, & Chriſto Domino noſtro in mem-
bris videlicet ſuis: Ego autem ajam ipſum ijs oſtendere, quod Summus Pontifex Chriſtum
perſequatur & jus divinum lædat, ſi Monaſterium aliquod rationabili de cauſa ad ali-
um Ordinem transferat, id quod nec per ſomnium nec per vigiliam in animum ſuum*
27 *induxit. Jubetque verba ſua formalia* allegat. 235. *relegi.* ubi ait *quod ego* in præfat.
Aſtri Eclipſi n. 20. *hæc de ſe profundam.* Ad hæc ipſe F. Romanus *q. 3. n. 5. §.
quocirca. & q. 1. n.* 60. tradit, emortuorum Monaſteriorum in alios alterius
Ordi-

Ordinis Religioſos tranſlatione ipſum Pontificem, Cardinales, Epiſcopos perſequi Chriſtum, quod ſcandaloſum à *Pijs* Catholicorum auribus abhorret, *Reſpondetque* 1.*ſe* in cit. q.3.n.5.§ quocirca, *nihil horum tradidiſſe* 2.*ſe* q.1.n. 60.*nunquam cogitaſſe de vel minima perſecutione Chriſti, à Pontifice, Cardinalibus vel Epiſcopis facta aut facienda, neque textus à ſe allegati ſenſum eo dirigant.*

Verùm F. Romanus allegando Adriani verba *pro Majore* & ad eandem aſſumendo pro *Minore*, quod *Monaſteria intuitu Chriſti fundata ſint*, quid aliud concludere poterat, quàm quod verba Adriani importarent, nimirum quòd Monaſteria Chriſto fundata ſint in ſuis membris, adeoque quod illis membris quis fecerit, Chriſto fecerit, ſi membra quis perſecutus fuerit, excludendo nim. *à Monaſterijs Fundatis* Chriſtum perſecutus fuerit. Hoc telum & jaculum in Summum Pontificem, Cardinales alioſque miſſum cum videat F. Romanus ſauciare, illud ipſe revocare & cum rationabili cauſa extrahere cogitat. Atqui ſi F. Romanus ubique rationabilem cauſam in Pontifice ſupponit, qua ratione contra Pontificem alioſque clamat, aſſociatione quorundam Monaſteriorum alijs alterius Ordinis Religioſis facta, jus divinum, naturale, gentium, ac juſtitiam violari, vel *exigit* F. Romanus, ut Summus Pontifex F. Romano diſpoſitionis ſuæ factæ rationem reddat, eam ut noſter F. Romanus examinet; vel non *exigit*; ſi prius, ipſe perquam inſulsè agere convincitur; ſin poſterius, ut quid ergo incôdito clamore omnium opplet aures, jura omnia violari? Quidquid dixerit F. Romanus ubique impingit. Debuiſſet ipſe accuratius legere conſilium Vdalrici Zaſij 16. *lib.*1. atque ex eo pro Summo Pontifice, quod non niſi *juſta cauſa motus* hæc & ſimilia diſpoſuerit, præſumere. Hoc ſi ab ipſo obſervatum fuiſſet, à tam virulento calamo abſtinuiſſet. Unde patet quam frivolæ ſint F. Romani allegationes.

28 *Diſcutiuntur hæc ultima.*

29

30

31

§. V.

F. Romanus docet, Pontificem Ordinaria poteſtate non poſſe ultimas teſtatorum voluntates alterare.

Occurrebatur tacitæ noſtræ rationi ex *d. Clem. quia contingit, de rel. domi.* 32 deſumptæ, *quod Princeps ultimas teſtatorum voluntates alterare poßit*; Nam reſpondebatur, Cum Petr. Anton. de Petra *tract. de poteſt. Princip. c.* 8.*n.*20. ita inquiente *Non poteſt princeps de poteſtate ordinaria alterare ultimas voluntates, & c.* 17.*n.*3. *Princeps non poteſt derogare teſtamentis, quia ſunt de jure gentium. Et licet multi velint, quod ex* CAVSA *poßit hoc facere Pontifex, cum clauſula non obſtante; tamen Fulgoſius rectius ſentit* ibidem TENENDO CONTRARIUM. *Quod* totum permittit F. Romanus nihil ad illud notando.

§ VI.

F. Romanus negat hic dari juſtam alterationis teſtamentariæ cauſam.

Unde afferebatur alia inſtantia, quod quotidie ſervetur contrarium juſta 33 cauſa ſubſiſtente &c. Dyn. *in reg.* 23. *de R.I. in* 6. ubi citat Pan. *in c. ſignificaſti de Elect.*

34 *Elect.n.8.* Felin. Ioann. Fab. At CONTRA opponebatur *hoc in caſu non dari juſtā cauſam* ſubſiſtentem F. Rom. *q.2.n.8. & q.3.n.3. &c.* quare hoc in Caſu noſtro Pontif·x non poterit Monaſteria Benedictinis fundata, alijs alterius O·dinis Religioſis vel Seminarijs conferre. F. Rom. *tota q.2.* Cum non poſſit SINE IUSTA SVBSISTENTE CAVSA ultimas teſtatorum voluntates commutare, q·in etiamſi cōmutaret, ſolus Papa, de plenitudine poteſtatis commutaret, Roderic. *tom.2. qq. regular. q.126. art.9.* F. Rom. *q.2.n.21.*

§. VII.

Idem F. Romanus conatur oſtendere hic non dari Epiķiam.

35 Afferebatur, quod ſi quis reſponderet cum P. Laymanno, per ejuſmodi translationes non fieri *fundationum mutationem*, ſed benignam tantum *inter-*
6 *pretationem per Epiķiam*, F. Romanus *q.2. Aſtrin.21.* reponat, illum graviter er-
“ raturum; quia *Epiķia* ſeu interpretatio hic locum non habet. Nam *Epiķia* ſeu
“ *æquitas* eſt virtus inclinans ad recedendum à verbis legis quando ob univer-
“ ſale bonum lex deficit à recto, ut intentioni legislatoris nos accommode-
“ mus Leſſ. *lib 2. de iuſt. c.47. dub.9. n.68.* Nam ſæpe caſus incidunt, ut ait idem,
“ *n.63. in* quibus malum eſſet, verba legis ſequi. *v.c.* LEX EST, Depoſitum eſſe
“ reddendū, accidit autē, ut quis gladiū depoſitū repetat, cauſâ pugnandi cum
“ inimico, non eſt parendum verbis legis, ſed contra faciendum, hoc igitur eſt
“ officium hujus virtutis, quæ Græcis *ἐπιείκεια*, Latinis *æquitas* dici poteſt,

37 Hæc F. Rom. *q.2.n.22.* At quis aſſerere audebit verba ſeu literas Fundatorum in Monaſterijs eidem Ordini Religioſo fideicōmiſſario reſtituendis hodie deficere à recto, ſeu ut loquitur S. Thomas *2.2.q.120.a.1.in o.* eſſe contra æqualitatem juſtitiæ, & per receſſum à verbis intentioni Fundatorum nos melius accommodari. Igitur &c.

38 2. *Deinde* quia *interpretatio* tunc locum habet, cum *legis verba* ambigua vel obſcura explicantur, vel ſi aliàs ex ea ſenſus abſurdus naſcatur, vel lex ſit ne-
39 ceſſario ad incommodum trahenda, ut docet Bart. *in l. Benignius ff. de LL.* Azor *part.1. lib.4. cap.15. & 16.* Atqui fundatorum verba ſunt expreſſa, non obſcura, nec ambigua pro antiquis Ordinibus &c. Igitur illa conjecturis per *interpretationem* non evertenda, per not. *q.2.n.17.* Nec tacitæ interpretationi, fatente ipſomet P. Laymanno *fol.361.* locus eſt, ſi in contrarium adſint verba expreſſa *d.q.2. Aſtri.n.22.*

40 3. Tum quia quando legata ad unum pium uſum facta, in alios uſus etiam pios convertuntur, minimum *voluntas* teſtatoris *objectiva* mutatur, F. Rom. *q.3.n.3.* Ergo etiam quando Monaſteria uni Ordini ex fideicommiſſo obligata dantur alteri Ordini vel Seminario Clericorum, voluntas teſtatoris ſaltē objectiva mutatur, conſequenter ubi datur Mutatio, *interpretatio* locū nō habet, cū ſibi opponantur etiā à P. Laym. *q.2. præambula fol.22.* *Mutatio, inquiente,* infert aliquid contrariū volūtati Defuncti aut fūdatoris: *Interpretatio* autē infert aliquid, quod d. voluntati nō contrarium, ſed potius eſt conſentaneum.

Quod

Quod vero Monaſteria mortuo eorum conventu ex ultima teſtatorum voluntate & fideicommiſſo alijs eiuſdem Ordinis veniant reſtituenda ſupra probatum.*q*.3. 41.

Et confirmatur;quia hoc ipſum arguunt ipſa teſtatorum *verba*,quibus Monaſtica bona Ordini reliquerunt. Nam verba *transeant, deveniant, ſerventur*, Cephal. *Conſ*.478.*n*.32.33.35. *volo* Cephal. *Conſil*.477.*n*.5. aut nomen collectivum *Familia* ſcilicet,cui relinquuntur Cephal.*d.Conſ*.478.*nu*.36.ſignificant fideicommiſſum inductum Cephal.*d.loc*.& quidem quando nomine collectivo *familia d*. Monachis bona relicta ſunt, veniunt Monachi omnes gradarim & ordine ſucceſſivo,ita vt quamdiu aliquis ex familia ſupereſt, illi ipſa debeantur, ſintque reſtituenda Dd. apud Simonem de Prætis *de interpret.vlt.vol.li*.3.*ſolutione* 9. vnde etiam reliqui de Ordine dicuntur habere ſpem probabilem Petr.de Petra de *poteſt.princip.cap*.32.*n*.1. Adeoque quando Monaſteria emortua non reliquis ex eodẽ Ordine, ſed alijs alterius Ordinis conferuntur,utrique *mutatur* voluntas *teſtatorum*, ſiquidem contra voluntatem *teſtatorum*,reliquos eiuſdem Ordinis Monachos ex fideicommiſſo vocantium venitur. 42. 43.

§§. VIII. IX. X.

Pontifex non ordinaria,ſed abſoluta poteſtate ultimas teſtatorum voluntates immutare dicitur F.Romano.

Quærebatur quâ *poteſtate poſſet* Pontifex *teſtatorum voluntates mutare*, Et reſpondebatur ex F. Romano, *Pontificem non ordinaria, ſed abſolutâ plenitudine tantum poteſtatis id poſſe*? quia per iſtam translationem contra & ſupra ius (quo iubentur ultimæ teſtatorum voluntates eſſe ratæ) ageret:2. quia alijs eiuſdem Ordinis ius ſuum & dominium ſaltem ſubalternum auferret,quod facere nequit nudâ interpretatione,vel ordinaria poteſtate, ſuppoſitis noſtrorum locorum circumſtantijs Roderici.*Tom*.1.*qq.reg.q*.126.*a*.9.F.Rom. *q*.3.*n*.3.ſed opus eſt grauiſſima cauſa,Cum princeps ſine cauſa contra ius naturale nihil poſſit facere. Innoc.IV. *in c.quia plerique.de Immun.Eccleſ*. Nec poſſit ius naturale aut diuinum relaxare, vel ſi relaxauerit, relaxatio non valeat.Azor.1 *inſt.moral.lib* 5.*n*.15.*Et par*.2.*lib*.6.*c*.12.*q*.7. idque maximè in hoc caſu noſtro,ubi nulla ſubeſt cauſa, quæ alioqui debet eſſe vrgentiſſima *d.n*. 5.*verſ ſed inſuper ait*. 44. 45. 46.

9. Nec obſtat quod Pontifex liberam habeat in beneficijs adminiſtrationem,Nam licet ipſe non aſtringatur ullâ lege humanâ, diuinâ tamen & naturali manet alligatus, ideoque & in his relictis *Familiæ* Benedictinæ, ſuperior princeps aſtrictus eſt,lege diuina & naturali,licet humanâ eſſet exſolutus. 47.

10. Ex dictis colligitur, quod ſi Monaſteria huius Ordinis emortua transferantur in alios alterius Ordinis religioſos veniatur contra jus naturale & gentium. Cum jure naturali nemini citra ſuum factum & ſine cauſa 48.

Digitized by Google

dominium teſte F.Rom.*q.3.n.5.*& Poſſeſſio.*q 4.aſtri.n.50.* ſint auferenda.per
glo.*in c.inter quatuor.de major & obed. verb. praiudicium & tit.ut lit.pend. & l.ſi
quis in tantam.C.unde vi.l.2.C.ſi per vim vel alio modo.* Atqui Pontifex Monaſte-
ria emortua alijs alterius Ordinis religioſis ſine juſtâ cauſa(*qua hic oſtendi ne-*
49 *quit*)citra factum Benedictinorum, vtpote qui reclamant, conferendo au-
ferret Religioſis Benedictinis,pro quibus ea Monaſteria FVNDATA ſunt,
Dominium & poſſeſſionem. Igitur Pontifex illa translatione Monaſterio-
rum emortuorum ageret contra jus naturale &c.

§. XI. XII. XIII.

F.Romani argumenta ex Concordatis Germania petita proponuntur.

50 Deinde ex *Concordatis Germania* ſeu ex contractu d.bona emortuorum
Monaſteriorum debentur Ordini,adeoque ex jure naturali ac gentium *l.ju-
riſgentium.7.ff.de pact* P. Layman. *fol.185.juſt.defenſ.* Atqui jus gentium non
tantum privatos quoad contractū & obſervationem obligat *d.l.iuriſgenti-
um.*Sed etiam Papam & Principem, qui hoc in genere quaſi privati haben-
tur. *d.q.3.aſtri n.5.*ex Reginal.*lib.13.c.9.n.168.* Azor. *tom.1.lib.8.cap.11.q.1.*
Vnde Rebuff. *tract.nominat.q.18. n.6.* tradit, contractus ligare Papam &
Principem,imo ipſum Deum, vt *text. & ibi* Bart. Ita F.Rom.*d.q.5.n.5.* & hic
51 *allegat.338.n.5.* tradit, quod *Pactis & Concordatis Germania etiam Pontifex de
iure naturali ac gentium obligetur,ut inquit Laym.*in iuſt.defenſ.fol.185. & 282. *à
ſe allegatus* in Aula.n.124.*qua Concordata ſeu contractum Papa tollere, ſeu contra il-
lum venire non poteſt,invito contrahente,ut* eodem n.124.*citatus ait ſupradictus Fi-
liucius.* Proinde ſi Monaſteria emortua non alijs eiuſdem,ſed alterius Ordi-
nis Religioſis conferret Pontifex,veniret contra jus gentium ac naturale.

52 12. *Confir.1.*quia in Concordatis Germaniæ refertur totum *c.ad Regi-
men.Benedicti XII extravag.de prab.& dign.* ideoque ſimul in Conventionem
eſt deductum, ut ad quarumlibet Eccleſiarum & Monaſteriorum admini-
ſtrationem aſſumantur *viri Idonei.* Atqui alij eiuſdem Ordinis Religioſi ſunt
Viri Idonei & habiles ex fundatione, non verò alij alterius Ordinis. Cum hi
prius ſint qualificandi F.Rom.*q.4.n.50.fol.192.q.7.n.22.fol.277.& q.3.n.5.
§.ex quibus.fol.162.* Igitur &c.

53 13. *Conf.2.*Quia in d.Concordatis convenit Pontifex,ut dicat, *Placet
nobis quod in Monaſterijs immediatè ſubiectis Sedi Apoſtolica fiant Electiones &c & ſi
Canonice fuerint,eas confirmabimus &c.Cateris verò dignitatibus & beneficijs quibuſ-
cunque ſacularibus & regularibus vacaturis &c.jure ordinario provideatur per illos in-
feriores,ad quos aliàs pertinet.* Atqui inferiores non poſſunt Monaſterijs provi-
dere, de alijs,quàm qui iuxta fundationem idonei ſunt,quales ſunt Religio-
ſi eiuſdem Ordinis,non verò alterius;Cum hi prius ſint qualificandi *q.7.n.
22.& q.3.d.n.5.§.ex quibus.* Ergo ſi inferiores non conferant Monaſteria ido-
54 neis ex fundatione, ſed alijs ; venient contra d. Germaniæ Concordata;
Conſequenter jus naturale ac divinum lædent.F.Rom.*q.3.n.5.*

§. XIV.

§. XIV.

Ex P.Romani mente,ſi Monaſteria Conventibus deſtituta darentur alijs Religioſis alterius Ordinis,jus naturale & divinum læderetur.

Ex quibus præmiſſis videtur inferendũ,& à Pontifice & ab Imperatore jus 55
naturale ac divinum læſum iri,ſi alijs alterius Ordinis Religioſis Monaſte-
ria morte omnium deſtituta conferantur. A Pontifice quidem ipſa collatio-
ne alijs alterius Ordinis Religioſis factâ.F.Rom.*q.3.Et in horti appendice, pa-*
*radox.*20.*n.*50.ex Cenſura P.Laymanni 26.§.*fin.*ubi dicitur,*ſi diſpoſitio vel col-*
latio beneficij juxta Nationis Concordata ad alium pertineat, quod Romanus Pontifex
derogare nõ ſoleat.imò nec iuſtè poßit,per ſe & ordinarie loquẽdo;ſubſumit. Atqui diſpo-
ſitio vel collatio beneficij dignitatis Abbatialis in Monaſterijs, Apoſtolicæ Sedi immediatè
non ſubiectis & vacantibus,iuxta Nationis Concordata ad aliũ ſuperiorem devolutionis
pertinet(ut in Aula &c.& alibi fuſe *demonſtratum.*)*Igitur Romanus Pontifex tali-*
bus derogare non ſolet,imò nec juſte poteſt;Et conſequenter talia Monaſteria deſtituta &
vacantia alið transferri IVSTE NON POSSVNT.&c.

Ab Imperatore vero,quod uti advocatus Eccleſiæ, neglectâ fide datâ 56
ac Sigillis, quin & juramento à ſe præſtito contra collationem & transla-
tionem ejuſmodi Monaſteriorum non veniat,ſed permittat,*contra l.cum quis*
ff.de dol.vt juſtæ fundationis ijs,pro quibus factæ ſunt, non relinquantur. F.
Rom.*q.ſua 4.n.*12.50.cum Princeps *ex d.l.Cum quis.*debeat ſe adverſantibus
pro conſervando jure ſuorum ſubditorum opponere. Vivian.*in c.in Eccleſia*
de major.& obed.

F Romanus allegat 338.idem hîc;quod jam ſupra initio fuit relatum, re- „ 57
coquit;proinde quod ibi monuimus,hûc non eſt repetendum. „

Quod in *Paradox* 20.*appendicis n* 30.addit,quaſi P.Laymannus priori- „ 58
bus à ſe *ex Cenſura* 26.§.*fin.traditis* mox ſibi contradiceret,*obverſoque tergo,mox* „ *Alia*
oppoſitum inclamaret. Quod verò ad hæc,*inquiens*,ab Hæreticis recuperanda „ *Com-*
Monaſteria attinet, frequenter quidem inculcat Aduerſarius, Religioſos „ *menta*
eos,de quibus nobis ſermo eſt,jus quæſitum habere, atque translationem „ *Hajan.*
ad alium Ordinem,piamve cauſam, Concordatis Germaniæ repugnatu- „
ram.Ut proinde à Rom. Pontifice unà cum Cæſare abſque grauiſſima & „ 59
rariſſima cauſa fieri non poſſit;*Sed* HÆC OMNIA FALSA ESSE PRONVN- „
CIO.*At legum Conditores pronunciant,non expoſitores, quorum eſt erubeſcere ſine lege* 60
loqui,quippe quorum dicta non plus probant,quam leges,Canones,ac rationes ab ipſis ad-
*ductæ.Euerhard.*ab Author.n.12.*citans Archid.* in c.nolite timere.11. q.3.per
text.in c.ego ſolis,diſt.9.*apud me*,q.7.Aſtri Eclip. c.2.n.8.*Layman igitur, nihil*
probando ſurdis loquitur.

At econtra relata à P.Laym.non *oppoſita*,ſed *diſparata* ſunt,ut patet ad ocu- 61 *Diſcuti-*
lum, *untur.*

lum,ideoque fruſtra laborat F.Rom.Deinde negat P.Laymannus aſſertum F.Romani,unde non ipſi Laymanno *negantı*,ſed *aſſerenti* F.Romano incumbit probatio.*l.2.ff.de probat.& ibi Doct.*tum falſum eſt,quod ſoli legum cōditores pronuncient, cum etiam *iudices* & *arbitri* dicantur pronunciare *Clem.*
62. *ſæpe* §.*utriq̨. de. V.S.c.1.de arbitr.lib 6* Ita privati dicuntur pronunciare,quod viva voce proferunt *l.1.§.1.ff.ad Turpill.l.1.§.cum quodam ff.de quæſt.l.1.de re jud.* Vide Rebuff ad l.*pronunciatum 46.ff. de V.S.* qui tamen non ſunt legum conditores.Ita hic F.Romanus ſine lege loquens erubeſcat.

§. XV.

Num Imperator alteri iniuriam per aſſignationem Monaſteriorum inferret?

63. Quando *obijciebatur*, quod Imperator hoc caſu nihil ageret, quo alterius jus læderetur: ideoque nulli faceret iniuriam. *Reſpondebatur*, quod *du-*
64. *pliciter* alteri injuria inferri poſſet, 1.*Commiſſione.* 2.*omiſſione* F.Rom, *q.3.in princ.*ex Leſſio *lib.2.de juſt.c.7.dub.1.n.4.* Quare licet Imperator hoc *caſu* poſito nihil committat; tamen quia *omittit* defenſionem Eccleſiæ ex jure naturali debitam,illi injuriam contra jus naturale inferret.

§. XVI.

Num jus Annatarum læderetur,d.Monaſteriorum translatione.

65. Adducebatur *tertium* probationis *principalis caput*, nimirum,quod ſi alijs alterius Ordinis religioſis conferrentur Monaſteria morte omnium deſtituta,lædendum eſſet jus Iuriſdictionis Epiſcopi F.Romanus.*q.4.n.51.* §.*Reſpon.3.verſ.ſanè*, proventus Epiſcopales, Annatæ intervertterentur. F. Rom. *q.6.n.4.*& maxime *n.30. &c.* conſequenter jus naturale læderetur.

§. XVII.

Concluſio generalis F.Romani ex decimo decalogi præcepto.

66. Dicebam denique ex his omnibus concludi à F.Rom. *q.2.n.25.* tradente illam *translationem Monaſteriorum* morte omnium deſtitutorum pugnate cū illo Decalogi præcepto.*Non concupiſces rem proximi.* Annon;inquiens, *rem proximi* ſui deſiderat, qui hæreditatem proximo ſecundum ſacra & profana jura,fundationes & concordata,adeoq; ſecundùm omnem juſtitiam, debitam concupiſcit? an non *rem proximi concupiſcit*, qui jus Epiſcopis,alijs Prælatis in Monaſteria etiam per pacta ſpecialia & concordata quæſitum, & *annatas* adeoque *proventus Epiſcopales* concomitanter, quin(ut addit *q.6.n.27.*)ipſam Epiſcopis Iuriſdictione omnimodā auferre conatur?ſi neget,jā in
67. *Decalogi* mutilatione cōſentit;ſi affirmet(vti debebit)certè hæc ipſa *concupiſcen-*

Exod. 20. *Deuter. 5.*

centia labes eò grauior eſt, quò magis eæ Monaſteriorum exſtinctiones aliiſque falſis prætextibus contra natiuum veritatis colorem feruntur, ſed neque maioris boni vel converſionis Germaniæ prætenſio delictum hoc attenuat. Docentibus enim totum mundum, non eſſe redimendum unicâ of- 68
fenſione Dei veniali, exprobrandum foret merito, ſi Germanicæ provinciæ angulum publicâ *Decalogi* violatione reſtituere vellent; ſicut igitur non licet adulterare fornicari, vel furari ad maiorem Dei promovẽdam gloriam, ita neque *Concupiſcere rem alienam.*

F. Rom. *allegat* 341. dicit, *quod ipſe nunquam dixerit, translationem (quæ* 69
eſt actus Summi Pontificis) ſed concupiſcentiam rei alienæ, (quæ teſte Paulo Laymanno *Alia commẽta Hayana. Iuſt. defenſ fol. 392.*
eſt Ieſuitarum) decalogo repugnare, imò non ipſe ſed alius aliquis iſtud citato loco dixiſſet. &c. ſuggerit autem ipſi dictum Apoſtoli 1. Theſſal. 4. v. 11. & 12. *Rogamus vos fratres vt abundetis magis & operam detis, ut quieti ſitis, & ut veſtrum negotium agatis, & operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis: & ut honeſte ambuletis ad eos, qui foris ſunt, &* NVLLIVS ALIQVID DESIDERETIS & illud 1. Petr. 4. *ſi exprobramini in nomine* IESV, *beati eritis, quoniam quod eſt honoris, gloriæ & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus ſuper vos requieſcit, nemo autem veſtrum patiatur, ut homicida aut fur, aut maledicus, aut* ALIENORVM APPETITOR, ſatis enim divitia- 70
rum eſt, nihil amplius velle, *ut ait Quintilianus*, & beatus eſt *Auſonio teſte*, non qui habet, quæ cupit, ſed qui nõ cupit, quæ non habet: Optimus autem moderator *cupiditatis* eſt pudor, qui ubi exulat, ibi & virtus exulat, *ſed ego accep-* 71
tatis pedibus craſtinum roſtro corvi reſignem, hodiernum mihi reſervans, id quod in Societate tãto fœdius eſt, quantò ſe præ cæteris viros Apoſtolicos paupertatis profeſſores juratos ſaluti animarum procurandæ doctiſſimos & ſtatus religionis perfectiſſimæ ſectatores eſſe profitentur. Vid. *allegat.* 239. ubi dicit, *quod non loquatur, de Societate acceptrice à* 72
ſuperioribus legitimè collatorum, *ſed de concupiſcentia non conceſſorum monaſteriorum; eò quod faſſus fuerit Layman.* Patres Societatis deſiderate bona monaſteriorum (*addit F. Romanus*) tunc nondum habitorum. *De hoc deſiderio dixerat,* 73
ſe illud non adſtruere, ſed aſſertum diſcutere: porrò *aiens* ſuppoſito ſupra nominato *deſiderio*, (*quod non adſtruimus ſed aſſertum diſcutimus*) *quò feruntur nonnulli deſiderare bona monaſteriorum, quidam inferebat, in Decalogum per illud offendi, videlicet* non concupiſces rem proximi tui *&c. ſubiunxerit poſtmodum, hoc peccatum à Laymanno & Forero negari, eorumque argumenta, quibus id negant, in* 74
medium attulerit, eaque ſolverit, non aſſerendo Societatem in Decalogum impingere. ſed negando illam iis rationibus ab imputata ſibi per alium violatione Decalogi ſufficienter extricari. Id quod ab allegatione meâ toto mari differat, qui cum ſociis hac ratione in alto cano defixus hæream.

Hanc eandem concupiſcentiam pluribus iterum exaggerat F. Ro- 75
manus *ſub allegat.* 479. *tit. ſepulchra Concupiſcentiæ*, ac tandem *ſub n.* 13. *ibidem* ſubjicit, *VVeſtphaliæ nuperrimè mitigauit, non virtus. Monaſterij, Monaſteriorum clauſa eſt janua, ubi plura viſuntur concupiſcentiæ ſepulchra, quàm irritamenta. &c.*

 Verum

76 Verum F. Romanus quomodo pudore exuto cum damnato *Alphonſo Vargas*, contra manifeſtam veritatem lectori imponat, inde patet, quod dicat ſe impetere non *translationem Monaſteriorum*, ſed *concupiſcentiam rei alienæ*,

77 quam P. Laymannus *fol.* 392. dicat eſſe Ieſuitarum. Audiamus igitur P. Laymannũ ita loquentem. *Ad has calumnias dico* 1. *Patres Societatis* ALIENA BONA NON APPETERE *cum bona & Monaſteria, de quibus ſermo, vacantia ſint & in nullius hominis jure atque Dominio: ſed neque ea ipſi appetunt*, NISI SVMMORVM CAPITVM NVTV ET AVTHORITATE IPSIS OFFERANTVR. NB. HAC CVM CONDITIONE *Patres Societatis deſiderant bona Monaſteriorum, non propter ſe, ſed ut ſint in ſuſtentationem plurium ad fidei Catholicæ propagationem in Germania incumbentium*. Hactenus Laymannus.

78 Vnde patet 1. abſurdum, quod F. Romanus *deſiderium bonorum vacantium*, ut à ſupremis capitibus Societati *oblatorũ* contra omnia grammaticorũ dictionaria cum damnato *Alphonſo de Vargas in cap.* 44. nominat *concupiſcentiam rei alienæ*, Cũ concupiſcentia rei alienæ ſumatur in malam partem *c. nã concupiſcentiam de conſtit.* & ibid. Hoſtienſ. Alberic. de Roſat *in d. dition. verb.*

79 *concupiſcentia*. Deſiderium vero bonorum à ſupremis capitibus oblatorum ipſo F. Romano hic teſte non ſit *malum*, ſed *bonum*, cum & ſubordinatum juſtæ ſuperiorum voluntati. Hinc quando F. Romanus hoc *deſiderum* appellat *concupiſcentiam rei alienæ*, ex numero eſt eorum, qui *dicunt bonum malum*. Eſaiæ 5. *v.* 20. & quando hic locum Laymanni allegat, hoc ipſo concedere debet, ſe *oblatorum* à Summo Pontifice & *Cæſare Monaſteriorum Translationis deſiderium* & acceptationem vocare *concupiſcentiam rei alienæ*. Quod ex propria ipſius confeſſione perperam fieri jam vidimus, &c.

80 2. Quod cum hæreticis contra S. Auguſtinum, *in c. ſi de rebus & c. quod autem*, 23. q. 7. dicat eſſe *concupiſcentiam rei alienæ*, ſi Eccleſia cupiat poſſidere, quæ perſecutores ipſius hæretici tenebant. 3. quod abutatur loco Apoſtoli.

81 1. *Theſſal.* 4. *v.* 11. 12. eum, qui agit de ſæcularibus Chriſtianis detorquens contra Clericos, eoſque Sacerdotes, quaſi *labore manuum ſuarum debeant quærere victum ſuum*, &c. *Et quod* de *deſiderio* ibi loquitur S. Paulus potius contra F. Romanum, militat, quia S. Apoſtolus cit. loc. vel ita accipitur, ut velit à Theſſalonicenſibus deſiderari, quod eſt nullius, tunc hoc caſu noſtro deſideratur & quidem ex voluntate ſuperiorum offerentium quod eſt nullius,

82 ut fuit oſtenſum. Vel ita intelligitur, ut nolit à Theſſalonicenſibus deſiderari quod eſt alicuius, tunc ſubintelligendum erit, modo illicito. Cæteroquin abſurdum ſequeretur, nam eleemoſynas petendo, an non alicujus aliquid deſideratur. Et tamen nemo prudens ejuſmodi *deſiderium rei alienæ concupiſcentiam* dixerit? Num F. Romanus eleemoſynarum deſiderium dicet, concupiſcentiam rei alienæ, *in Decalogo* prohibitam? Apage cum huius-

83 modi nænijs. At qui hoc in caſu noſtro nihil deſideratur, *quod ſit alicujus*, nedum

dum

dum *modo illicito* deſideratur. Cum tantum quod vacans, nulliuſque eſt, atq; quod à ſupremo capite Summo Pontifice, in Eccleſiæ utilitatem diſponẽte offertur, cum gratiarum actione acceptetur. Quod nemo ſanæ mentis *cõcupiſcentiam rei alienæ*, interpretatus fuerit.

4. Male huc applicatur 1. *Petr.* 4. prout infra oſtendetur, quia hic non datur alterum. 84

5. Quod de craſtino & hodierno ſuperius eſt allatum, calumnia eſt, num quia Apoſtoli, Franciſcani & Minores de hodiernis & non de craſtinis ſolliciti, ideo ipſi paupertatis religioſæ perfectioni contrarium aliquid agunt?

6. Quod eiſdem errorum nebulis involvitur *allegat.* 239. in abſurdo 1. diſcuſſimus. 85

7. Quia F. Romanus alterius, qui calumniatus eſt Societati, Verba non reprehendendo ſed diſcurſu ſuo approbando, ſua ipſe fecit, ideo æque calumniarum tenetur, per *l. nu. c. de libell. famoſ.* 86

8. Quod de *concluſione Monaſterij VVeſtphaliæ* affert, ipſe ſibi reſpondet, *in hiſtoria Germaniæ ſub allegat.* 73. *relata in reſolut. q.* 2. *ſect.* 3. *c.* 5. *n.* 7. Quin etiam nouit ipſe melius, quod ſit filiorũ Eccleſiæ & ouiũ, vocem Paſtoris non mercenarij audire *Ioan.* 10. *v.* 2. *& ſequent.* Neque Paſtori *præſcribere*, quid ipſi in rerum Eccleſiaſticarum diſpoſitione ſit agendum, *c. oues* 2. *q.* 7. *c. oues* 6. *q.* 1. Dicebat S. Apoſtolus. *Ego cum venero, omnia diſponam* 1. Cor. 11. v. 34. non dicebat *ego à vobis ſecularibus accipiam præceptum, ut quod mihi faciendum imperetis.* Scit etiã F. Romanus, quid ſua Sanctitas declarauerit, cujus paterno *imperio* reluctari, non eſt filij obedientis. Nouit F. Romanus Spiritum Sanctum præpoſuiſſe Epiſcopos, non Politicos, non laicos, *qui regerent* Eccleſiam *Act.* 20. 28. Epiſcopis tanquam *ſuis præpoſitis obedire docet.* Heb. 13. 17. Deniq; quod ratione *concupiſcentiæ* cum hæreticis ingeminat F. Romanus, illud *in tractatu noſtro* 4. *cum S. Auguſtino in c. ſi de rebus, &c. c. quod autem* 23 *q.* 7. videat refutatum, nec invideat, quod à Summo Pontifice, Cæſare ex hæreticorum manibus ereptum bonum Eccleſiaſticum alicui Religioni fructum facienti in uſum pauperum Chriſti & Eccleſiæ impendatur. 87 88 89 90

§. XVIII.

Exempla quædam à F. Romano allata, eorum, qui bona Eccleſiaſtica aliorũ occuparũt.

Dicebam quod F. Romanus *q.* 3. *in fin. pluribus exemplis* conaretur docere, ejuſmodi Monaſteriorum translationem Deo diſplicere 1. *Quare etenim Ottonis II. circa annum* 982. *à Sarracenis & Græcis, contra quos duxerat, deletus exercitus, occiſis Idib. Iulij. Henrico Eccleſiæ Auguſtenſis Epiſcopo, aliiſq́, compluribus Epiſcopis & fortiſſimis militibus. Vdone Gebehardo, Gunthero, Bertholdo, Ottone Duce & VVernero Abbate Fuldenſi, vix ipſe Imperator enatans à nautis ignaris captus tandem Romam redux mœrore interijt.* 7. *Id. Decemb. Anno* 983. *niſi quod vindictam ſenſerit divinam, eò quod nimio erga Hiſilarium alias Giſlerum Epiſcopum* 91

92 *pum Merſburgenſem(qui S. Adalberto Archiepiſcopo Magdeburgenſi circa annum* 980.
defuncto in Archiepiſcopatu ſuccenturiatus fuerat) placendi ſtudio , Epiſcopatus Merſ-
burgenſis bona S. Laurentio à parente ſuo Ottone I. in victoria laudem & gratiarum
actionem oblata,& donata ad Magdeburgenſem Epiſcopatum tranſtuliſſet. Ita Lam-
bert. Schafnab. *ad ann.* 981. Et Marian. *ad ann.* 982. Et ſic *S. Laurentius* de-
93 ſtinationem cathedræ ſuæ *Merſburgenſis* vltus eſt , ſicut prius cuidam Epiſ-
copo ſecundum quietem monſtrauerat, ſe ulturum, idquè *Ottoni. II.* nar-
rari imperauerat, ut author eſt iſtius *ætatis, qui* S. Adalberti res geſtas con-
ſcripſit apud Surium *Tom.* 2. *die* 23. *Apr.* Quam translationem ideo poſterio-
94 ribus annis correxerit *S. Henricus* Imperator , Epiſcopatumque ſuo priori
reſtituit loco, vt videre licet apud D. Cuthſemium *in ſua Saxon. Catholica e-*
dita Colon. Anno 1621. *fol.* 60. F. Romanus. *q.* 2. *n.* 27.

De Eccleſia Merſburgenſi.

95 2. Deinde ut *in pia* tradit P. Raderus *Bauariâ* , no[...] *VVernerus Ar-*
gentinenſium Antiſtes irati numinis vindicem ſenſit manum, quod *Hirſaugienſe*
Monaſterium invaſiſſet, ait etenim P. Raderus. VII. *VVilhelmi anno Hirſaugiē-*
ſis præfectura, Chriſti verò 1075. *cum Borbetomagi* (Wormatiæ) *apud Vangiones Hen-*
ricus IV. Cæſar jam à Gregorio VII. Anathemate fulminatus, à piorum cætu eſſet exclu-
ſus, conventum principum & 24. *Epiſcoporum indixiſſet, pleriſq; Cæſari obſequentibus,*
Et Pontificem ipſum virum Sanctum & Innocentem damnantibus & exauctorantibus,
Wilhelmus, (Abbas Hirſaugienſis) *quamuis Hērici Regis litteris evocatus, nec com-*
paruit, nec damnationi Pontificis , quem ſciebat contra jus faſque omne proſcriptum,
96 *ſubſcripſit, imò quoſcunque potuit, ab execrabili illo conventu retraxit.* Et infra;
cum Wilhelmus cum ſuis damnaſſet Henrici Cæſaris ſchiſma, nullaque ratione poſſet ad-
duci, ut in illud conſentiret, à Cæſare proſcriptus eſt, immiſſuſque Argentinenſis Ponti-
fex cum armatis in eius Cœnobium, ut illud funditus everteret, qui cum loricatus equum
conſcendiſſet, & cum armatis Hirſaugiam tenderet, quamvis diſſuadentibus & tali
facinore abhorrentibus, & dehortantibus, ipſe tamen audaciſſimè & impudentiſſimè
perrexit, ſed vigilauit Numinis vindicta & equitantem occupauit , ſtravit & vitâ ſa-
97 *crilegum Antiſtitem exuit. Ita ut Wernerus (hoc illi nomen erat) prius quam lori-*
cam exueret, vitâ fuerit exutus, & vivens, ut author ait, deſcenderit in infernum. Qui
tremendus ſchiſmatici Præſulis exitus omnes alios deterruit, nequid contra illud ſanctum
Cœnobium tentarent aut molirentur. Ita F. *Romanus* q. 3. in fin. ſimilia ali-
bi, &c.

De Monaſterio Hirſaugienſi.

Vnde timeant alij translatione Monaſteriorum violare jus gentium ac
naturale, aut principibus, ut violent, eſſe authores.

98 F. Romanus *allegat* 342. *&* 343. Recitatis meis primis verbis , dicit
quod ego §. 2. ex q. 3. Aſtri *producam ipſius nomine exemplum de VVernero Epiſcopo*
Argentinenſi ſchiſmatico, qui monaſterium Hirſaugienſe armatâ manu invadere, fun-
dituſque evertere properabat, quod illius Abbas S. VVilhelmus tota prope Germaniâ à
Gregorio VII. (non III. ut ego perperam allegem) & Apoſtolica ſede deficiente quamvis

Alia commenta Hajana.

acriter

Digitized by Google

acriter ſollicitatus, tanquam Marpeſia cautes perſtiterit immobilis, nec latum unguem à Pontifice Romano diſceſſerit.

Hic ego lucernam accendam orto iam ſole, & exemplum, quod ipſe in commenda- 99
tionem S. VVilhelmi eiusque obſeruantiæ erga Sedem Apoſtolicam in Oriente adduxerat, violenter ad Aquilonem torqueam ipſo invito, ac ſi eo docuiſſet, monaſteriorum tranſlationem Deo diſplicere, qua argumentatione nihil poteſt ineptius excogitari, cum ibi nulla mentio, nulla intenta, nec facta fuerit huiuſmodi monaſterij tranſlatio, &c.

Verum quod F. Romanus exemplis infœlicis exitus Ottonis II. & Gis- 100
leri Epiſcopi oſtendere conatus ſit, huiuſmodi tranſlationes Deo diſplicere, *Proparte*
patet tum ex eo, *quod* in margine notaverat, *cum Deo, Diviſq; non eſt jocandum*, *hic diſcu-*
tum ex eo quod narrationi ſuæ hiſtoricæ *q. 2. n. 27. & ſeq.* Aſtri ex Radero *tiuntur.*
retulerat, qui hanc ibidem concluſionem adiunxit; *Qui tremendus ſchiſmatici præſulis exitus omnes alios deterruit, ne quid contra illud Sanctum Cœnobium tentarent aut molirentur.* Viden Lector utrũ non hæc verba illuc colliment, quo fine eadem adduxeram.

Adhæc quid F. Romanus idem dixerit, ac ſenſerit, ad quod ipſum allega- » 101
verim, conſtat ex ijs, quæ ipſe poſt ſuperius relata Ottonis II. & Giſleri »
exempla *ſubjicit* ex Trithemio Abbate *lib. de ruina Ordinis Monaſtici. c. 4. in fin.* »
His fere conſentanea, *ſunt*, inquiens Caroli M. verba *in libro ſeptimo Capitu-* »
lorum. Novimus multa regna & reges eorum propterea cecidiſſe, quia Ec- »
cleſias ſpoliaverunt, & ALIENAVERVNT & militibus loco ſtipendij dede- » 102
runt, quapropter nec forte in bellum, nec in fide ſtabiles fuerunt nec victo- »
res extiterunt, ſed terga multi vulnerati, & plures interfecti verterũt, regnaq; »
& regiones, & quod pejus eſt, regna cœleſtia perdiderunt, atq; proprijs hæ- »
reditatibus caruerunt, & hactenus carent. Qualiter Dominus talium crimi- »
num pœnas per Sarracenos & alios populos venire permiſit, cunctis earum »
geſta *legentibus liquet.* Et niſi nos ab his caveamus, ſimilia nobis *ſupervenire* nõ »
dubitamus. Hæc Magnus ille !mperator. Proinde ut refert *allegat.* 477. *&* »
Aſtri pag. 117. meminerint omnes (inquit Ioannes Trithemius Abbas) qui »
Cœnobia Monachorum occupant, quam duro notẽtur anathematẽ à Bea- »
to Papa Gregorio, qui res Monaſteriorum Deo conſecratas in alios uſus cõ- »
vertere non verentur. Sit eis in exemplum; *Thietgaudus* Trevirorum quondã » 103
Archiepiſcopus, qui cum Cœnobium *S. Andreæ* in manſionem ab Adriano »
Papa in urbe Roma ſuſcepiſſet, ab eodem Apoſtolo & S. Gregorio in viſu »
tertiò monitus, ne habitacula Monachorum diutius occuparet, cum inde re- »
cedere iuſſus diſſimularet, cum omnibus ſuis dura morte interijt, ſi Cœno- »
bia Monachorum occupantes coram Deo ſecuri ſint, eorum conſcientiæ » 104
relinquimus. Homo qui hominis alterius bona, ſine voluntate ipſius poſſi- »
det, ad reſtitutionem tenetur; Qui bona ſancto alicuius contra eius volun- » 105
tatem occupat, quid mereatur, ipſe conſideret. Audivi à multis, quã a men- »
tis amaritudine in mortis articulo pleriq; conſtricti fuerint, qui huiuſmodi »

Digitized by Google

translationum aurores extiterunt &c. *Hucuſq;* Trithemius *lib. de ruinâ Ordi-*
106 *nu Monaſt.ci cap.4.in fin.* & paulo *ſupra fin.* Vnde *non immeritò ſibi attendere poſ-*
ſunt, qui Summis Eccleſiæ principibus & illuſtriſſimis locorum ordinarijs perſuadere
cōantur, ut extinctis penitus & CONTRA DISPOSITIONEM IVRIS COMMVNIS
AC SACRORVM CANONVM, eraſis *Monachorum aut Monacharum Titulis*
ac dignitatibus Eccleſiaſtica bona & Monaſteria reſtituta vel reſtituenda donentur alijs
etiam laicis & puellis & nobilium filijs magnæ authoritatis, adeoque copioſis & opulen-
107 *tis &* SEMINARIIS IVRECONSVLTORVM ERIGENDIS. *Quodq; plus eſt ipſis*
præconibus hæreticis, eorumque familia, quos conſtat hactenus omnes turbas ac ſeditiones
in Imperio contra Catholicos inflammaſſe totque animarum myriades ad orcum præci-
pitaſſe, &c.

108 Hoc fine *allegat.* 477. idem F. Romanus alia affert exempla, quorum
primo tradit, quod *Hugo* Caſtrenſis *Epiſcopus ſuo malo expulerit Monachos è Mo-*
naſterio, ſed in gratiam me.. inquiens, *totius translationes ad Collegia & Seminaria af-*
fectantis, Audiamus quid circa Monaſteriorum ejuſmodi translationes Cæſar Cardinalis
Baronius Tom.12. Annal. Eccleſ. ad Annum Chriſti 1191. n.34. *de Hugone*
Conventrenſi ſeu Caſtrenſi Epiſcopo in Nortmannia jam tam morituro, recenſeat. Tunc
idem Hugo, inquiens, *audientibus cunctis, cum ingenti mœrore recognouit, qualiter ex-*
pulſis Monachis Conventrenſibus, ad cumulum omnium malorum, in loco eorum religio-
109 *ſos clericos introduxit. Ad cujus flagitij ſatisfactionem aliud genus correctionis non in-*
venit, niſi ut in eorum habitu vitam finiret: ſic que cum magno ejulatu Abbatem Becci
deprecans adjuravit, quatenus intuitu charitatis ad Diaboli confuſionem habitum ſibi
concederet Monachalem, ut illos haberet patronos in ſæculo futuro, quos perſecutus fuerat
in hoc mundo. Hæc Baronius. Cui ſuccedat 10. *Trithemius lib. de ruina Ordinis*
Monaſtici c. 4. ex quo *eadem de Tietgaudo refert, quæ paulo ante ex Aſtro de eodem re-*
110 *tulimus.* Et ibidē Trithemius loquens *de translationibus Monaſteriorum ſui, tem-*
poris ait: audivi à multis, quanta mentis amaritudine in mortis articulo PLE-
RIQVE *conſtricti fuerint, qui hujuſmodi translationum authores extiterunt.* Hæc
ille.

111 Similia in *Anglia* quoque obſeruata fuiſſe ſcribit F. H. *in Annalibus re-*
rum Anglicarum ad annum Domini 1525. Wolleus Cardinalis, inquiens, *hoc anno*
duorum ſimul Collegiorum fundamenta iecit, unius quidem apud Ipſevvicum, ubi natus
eſt, alterius Oxoniæ, quod hodie Chriſti nomine dicatum noſcitur; At iſtud quidem
quanquam ad umbilicum non perduxerit, (opus magnificum & plane Regium) Docto-
rum tamen Mater fertiliſſima innumeros quotidie eruditos Eccleſiæ reipublicæq; pro-
112 *gignit, meque inter alios ipſum, (qualis qualis ſum) agnoſcit alumnum. Alterum*
illud cum Fundatore concidit, & maximâ ex parte dirutum, in neſcio quorum priva-
tos uſus jam olim ceſſit; His enim verò Collegijs, cum de fundis & proventibus pro ſtru-
ctura amplitudine proſpectum cuperet Cardinalis, neque priuatis ſuis opibus (quanquam
ingentes ea erant) efficere illud potuiſſet, Clemente Papa annuente, quadraginta
minoris notæ Monaſteria demolienda curat, & omnia, quæ illorum fuiſſent, nuper à ſe
extra-

Digitized by Google

extractis Collegijs addici. Negotium hoc (ut nonnulli animadverterunt) tanquam 113
aurum Tholoſanum, omnibus, qui illud attigiſſent, aut perniciem aut ſaltem maxi-
mas calamitates attuliſſe creditur Ex miniſtris quinque, quorum opera Cardinalis uſus
eſt, in tot piorum hominum donarijs intervertendis evenit poſtea, ut duobus duello de-
certantibus alter alterum occideret, & homicida ſuſpendio plecteretur, tertius in puteũ
ſe dederit præcipitẽ, ac ſpontanea morte ſubmerſus perierit, quartus homo opulentus ad
eam egeſtatem devenerit, ut victum oſtiatim emendicare ante obitum cogeretur: alius
denique Doctor quidam Alanus, qui authoritate inter ceteros præcipue pollebat, quo
tempore Archiepiſcopus Dublinenſis in Hibernia agebat, ab inimicis crudeliter confoſſus
perijt. Vtinam his & ſimilibus exemplis edocti, diſcant homines res Deo ſemel con- 114
ſecratas timide attrectare. Si iſtos juſtitia divina tam ſeuerè punijt, qui bona Eccle-
ſiæ dicata, ... ad uſus haud dubiè meliores converterunt , ... quid
illis putabimus imminere , qui res Eccleſiaſticas quacunque data occaſione ſine delectu
diripiunt & expilant , ſemet tantum locupletandi gratia? Hactenus ille *Quibus* 115
haud diſſimilia Tyrnavij in Hungaria & alibi obſeruarunt Hungari & alij: ijs tamen
iudicium meum non interpono, utpote contentus recenſere quid acciderit; non cur acci-
derit, perveſtigare. Securum eſt in hora mortis alienis bonis animam non contami-
naſſe, & Cælitum indignationem in ſe non provocaſſe. Terribilis in Conſilijs Deus ſuper
filios hominum, qui aufert Spiritum principum, & nemo poteſt dicere, cur ita facis? id
unum ſcimus & experimur , quod alia ſint cogitationes Dei, alia hominum. Hacte-
nus F. Romanus.

RESOLVTIO

CAP. II. q. 6.

In qua reſpondetur F. Romani argumentis

§.I. Privati non poſſunt titulum Eccleſiaſticũ vel Religioſum ſua authoritate inſtituere.

PRo *majore* ſequentium reſponſionum declaratione *Notandum* 1. quod 1
privati & laici fundatores aut Teſtatores nõ poſſint *Titulũ* aliquem *Spiri-*
tualem inſtituere, nec domum ſuã ſolâ fundatione cõſtituere religioſam, neq;
ea, quæ ſũt ſæcularia, facere ut ſint iuris divini, ut recte notauit F. Romanus
in as beſto, n. 12. arg §. ſacræ res Inſt. de rer. diuiſ. & ibi Doctores not. *ſi quis autem* 2
authoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum, cum tituli
Spiritualitas, & domus religioſitas à poteſtate aliqua ſibi correſpondente, adeoque
à poteſtate aliqua Spirituali & non temporali produci debeant , eò quod
actus & habitus à potentia ſibi proportionata & non diſproportionata ve-
niant eliciendi & producendi. Videatur *Rot. Rom. deciſ. 11. al. 545. de jure pa-*
tron. ſub n. 3. in antiq.

Notandũ 2. ꝙ Põtifex vel Epiſcopus dicatur oblatũ à Fundatoribus *tem-* 3
porale erigere in titulũ Spiritualem, quãdo illud divino officio aut Spirituali mi-
niſterio ſub invocatione alicujus Sãcti patroni annectit, vt ratione vel offi-
cij divini aut Spiritualis miniſterij habeat jus, miniſter ſacer percipiendi re-

 ditus

Digitized by Google

ditus, & quidem tunc illud temporale, ex quo reditus percipiuntur propter officium illud dicitur erigi in beneficium; ſecus ſi ſolum aſſignatur & deputatur miniſtro in victum & veſtitum, uti in Monaſterijs contingit Garz. *de benef part.1.c.2.n.81.95.* Felin. *in c ex parte il.2.n.2.ſub fin.de reſcript.* Ioan. Imol. *in clem.1.de elect.& in clem.ne in agro.n.12.de ſtat. Monach.* Ferret. *conſ.18 lib.1. & cõſ.360 n.1.2.3.4.5.& conſ.262.n.1.2.9.part.2.* Monet. *de commut.vlt.vol.c.12. n.10.* D'Aluin. *de poteſtate Epiſcop. Abbat. Abbatiß.c.16.n.1.verſ.Non eſſe beneficia.* Beroi. *in rubr.de Reb.Eccleſ.* nõ alien. *n.5.& ſeqq.per c.* Salvator.1.*q* 3.*Clem.Venerabilem.de Except.c.1 & c.Sanctorum 70.diſt.* Gemin. *in c. quamvis* §. *quanquam*
4 *autem ſub nomine.n.10.de prab.in 6.* Et quia bona eiuſmodi temporalia dedicata annectuntur titulo ſpirituali divini officij aut ſpiritualis miniſterij, fit, ut ea bona incipiant eſſe juris divini. Rot. Rom. *d.deciſ.11. de jure patron.* De hac erectione in titulum, F. Romanus *in asbeſto n.2.* tam obſcurè loquitur, ut neſciat ferè, quid loquatur.

5 Notandum 3. Quod *Teſtatores & Fundatores* ex unica & ſola ſuâ voluntate neque ex ullo jure divino, neque naturali, Pontificem, Epiſcopum, alioſque Eccleſiæ Adminiſtratores & Hierarchici Ordinis Magiſtratus ſibi obligare poſſint, neque hi illis ullo jure obligati ſint, ad bona eiuſmodi in titulum ſpiritualem erigenda. Unde etiam tituli beneficiorum Monaſteriorum, de jure ſunt poſitivo, ut rectè docent. Card. Tuſch. *lit.1.concl.306.n.9.* Card. Zabarel. *conſ 150.n.12.& Conſ.142.n.1.* & quidem tituli beneficiorum primum creati ſunt poſt diviſionem bonorum Eccleſiaſticorum. Sarmient. *defenſionum.parte 1.n* 68.

6 *Quod verò* F. Romanus *in asbeſto. n.12.* ex eo, quod cuique ſit libera poteſtas de ſuis rebus diſponendi. *l.2.in fin.ſi quis à parente fuerit manumiſſ.* poſſitque rebus ſuis imponere eam legem quæ ſibi libuerit. *l.quoties.de donat.qua ſub modo.l.in traditionib.ff de pact.L.lege. C.eod.* putat, Pontificem vel Epiſcopum
7 præcisè obligari ad exigendum illud, quod fundator intendit; Eſt aſſertio ſine ratione. Ecquis enim dicit, quod ſi priuati in aliqua ciuitate vellent hunc vel illum Ordinem ab Eccleſia Catholica approbatum introducere, idque in ſuis teſtamentis caverent, num ideo *Magiſtratus* ad eiuſmodi Ordinem in Urbem adducendum præcisè tenebitur? Nihil minus. Quid ſi aliquis no-
8 vum Ordinem fundaret, & in Eccleſiam Catholicam introducturus eſſet, num Eccleſia Catholica erit obligata ad novum illum Ordinem acceptandum? Certe nullus id aſſeret, neque aſſeruit.

9 Pontifex, Epiſcopus, Magiſtratus bono communi ſtudere debent, & præſumere, quod rationabilis voluntas teſtatoris ea quoque ſit futura per not. Ioan. de Dicaſtillo. *lib.7.de juſt.tract.19.diſp* 2.*dub.8.n.72.* vtpote quæ novit, quod nemo poſſit facere, quin leges in ſuo Teſtamento locum habeant. *l.nemo poteſt ff.de legat.1.* & quod bonum commune privato veniat præferendum §. *oportet enim. Auth.de non alien.& permut.collat.2.*

Vbi

Digitized by Google

Vbi obſervandum propter Hæreticos, quod quamvis tituli Mo- 10
naſteriorum ſint de jure poſitivo; non tamen propterea dicam *vota re-*
ligioſa caſtitatis, paupertatis & obedientiæ, quoad ſubſtantiam eſſe de jure po-
ſitivo; cum ſint de jure divino, de quibus *in tract. meo 4.*

Pontifex vel Epiſcopus poſſunt ex cauſa ſtatum alicuius Eccleſiæ mutare

Notandum 4. quod licet Pontifex & Epiſcopus tanquam Magiſtratus
Hierarchici ex ſola voluntate teſtatoris neque jure divino neque naturali,
neque gentium præciſe obligari poſſint, vel obligentur, neque ad implen-
dam teſtatoris voluntatem teneantur; ſi tamen illam admittant, vbi ratio æ-
quitatis eam admittendi concurrit, nec aliud vtilitas publica exigit per not. 11
ſup. & in reſolut. q. 4. c. 2. n. 7. & q. 5 tunc velut Executores & Mandatarij quaſi
ex contractu mandati tenebuntur, eam exequi, iuxta præſcriptum teſtatoris 12
per not. Auguſtini Beroi. *in c. cum veniſſent n. 15. de iudicijs.* Card. Zabarel. *conſ.*
14. *incip. Sanctiſſimus Dominus noſter.* Ioann. Petr. de Monet. *de commut.*
vlt. vol. c. 10. q. 3. conc. 3. de alien. bon. Eccleſ. Nec ſine iuſta cauſa ab eo Pontifex ex
ordinaria poteſtate recedere poſſet; ſin verò aliud exigeret utilitas publica
vel neceſſitas, vt operarijs neceſſarijs Eccleſiæ aliunde proſpici non daretur,
tunc poſſet Pontifex vel Epiſcopus in illum uſum pium neceſſarium vel uti- 13
lem convertere, argumento legati alicui Eccleſiæ facti; quod ita Epiſcopus
convertere poteſt, Beroi. *conſ. 21. vol. 2. n. 16.* Imol. *in l. 1. verb. ad Mutum ff. de*
vſufr. legat. l. legatam ff. de Adminiſt. rer. ad Civit. pertin. Alios vide alibi.

Ratio prioris eſt, quia Pontifex acceptando voluntatem teſtatoris, vide- 14
tur cum ipſo contrahere, ſeque ad orationes aliaque opera pia pro ſalute
fundatoris procuranda obligare. Filiuc. *d. Tract. 44. de alien. bon. Eccleſ. c. 3. n.*
20. & 43.

Ratio poſterioris eſt, quia exigente neceſſitate vel utilitate poterit ipſa Ec- 15
cleſia rem à teſtatore & fundatore in uſum pium legatam alienare, ad quam
alienationem certè non opus eſt poteſtate Pontificis abſoluta, ſed ſufficit
ordinaria, ut palam eſt. Hieron. Roderi. *in compend. qq. regular. reſolut.* 88. *n.* 13.
tum etiam argumento fundatoris Eccleſiæ ſæcularis, quæ non obſtante
fundatoris voluntate poteſt ab Epiſcopo in regularem converti. *c. ad audien-* 16
tiam. de Eccleſ. ædif. dummodo ijs, qui in Eccleſia illa ſuperſtites ſunt, aliunde
de neceſſarijs vitæ provideatur. *d. c. ad audientiam.*

Econtra Regularis Eccleſia poteſt à Summo Pontifice in ſæcularem
non obſtante ultima teſtatorum voluntate converti, quemadmodum non
ita pridem Sanctiſſimus Domnus N. Innocentius Papa X. parvos
Religioſorum Conventus ad ſtatum reduxit ſæcularium Eccle-
ſiaſticorum, Ita enim eiuſdem ſe habet conſtitutio.

* * *

Digitized by Google

SANCTISS. D. N.

INNOCENTII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ X.

CONSTITVTIO

Super extinctione, & ſuppreſſione parvorum Conventuum, eorumque reductione ad ſtatum ſæcularem, & bonorum applicatione, ac prohibitione erigendi nova loca Regularia in Italia, & Inſulis adiacentibus.

INNOCENTIVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

INSTAVRANDÆ regularis diſciplinæ opus multis laboribus, ac vigilijs à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris jam pridem aſſumptum nobis in dies magis, magiſque cogitantibus cur ad optatum finem hucuſque perduci non potuerit, totque ſaluberrima decreta, & ordinationes ferè in irritum ceciderint; illa tandem præcipua ſeſe obtulit originis cauſa, quòd Religiones quamplures ex parvis Conventibus, ac domibus magna ex parte conflantur, in quibus ſivè ob reditum, & eleemoſynarum tenuitatem, ſive ob aëris intemperiem, ſive aliam ob cauſam non aluntur, nec ali poſſunt tot Religioſi, quot ad peragendum ritè divinum cultum, & regularia munia ex cuiuſque Ordinis præſcripto ſunt neceſſarij. Etenim in tam exiguo numero ibi degentes nec divinum officium nocturnum pariter, & diurnum in Choro celebrare, nec orationi mentali, ac ſpiritualibus collationibus, & exercitijs, ac ſtudijs in communi vacare, nec ſilentium, clauſuram, vitam communem, cæteraſque inſtitutiones ſervare poſſunt, quæ ad tria principalia vota ordinantur, & ſine quibus conſiſtere vix poſſunt regularis vitæ baſes, & fundamenta. Quâobrem otio immerſi nullum Religioſæ vitæ ſpecimen præ ſe ferunt: ſolì incedunt per urbes, & loca, cum ſæcularibus vagantur, ac mundanis negotijs ſe involvunt. Indeque fit, vt ibi collocari renuant Religioſi probatæ vitæ, ac diſciplinæ, & Superiores cogantur illic familiam conſtituere ex fratribus vitæ laxioris, qui loci licentia peiores fiunt: & ſi quando ad Cœnobia, ſeu Monaſteria regularis obſervantiæ revocantur, à clauſtro, quaſi à ſqualore carce-

ris

Digitized by Google

ris abhorrentes vix adduci poſſunt, ut communem ſervent in moribus diſciplinam, atque aliorum Inſtitutionibus ſe conforment, quin potiùs cæteros auertunt, & certè reddunt ſuo exemplo ſegniores. Unde relaxationes derivantur in Ordines, & ſenſim invaleſcunt in ipſarum Religionum dedecus, & ruinam. Præterea (quod dolentes referimus) ad hujuſmodi Conventus, præſertim in locis infrequentibus, & ſolitarijs tanquam ad Aſylum facinoroſi homines, & Curiæ contumaces, vel proſcripti in dies confugiunt, ibique loci immunitate freti turpiter, ac diſſolutè viventes, atque indè in tempore exeuntes grauiora perpetrant flagitia cum maximo Populi ſcandalo. Cumque Conventus, ſive loca parva hujuſmodi in effrænatam quaſi excreverint multitudinem, hinc licet omnibus intelligere quæcunque reformationis remedia caſſa fore, & irrita, quandiù non fuerint à Religionibus abſciſſa. Quæ poteſt enim ſpes eſſe corpus languidum, & infirmum ad ſalutem reducendi, ſi magna illius pars eſt curationis incapax, quin potius reliquam partem inficit, atque contaminat? Hæc quippe ſunt zizania, quæ cum jam creverint uſque ad meſſem, ſunt in faſciculos alliganda, & à Religionum tritico ſeparanda. Hæ ſunt vulpes parvulæ, quæ demoliuntur vineas. Hoc eſt fermentum, quod totam maſſam corrumpit. Quæ omnia, atque alia plura pro Paſtorali noſtra ſolicitudine diù, multumque animo revolventes, ut ſacræ Religiones in multitudinem latiùs incremento fæcunditatis per univerſam Eccleſiam diffuſæ à vepribus, & ſpinis emundatæ vberes germinent fructus: Nos etiam ab ipſiſmet Religionum Superioribus reformationem zelantibus crebris precibus interpellati, & frequentibus Populorum querimonijs permoti ſalutare remedium adhibere conſulta ordinatione decrevimus. Itaque de voto Congregationis aliquorum Venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper ſtatu Regularium à nobis deputatæ, cui hoc negotium ſedulò, ac maturè examinandum commiſimus, motu proprio, certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulos Conventus quorumcunque Monachorum, ac Regularium virorum bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium cuiuſcunq; Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & cuiuſvis alterius Inſtituti, etiã Societatis Ieſu, etiam ſi illis Animarum cura perſonarum ſæculariũ incumbat, ſint-ve Hoſpitia, vel Granciæ ſeu alterius Monaſterij membra, exiſtentes intra fines Italiæ, & Inſularum adiacentium in litteris ab eadem Congregatione propediem expediendis nominatim exprimendos, in quibus ob parvũ numerũ Religioſorum regularis diſciplina iuxta peculiaria cuiuſq; Ordinis Inſtituta ſervari non poteſt, auctoritate Apoſtolica tenore præſentiũ perpetuò extinguimus, ſupprimimus, & abolemus unà cũ omnibus eorũ dignitatibus, offi-

officijs,ac miniſterijs,illoſque ab omni proprietate,dominio,ſuperioritate, juriſdictione,ac alio quocunque jure regularium eximimus, & totaliter liberamus,omnemque Conventualitatem,titulum,eſſentiam,ac denominationem regularem in eis penitus extinguentes,illos ad ſtatum ſæcularem reducimus. Reſervata tamen ipſi Congregationi facultate conſervandi Religionibus aliquē ex Conventibus expreſſis in memoratis litteris,ſi hoc ex aliqua rationabili cauſa expedire judicauerit:ſalvis etiã iuribus,quæ Fundatoribus Conventuũ ſic ſuppreſſorum,vel alijs ex Sacrorũ Canonũ præſcripto, vel ex priuilegio Apoſtolico quomodolibet competunt. Quocirca dilectis filijs quorumcunque Regularium Superioribus tàm Generalibus, quàm Provincialibus,& localibus,quocunque nomine,ac titulo nuncupentur, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipimus, & mandamus, ut ſinguli, ad quos pertinet,infra terminum ſex menſium inchoandum à die præſentationis litterarum à prædicta Congregatione, ut præmittitur, expediendarum faciendæ in Romana Curia Procuratori Generali cuiuſque Ordinis, vel Congregationis,aut Societatis dimittant realiter,& cum effectu coram Ordinarijs locorum ſub teſtimonio publico eidem Congregationi per eoſdem ſuperiores regulares exhibendo poſſeſſionem corporalem Conventuum in eiſdem litteris expreſſorum;& reſervata eis facultate ſecum aſportandi prophanam tantùm, non autem ſacram ſuppellectilem, Religioſos inde amoueant,atque in alijs Monaſterijs eiuſdem Ordinis, vel Congregationis,aut Societatis collocent:alioquin pœnas privationis vocis activæ,& paſſivæ,nec non dignitatum,& officiorum,quæ tunc temporis obtinebunt, & perpetuæ inhabilitatis ad illa,vel alia in poſterum obtinenda ipſo facto abſque alia declaratione incurrant. Eoque termino elapſo non liceat regularibus in Eccleſijs dictorum Conventuum Miſſas, & divina officia celebrare,confeſſiones Sacramentales audire,vel alia Sacramenta adminiſtrare:ac functiones Parochiales exercere,aut verbum Dei prædicare,vel mortuos ſepelire. Quod ſi ſecus egerint, eo ipſo Eccleſiæ remaneant ſuppoſitæ Eccleſiaſtico interdicto. Et nihilominus locorum Ordinarij, ubi per litteras ipſius Congregationis fuerint requiſiti,Religioſos rebelles, & refractarios à prædictis Conventibus eijciant,etiam invocato, ſi opus fuerit, brachij ſæcularis auxilio:& exinde Eccleſiarum Domorum,bonorumque omnium ad Conventus ſic ſuppreſſos quomodolibet pertinentium regimen, curam,cuſtodiam,& adminiſtrationem ſuſcipiant, curentque,ut ex eorum reditibus,& proventibus univerſis inprimis,& ante omnia impleantur onera miſſarum tàm hucuſque non celebratarum, quàm in poſterum celebrandarum,& alia quæcunque ex lege fundationis,aut largitione fidelium, vel aliàs quomodolibet eis incumbentia,quibus nullo modo derogare intendimus,& cura animarum,ſi qua illis immineat, per Presbyteros ſæculares idoneos ab ipſis Ordinarijs approbandos laudabiliter exerceatur, Eccle-

cleſiæque debito non fraudentur ſeruitio. Cæterum intendentes de prædictis bonis, quotquot ſuperfuerint oneribus ut ſupra detractis, ſalubriter prouidere, earumdem tenore præſentium bona huiuſmodi applicamus, & applicata eſſe decernimus, & declaramus pijs uſibus in eiſdem locis, ubi ſiti ſunt Conuentus, iiſque non indigentibus, in alijs locis eiuſdem Diœceſis iuxta deſignationem, & partitionem, quam eadem Congregatio ſingulorum Epiſcoporum cum ſuis Capitulis ſententia prius audita, & plena totius negotij relatione habita, de mandato noſtro faciet in ſuis literis ad eoſdem Epiſcopos ſcribendis, & in Cancellaria Epiſcopali regiſtrandis ad perpetuam rei memoriam. Verùm quia parum eſt mala præcidere, niſi etiam malorum cauſa, & radix euellatur, Conſtitutiones felic. record. Bonifacij VIII. quæ incipit, Cum ex eo. nec non Clementis VIII. incipien. Quoniam ad Inſtitutam, aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum ſuper erectione nouorum Conuentuum editas earumdem tenore innouantes, illiſque addentes, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis Regularium Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & cujusvis alterius Inſtituti, etiam Societatis Ieſu in aliqua Ciuitate, Caſtro, Villa, ſeu loco ad habitandum Domos, vel loca quæcũque de nouo recipere, ſeu Monaſteria, Conuentus, vel Collegia incipere, vel fundare præſumat abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali plenam, & expreſſam faciente de prohibitione hujuſmodi mentionem in ſcriptis, & gratis concedenda præuia examinatione Congregationis negocijs Epiſcoporum, ac Regularium præpoſitæ. ſi ſecus egerint, eo ipſo incurrant pœnas priuationis, & inhabilitatis ut ſupra inflictas: & nihilominus receptiones, fundationes, & erectiones ſint ipſo jure nullæ, & inualidæ; & Domos, ac loca ipſa, & perſonæ in eis degentes omnimodæ juriſdictioni, & viſitationi, correctioni Ordinarij loci plenè in omnibus ſubjaceant. Intendimus autem in præmiſſis etiam ultra Italiam, & Inſulas adjacentes, prout expedire viderimus, prouidere. Decernentes præſentes literas etiam ex eo, quod Superiores Regulares, & cæteri quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, aut inualiditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quouis defectu etiam quantumuis magno, inexcogitato, ac ſubſtantiali, ſiue etiam ex eo, quod in præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſolemnitates, & quævis alia ſeruanda, & adimplenda ſeruata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite à jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, aut quocumque alio colore etiam in corpore juris clauſo, ſeu occaſione, vel cauſa quantumvis juſta, rationabili, & priuilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſariò exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra huiuſmodi, & aliis ſuperiùs expreſſis, ſeu rela-

tis nihil ullibi appareret,ſeu aliter probari poſſet,notari,impugnari,invalidari,retractari,in ius,vel controverſiam revocari,aut ad terminos iuris reduci,vel adverſus illas reſtitutionis in integrum,aperitionis oris,reductionis ad viam,& terminos iuris,facti,gratiæ,vel iniuſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet conceſſo,& impetrato quempiam uti, ſeu ſe juvare in iudicio,vel extra poſſe,neque ipſas præſentes ſub quibuſvis ſimilium,vel diſſimilium gratiarum revocationibus,ſuſpenſionibus,limitationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, perpetuòque validas & firmas,& efficaces exiſtere,& fore,ſuoſque plenarios,& integros effectus ſortiri,& obtinere,ac per omnes, & ſingulos, ad quos ſpectat,& quomodolibet ſpectabit in futurum,inviolabiliter obſervari Sicque,& non aliter in præmiſſis omnibus,& ſingulis per quoſcumque Iudices ordinarios,& delegatos,etiam cauſarum Sacri Palatij Apoſtolici Auditores,nec non Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales,etiam de Latere Legatos,& Nuncios,ac alios quavis auctoritate, & poteſtate fungentes nunc,& pro tempore exiſtentes in quavis cauſa,& inſtantia,ſublata eis,& eorum cuilibet quavis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate,iudicari, & definiri debere;irritum quoque,& inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quatenus opus ſit,Regula noſtra de non tollendo iure quæſito,alijſque Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, cæteriſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis etiam in Concilijs generalibus editis,etiam ſpecialiter in favorem quarumcumque perſonarum,atque Ordinum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationum,Societatum,& cuiuſvis alterius Inſtituti, etiam Societatis Ieſu, & Monaſteriorum, Conventuum,Collegiorum, Domorum, ac locorum Regularium quorumcumque,nec non illorum etiam iuramento,confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis,vel conſuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, Indultis, & privilegijs etiam ex cauſa,& titulo oneroſo,vel in limine fundationis, & in Mari magno, ſeu Bulla aurea, aut aliter nuncupatis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus,& alijs decretis etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam ad Imperatoris, Regum,Reginarum,Rerumpublicarum, & quorumvis aliorum Principum & perſonarum quacumque Eccleſiaſtica, vel ſeculari dignitate fulgentium, ſeu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet,etiam per viam communicationis,ſeu extenſionis conceſſis,

&

& iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, quo ad ea, quæ præſentibus quomodolibet adverſantur, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, individua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut quævis exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine paribus ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentes litteræ in valuis Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in Acie Campi Floræ de eadem Vrbe publicentur, & affigantur, quæ poſtquam affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent. Quodque earumdem præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, extinctionis, ſuppreſſionis, abolitionis, exemptionis, deliberationis, reductionis, præcepti, mandati, intentionis, reſervationis, applicationis, declarationis, prohibitionis, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Sexcenteſimo Quinquageſimo Secundo, Idib. Octobris Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Hi. Datarius.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Viſa de Curia N. Humbertus.

G. Gualterius. C. Bailly.

Digitized by Google

Anno à Nativitate Domini N. IESV CHRISTI 1652. Indictione quinta, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Innocentij Divina Providentia PP. X. Anno eius IX. die verò 22. menſis Octobris, ſupradicta Conſtitutio affixa, & publicata fuit in Eccleſiæ Lateranen. ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ Valvis, ac in acie Campi Floræ, & in alijs locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Hieronymum Maſcellam S.D.N.PP. Curſ.

PRO MAG. CVRSORVM Laurentius Barbigionus.

17. Nota 5. quod cum Pontifex diſpoſitionem alicujus fundatoris admittit, ex nullo alio Contractu, quam mandati teneatur *per tit. ff. mand.* Hinc fit, ut illud ceſſet, causâ mandati ceſſante, ſicut autem mandatum providendi ceſſat, quando v.c. Papa ſemel provideri aliquem pauperem de beneficio iuſſit, qui & de eo proviſus ſit, poſt quam proviſionem ſemel factam Epiſcopus collator, de cætero non tenetur illi providere glo. Dd. *in c. ſi pauper de præb. in 6.* Mozz. *de contract. mandat. tit. quomodo annulletur, ſolvatur & finiatur mandatum n. 6.* ita à pari, quando teſtatores Pontifici vel Epiſcopo mandant his vel illis pauperibus & non proviſis de beneficio providendi, ſi ſemel ipſis proviſum fuerit, ceſſabit mandatum, ac de cetero Pontifex & Epiſcopus non erunt ex illo obſtricti ulterius providere, adeoque de cætero liberam habebunt proviſionem.

18. *Nota 6.* quod teſtatores fundatores, præſumantur originarijs & indigenis providere, non autē alienigenis, ut rectè not. Didac. Spino. *in ſpec. Teſtam. glo. 3. part. principal. n. 32. ex c. hortamur. 71. diſt.* quod illi de ſuis potius, quàm de alienis cogitare cenſeantur Didac. *d. loc.* Boër. *deciſ. 13.* idque conformiter iuri divino. *Deut. 29. Hierem. cap. 5.* & iuri Canonico, *in d. c. hortamur. c. bonæ il. 1. §. fin. de poſtul. prælat. c. quam de off. ord. extrav. execrabilis Ioannis 22 in princ.* Iuri quoque Civili. *l. in Eccleſijs. C. de Epiſc. & Cler.* Lucas de Penna. *in l. quiſquis C. de agric. & cenſit. lib. 11.* glo. pragm. ſanct. *§. nam Eccleſiarum verb. exteriorum.* vide Gomez. *in Reg. de idiomat. q. 1.* Rebuff. *in prax. benef. 3. part. c. de reſcriptis mixta* glo. 1. eò

19. quod de iure ad beneficia potius præferendi ſint illi; ex quorum vel parentũ vel Conſanguineorum vel Concivium bonis ſint fundata. *arg. d. c. hortamur 71. diſt. ibi* in Eccleſiis A VOBIS FVNDATIS. glo. *in c. neminem verb. ſine poſſeſſione 70. diſt.* Roch. *de iure patron. q. 18. n. 46.* quam exteri & alienigenæ, qui nihil in ea Eccleſia fundanda vel dotanda expenderunt, ut advertit Abb. *in d. c. bonæ il. 2. de poſtul. præl.* Rebuff. *d. loc. & in tract. de pacif. poſſeſſ. n. 217* Guilelm. Benedict. *in c. Raynutius, verb. uxorem n. 484. de teſtam.* Hinc etiam iuris præſumptio eſt, Papam velle conſtituere Clericos in propria origine *c. bonæ il. 2. §. fin. de poſtul. prælat.*

20. Nec obſtat *c. ad Decorē. de conſtit.* ubi nullâ habita diſtinctione omnes Clerici ad beneficia ſunt admittendi; quia iſtic agit Innocentius III. *de Eccleſia Conſtantinopolitana*, quæ non quidem recenter converſa erat ad fidem (ut non ne-

nemo interpretum exiſtimat) ſed recenter ad obedientiam Eccleſiæ Catholicæ redierat, & plures adhuc habebat ſchiſmaticos, ut neceſſe fuerit, ibidem IN DEFECTVM PROPRIORVM ET ORIGINARIORVM alienigenas admittere: quod mirum non eſt: nam multoties in defectum Clericorum minus idonei admittuntur etiam ad Ordines *c. 1. §. raritas hominum 55. diſt. c. 1. 21. q. 1.* ſic etiam in defectum legitimorum teſtium minus idonei admittuntur. *c. veniens il. 2. de teſtib. c. fin. de teſtib. cogend. l. non omnes §. Barbarijs de re militari*, glo. *in c. d. lectis verb. & ſi tres. de elect.* Bernard. Diaz. *in Regul.* 759. vid. Didac. Spino. *d. glo. 3. principal. de Capellanijs n.* 34. 35 36. *& ſeqq.* ita in defectum propriorum & originariorum poterit Epiſcopus alios admittere. *d. c. hortamur. 71. diſt.*

Quod ſi tamen fundatores vel verbo vel ſcripto exteros prælegerint Religioſos, eoſque inſtituerint, tunc minimè Originarij in eiuſmodi fundatione inſtituti, ſed potius ab eadem excluſi intelliguntur, per Conſtit. Alexandri VI. *Accepimus dat.* 1497. *ult. Sept.* inferius recitandam. 21.

Nota 7. quod licet agendum ſit, ut ſupremæ hominum voluntates ſuum conſequantur effectum. *l. vel negare. ff. quemad. teſtam. aper.* nihilque magis liberis hominibus debeatur, quam ut ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus, liberumque quod iterum non redit arbitrium. *l. 1. C. de SS. Eccleſ.* attamen ſatis morientibus eorumque ultimæ voluntati ſit conſultum, quod ſemel legarint, fideicommiſerint, & hæredem ſcripſerint, quæ etiam effectum ſint conſecuta, non autem propterea neceſſe erit, ut quemadmodum loquitur Moneta, ad onus beneficiati ulteriores proferant gradus, iuxta Regulam *in l. boues §. hoc ſermone ff. de V. S.* Cum enim ſecundum naturam voluntas noſtra morte finiatur. *l. 4. ff. de locat. & c. ſi gratioſe de reſcript. in 6.* prout etiam cetera humana omnia, quæ in nobis ſunt. *§. deinceps. Auth. de nupt. cum ſim.* ideo præter naturam videtur, ut morientes fidei committendo in perpetuum propagare poſſint ſuam voluntatem. Atque ita probabiliter diſcurrit Peregrin *de fideicom. art. 52. n.* 115. Ludov. Rodolph. *in tract. de ſuprem. ſeu abſol. princip. poteſt. c. 6. n.* 150. & maxime confirmatur *ex cōſtit. 41. Clementis VIII. incip. Iuſtitia ratio*, ubi inſtituit Congregationem ſuper Baronibus ſtatus Eccleſiaſtici cum Iuriſdictione & facultate eorum caſtra & bona, etiam fideicommiſſis, primogenituris, & alienationum prohibitionibus ſubjecta diſtrahendi, ut eorum creditoribus ſatisfiat, quibus ad hunc effectum in ampliſſima forma derogat cum certis tamen moderationibus, quas ibi videre licet. hæc Monet. *de commut. ult. vol. cap. 9. q. 5. concl.* 105. *Non obſtat n.* 550. 22.

Vnde *Notandum* 8. quod id multò magis procedat, quando teſtator in caſum mortis de alijs ſubſtituēdis ulterius per expreſſum verbo, vel ſcripto non providit *iuxta c. admonet. ſeſſ. 23. Concil. Trid. de refor.* 23.

Nota 9. quod modus acquirendi hoc beneficium ſeu Monaſterium ſit de jure poſitivo, nim. Canonica inſtitutio ſuperioris. *c. 1. de reg. juris in 6. Monet. de Commut. ult. vol. cap.* 10. *q. 3. n.* 46. 24.

Digitized by Google

25 Not. 10. quod facilior ſit ratio in commutando jure ad rem quærendo, necdum radicato, quàm in jure jam quæſito & radicato, ut per ſe patet *per not.* Monet. *de commut. ult. vol. c. 9. q 5. n.* 573. 574. *& ſeq.*

26 His prænotatis nullo negotio ad pleraque F. Romani objecta reſponderi poterit, Ut vero quid ad ſingula reſponſum ſit, quidque contra movetit F. Romanus, conſtet, reſponſiones ex ordine repetemus.

Reſponſio ad 1. objecti. F. Romani ex fundatione deſumptam.

27 Et quidem *ad.* 1. patet *Reſponſio*, quod F. Romani aſſumptum ſit omnino pernegandum, quaſi Pontifex & Imperator ex fundatione, Concordatis Germaniæ & iure Epiſcopali teneantur. Alienigenis Vel Extraneis Non Originariis Monachis aliorum Monaſteriorum, licet ejuſdem Ordinis & regulæ Monaſteria emortua reſtituere, Cum nihil horum verbo vel ſcripto, in fundatione Religioſorum ſtabilitatem loci promittentium expreſſum, nihilque in Concordatis Germaniæ reperiatur definitum, nec jus Epiſcopale hoc involvat.

28 Conſequenter etiam patet reſponſio ad argumentum 1. *ex fundatione* petitum ac ſupponens, quaſi cæteri alienigenæ vel exteri eiuſdem Ordinis ex ultima teſtatorum voluntate in Monaſteria morte omnium Conuentualium originariorum & incolarum deſtituta jus habeant, quod ſupra *in q.* 3. *Aſtri Eclip. eiuſque reſolutione* refutatum eſt; quia cæteri alienigenæ vel exteri fuiſſent vel ſubſtituti *vulgariter*, adeoque *directe*, quod necdum eſt probatum, & tunc per aditionem inſtitutorum originariorum & incolarum, qui nunc ſunt mortui, cæteri alienigenæ fuiſſent excluſi *l. poſt aditam ff. de impub. & al. ſubſtit.* vel illi alienigenæ vel exteri fuiſſent ſubſtitutione *fideicommiſſaria* adeoque *obliquè* ſubſtituti. Quod nunquam oſtenditur, nec præſumitur, niſi aliter proviſum oſtendatur *arg. c. admonet.* 8. *ſeſſ.* 25. *de reform. Concil. Trid.* & ſufficit teſtatoribus eorum voluntatem ſemel impletam fuiſſe *per not.* 3.

29 Imo etiamſi F. Romanus oſtenderet à fundatoribus eſſe inſtitutum ſub hoc nomine appellatiuo, *religioſæ familiæ*, attamen tunc ſimul inveniretur, eam *familiam* ab jiſdem fundatoribus ad hunc locum determinari, prout ſupra *ex*
30 *fundationum literis* vidimus, in quibus particula Ibi localis fundationem ad iſtum certum locum determinabat, ut videre eſt apud Alberic. de Roſat. *in Dictionario ſuo verb. ibi per l.* 1. *in princ. & §. quod autem. & §. ibi autem*, *ibique* Alberic. *not. ff de vi & vi arm.*

31 Quin etiam non adiecta particula hac locali Ibi adhuc teſtator *originarijs* iſtius loci Religioſis, non *alienigenis* providiſſe præſumendus eſt, idque conformiter omni juri; prout ſupra *not.* 6. ex Didac. Spino. *gloſ. princ.* 3 *n.* 32. *&*
32 *ſeqq. in Specul. Teſtam.* oſtenſum eſt. Eo faciunt notata Ioannis de Dicaſtillo *de iuſt. & iur. lib.* 2. *tract.* 19. *diſp.* 2. *dub.* 12. *n.* 212. *& diſp.* 5. *dub.* 3. *n.* 23. quod legatum pauperibus hoſpitalis tradendum ſit pauperibus eiuſdem Loci, In Quo Est Testator, ſicut & quando Relictum Est Monasterio Ali-

CVI

Digitized by Google

CVI, INTELLIGENDUM EST DE EO, QUOD SIT IN PATRIA TESTATORIS »
ut ex Paríſio *conſ.* 24. *n.* 4. *vol* 3. docet praxis Neapolitana *cap.* 75. *n.* 15. Hæc »
Dicaſtillo, qui *d. diſp.* 2 *dub* 2. *n.* 208. ex Gomez. hanc rationem ab abſurdo »
deducit, quod ſi, *inquiens*, eligendum ſit ex certo genere perſonarum, idque »
genus ſit maximè amplum, ita ut ſi totum genus veniret loco legatarij, RI- »
DICULUM foret & Eluſorium legatum, tunc valet commiſſio nominandi »
legatarium, certum de incertis, (ita enim ipſius textus non nihil corruptus »
reſtituendus eſt, ſicut patet *ex ſeqq.*) Tellius Firmand. *in l.* 31. *Tauri*, quam re- »
fert & ſequitur *Vaſq. n.* 45 QUOD ETIAM PATET IN LEGATO PIO, ſi enim »
in omnes omnino pauperes populi diſtribuendû eſſet, omnino eſſet irritum. »
Poteſt ergo certam perſonam eligere. hæc Dicaſtillo *cit. loc.* »

Vnde cum voluntas teſtatorum ſit & præſumatur, quoad hujus loci fami- 33
liam *originariam* & *incolas* determinata ac limitata, ipſa etiam ſubſtitutio fi-
deicommiſſario ab eadem voluntate profecta erit quoad huius loci famili-
am religiosam originariam limitata per not. Cephal. *lib.* 3. *conſ.* 432. *n.* 26. *&*
conſ. 383. *n.* 8. Cum cauſa limitata limitatum producat effectum *l. in agris ff. de*
acquir. rer. dom. l. 2. *de peric. & comm. rei. vend. l. cum ſeruo ff. de contr. empt. c. licet. de*
decim. c. multa. de vot. Cephal. *d. conſ.* 432. *n.* 28. Nec fideicommiſſum ab 34
una perſona ad aliam extendatur niſi probetur Mantic. *lib.* 6. *coniect. ult.*
vol. tit. 14. *num.* 22. *& lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 1. maxime ſi extenſio fieri debe-
at ab originaria ad alienigenam per *d. c. hortamur.* 71. *Diſt.* proinde
familia fideicommiſſaria pro certo hoc loco originaria erit ſubſtituta,
Hæc vero cum ſit emortua & extincta, fideicommiſſum quoque ex-
tinctum erit. *per l. cum ita.* §. *in fideicommiſſo ff de legat.* 2.

Accedit, quod unius incluſio ſit alterius exclusio Weſemb. *lib.* 2. 35
conſ. 94. *de ſubintellecta in fideicommiſſo conditione, ſi ſine liberis. num.* 34. *&*
lib. 1. *conſ.* 25. *num.* 5. *per l. cum prætor ff. de Iudic.* Atqui in ejuſ-
modi fideicommiſſo Monachi huius loci originarij vel incolæ per ſpiri-
tualem generationem deſcendentes fuerunt incluſi. Igitur cæteri aliorum
Monaſteriorum alienigenæ erunt ab illo excluſi; Conſequenter fideicom-
miſſo excluſi perinde habebuntur, ac ſi de familiæ numero non eſſent.
Cephal. *conſ.* 614. *num.* 12. *per l.* 1. §. *quibus. ff. de ſucceſſ. Edict.* ubi eſt Ca-
ſus clarus.

Quinetiam illuc facit, quod cum voluntas teſtatoris neque verbo vel 36
ſcripto ſit in illo caſu expreſſa, ideo veniat præſumenda & interpretanda.
Hujuſmodi autem interpretationem omnium optime Princeps fa-
cere novit, *per ea quæ ſuperius in reſolut. q.* 3. *&* 1. *ſub*
§. 5. deducta fuere,

§. II.

§. II.

Alienigenæ non ſunt in Monaſterijs hujus loci Conventu deſtitutis ſubſtituti, & ſi mortuis ſubſtituuntur alij alterius Ordinis Religioſi, non fit alienatio.

37 Inferebam, quod ſi igitur cæteri *alienigenæ* aliorum Monaſteriorum de eadem familia à fideicommiſſo hujus loci ſint excluſi, non poterunt ipſi (quãdo bona Monaſteriorũ morte originariorum Conventualium deſtitura alijs alterius Ordinis Religioſis à Pontifice vel Epiſcopo Adminiſtratoribus pro bono publico Eccleſiæ etiam particularis dantur) conqueri, quaſi illis aliquod jus ex fideicommiſſo competens auferatur; cum nunquam ejuſmodi jus illi alienigenæ habuerint, nec in fideicommiſſo aliquid eis relictum fuiſſe, oſtendi poſſit.

38 Conſequenter quando d. bona Monaſteriorũ emortuorum alijs alterius Ordinis religioſis & quidem in Eccleſiæ Catholicæ utilitatem conferuntur, non poterit dici etjam tunc propriè fieri alienationem, ſecus ac male aſſumebat F. Romanus *q. 2. n. 19. & q. 3. n. 5.* Cum alienatio nihil aliud ſit, quam translatio eius, quod cujuſque eſt, ut ſibi abſit, alteri vero abſit. Gædd. *in & per text, in l. alienationis 28. ff. de V. S n. 4. & per l. 1. C. de fundo dotal. l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Unde alienatio *eſſentialiter duo* includit, 1. *amiſſionem* rei, alicui perſonæ vel congregationi debitæ. 2. ejuſdem rei ab alio *acquiſitionem.*

Alienatio quid ſit

39 ATQVI hoc caſu, quo mortui ſunt omnes hujus loci vel Monaſterii Monachi originarij & Incolæ, non datur amiſſio rei alicui perſonæ vel congregationi debitæ, Cum nulla eiuſmodi perſona vel congregatio adſit, cuius vel illa res ſit, vel ipſi debeatur, ut *in reſol. q. 1.* probatum eſt. Igitur nec hoc caſu noſtro, quo omnes huius loci vel Monaſterij Monachi originarij & incolæ mortui ſunt, datur alienatio.

40 *Et Confirm.* Nam quando plura coniunctim ad eſſentiam unius rei requiruntur, non ſufficit unum tantum ex ijs intervenire. Vnde ex defectu cæterorum dicitur actus in eſſe non productus. Cum paria ſint, nihil fieri, vel partem tantum individui fieri *l furioſam, ubi Glo. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Everhard. *in loc. ab effectu eorum, quæ ſimul requiruntur n. 1. & 6.*

§. III.

An detur hic relictum familiæ ſimpliciter.

41 Aiebam, poſito etiam non conceſſo nec probato, quod alicubi relictum fuiſſet *familiæ ſimpliciter*; tunc tamen nomine *familiæ* continerentur tantum deſcendentes per generationem *ſpiritualem* à teſtatore inſtitutorum, non autem eorundem Fratres & tranſverſales *arg. not.* Intrigliol. *de ſubſtit. cent. 1. q. 83. n. 5.* Menoch. *4. præſumpt. 88. n. 2.* Atqui Monachi huius loci originarij & incolæ à ſuperiore legitime ſubſtituti, habent ſe ut deſcendentes per ſpiritualem generationem à teſtatore primitus inſtitutorum, cæteri verò *alienigenæ* aliorum Monaſteriorum ut tranſverſales. Igitur &c.

§. 4.

Digitized by Google

§. IV.

Quis Ordo graduum ſucceſſionis in relicto familiæ ſimpliciter obſervetur.

Subjungebam iſtuc facere, quod in relicto *familia ſimpliciter* vocentur *proximiores* primo gradu, quibus admiſſis ulteriores non admittantur, ſed remaneant excluſi. Dd. apud Simon. de Præt. *de interpret. ult. vol. lib. 3. interpret. 3. dub. 1. ſolut.* 11. Menoch. *conſ.* 85. *n.* 97. Cephal. *conſ.* 88. *n.* 34. *& conſil.* 269. *n.* 16. Dd. apud Pariſ. *conſ.* 51. *n.* 6. *& ſeqq. lib.* 2. *per l. Cum ita §. in fideicommiſſo. de legat.* 2. Vbi proximiores primo gradu ad fideicommiſſum admittuntur, ulteriores verò excluduntur, niſi aliud teſtator expreſſiſſet *l. fin. C. de V. S.* Pariſ. *d. loc.* Simon. de præt. *d. loc.* maxime n. 6. gradum ibidem accipiendo non ſtrictè, prout tantum aliquod membrum unius lineæ, ſed latè (prout in materia favorabili ſolet) integram lineam in ordine ſucceſſivo ſignificat, ſecundum Rebuf. *in l. liberorum appellatione* 2:5. *alias* 220. *§. Totiens. ff. de V. S. per l.* 1. *ff. de gradib.* Rationem adducit ex Mantic. *lib.* 8. *de coniect. vlt. vol. tit.* 12. *n.* 11. ubi dicit quod ſi fideicommiſſum ſimpliciter familiæ relictum ſit, ordine quidē ſucceſſivo relictum intelligatur, ita tamen ut vulgari tātummodo illi de familia videantur ſubſtituti, (nam etiam in fideicommiſſis poteſt vulgariter ſubſtitui) *l. ut haredibus de legat.* 2. *l. un. §. ſin autem aliquid ſub conditione C. de caduc. toll.* quò fit ut proximioribus admiſſis, Cæteri ſint perpetuo excluſi. *l. poſt aditam. C. de impub. & al. ſubſtit.* 42 43 44

Atqui hoc in caſu noſtro Monachi in teſtamento primum inſtituti habent ſe ut proximiores primo gradu, iįque fuēre admiſſi & introducti, reliqui verò aliorum Monaſteriorum, *ut ulteriores*, imò ut alienigenæ conſiderantur. Igitur &c. 45

§. V.

Quis Ordo ſucceſſionis, in relicto familia ſimpliciter ſervandus, ex contraria quorundam Dd. opinione.

Notabam quod ſi quis contrariæ Pariſij *conſ.* 11. *n.* 28. *conſ.* 22. *n.* 62. *per tot. vol* 3. Fuſar. *conſ.* 72. *per tot.* Simon. de Præt. *de interpret. ult. vol. lib.* 3. *interpret.* 3. *dub.* 1. *ſolut.* 11. Socin. Junioris *conſ.* 227 *col.* 4. *& ſeq. lib.* 2. Mantic. *lib.* 8. *coniect. ult. vol. tit.* 12. aliorumq; Dd. ſententiæ mordicus inhærere vellet, ex qua fideicommiſſum *familia ſimpliciter* relictum, ita ut habeat tractum ſucceſſivum futuri temporis, intelligatur relictum ordine ſucceſſivo, atque ad illud *ex l. fin. C. de V. S* non tantum ii, qui ſunt de familia *alicuius iure proprio effective*, ſeu qui ab iis deſcendunt, ſed etiam quotquot ſunt de alicuius *familia iure communi cometive* ſeu *paſſivè*, de qua eſt ipſe inſtitutus, veniant. Vid. Simon. de Præt. *lib.* 3. *coniect. ult. vol. interpret.* 3. *dub.* 1. *ſolut.* 11. *n.* 5. gradatim tamen & ordine ſucceſſivo, ita ut primò *deſcendentes* proximiores, deinde iis deficientibus *aſcendentes*, & demum ulteriores collaterales ad illud fideicom- 46 47

miſſum admittantur, ut pluribus oſtendit Vincent. Fuſarius. *in conſ. 72.*
per tot. attamen hoc obtineret in *ſucceſſoribus ſanguinis*, ſeu hæredibus bo-
48 norum; non vero in ſucceſſoribus *& hæredibus plane extraneis* Fuſar. *conſ.169.*
n.27. maximè ubi quis vocat aliquos de certa familia, eorumque deſcen-
dentes Fuſar. *d.loc. n.30.* addito nomine denotante originem & Cauſam
efficientem, tunc etiam nomen familiæ ad ſolos deſcendentes & *familiam*
effectivam, & non contentivam erit limitatum, per not. Fuſar. *d. conſ.169. n.*
41. Quæ omnia tanto magis hic obtinent, quo fundatores jure communi
de originarijs, non de alienigenis cogitare præſumuntur, quibus proſpe-
ctum velint *c. hortamur.71.diſt.* niſi expreſſe teſtatores aliter ſignificarint. *c.ad-*
monet.8 ſeſſ.25.Concil.Trid.de reform.

49 Et ſi fundatores etiam alienigenas vocaſſent, tunc tamen Pontifex ori-
ginarijs defunctis pro modernorum temporum circumſtantijs, priuſquam
alienigenæ reipſa in originariorum defunctorum Monaſteria introducan-
tur, poterit fundatorum ſolum Dei honorem & animarum ſalutem ſpectan-
tium voluntatem ex veriſimilibus interpretari, alioſque alterius Ordinis
Religioſos, quos attentis ijs circumſtantijs, utiliores & magis neceſſarios
agnoverit, introducere, *per not.* Simon. de Prætis. *lib.1. interpret. ult. vol. inter-*
pret.2.dub.1 ſolut.1.n.10.11.12.ſolut.4.& 5.

50 Interpretatio enim ultimarum voluntatum ICtis apud Manticam *lib.3.*
de coniect. ult. vol. tit.2 n.7. dupliciter fieri poteſt. 1. Quod teſtatores ita abſo-
lutè ſenſerint. 2. quod ſi teſtatores de his illiſve circumſtantijs cogitaſſent, ve-
roſimiliter præſumantur ijſdem conformiter diſpoſituri. *l. pen. ff. de jure codi-*
cill. l. ult. ff. de hæred. inſtit. vid. & Mantic. *d. li.3 tit.19.* Cum omnis diſpoſitio in-
telligatur rebus ſic ſtantibus & in eodem ſtatu permanentibus. Barbol. *ax-*
iom. 73.n.3.ex l. quod Servius ff. de condict. ob cauſam. c. in Parochia 16.q.1. Ancha-
51 ran. *conſ.193. n.3. in fin.* Unde cum teſtator diſpoſuerit de re fideicom-
miſſo ſubjecta, attentis ſuorum temporum circumſtantijs, quæ nunc aliter
ſe, atque prius habeāt, ſintque quodammodo mutatæ, inſuper aliæ accedant
circumſtantiæ, de quibus id temporis non cogitabatur. Hinc fit, ut ijs nunc
attentis iuxta iuris præſcriptum & regulas, ſuperior, nimirum Papa vel E-
piſcopus, veriſimiliter præſumat, teſtatores ita voluiſſe diſponere, & ſic eo-
rundem teſtatorum voluntatem ex allatis in utramque partem circumſtan-
tijs interpretetur, & determinet in eam partem, pro qua plures urgent con-
jecturæ *per l. ſi defunctus. C. arb. tut. l. nec ei §.1.* ibi, *ut æſtimetur ex comparatione*
earum. ff. de adept. l. inter duos, in princ. ver. in propoſita. de reb. dub. ibi, *quia*
comparatio poſterioris decedentis ex facto prioris mortui ſumitur, vel ſi utrimque æ-
52 quales conjecturæ occurrant, ex regulis juris definiet ſecundum Bald. *in*
conſ.36. factum ſic ſe habere videtur. n.1. lib.1. quia ad eum, uti miniſtrum vel po-
NB. tius conditorem legis pertinet, præſumere, quemadmodum etiam lex præ-
ſume-

Digitized by Google

ſumere ſolet. Bald. *in l ſi re poßidetis.circà fin. C.de probat.* Vid. Simonem de Præ-
tis, *lib. 1.de interpret. ult. vol. interpret. 2 dub. 1. ſolut. 4. n. 10.* Conſequenter quan-
do Pontifex vel Epiſcopus teſtatorum voluntatem attentis his circumſtan-
tijs interpretantur, non eam mutant, eò quod nihil voluntati teſtatoris 53
in hiſce circumſtantijs contrarium ſtatuant; At quisquis voluntatem teſta-
toris mutare dicetur, neceſſe eſt, ut actum voluntati teſtatoris ſupremæ con-
trarium exerceat, quemadmodum ipſe F. Romanus fatetur *in Aſtr. q. 3. n. 3. §.* 54
circà mutationem. Et aliud ſit ceſſare voluntatem, & aliud, voluntatem muta-
re, vel revocare, Alex. Raudenſ. *de Anal. Vniv. c. 40. n. 62.*

§. VI.

Pontifex, imò Epiſcopus ex cauſa poteſt mutare ultimas teſtatorum voluntates.

Addebam *poſito non conceſſo*, quod præviſo hoc caſu teſtator etiam ſuam 55
diſpoſitionem ſervari voluiſſet; nihilominus poſſet non tantum *Pontifex*, ſed
etiam *Epiſcopus*, eam teſtatoris voluntatem, priuſquam iterato executioni
daretur, aliique ſubſtituti introducerentur, neceſſitate vel exigente, vel uti-
litate ſuadente, commutare & alterare, ex communi tam Theologorum.
quam ICtorum *ſupra in q. 5 reſolut. §. 4. 5.* relatorum opinione, *per l. legatum. ff.*
de uſufr. legat. l. legatam ff. de adminiſt. rer. ad civit. pertin. & ibi Dd.

Ratio eſt, quia quando ex diſpoſitione teſtatoris nulli ius plene quæſitum, 56
ſed quærendum eſt, diſpoſitio legis concedit, ut non ſolum *Pontifex*, ſed etiam
Epiſcopus diſpoſitionē teſtatoris poſſit in utiliorem Reipub. aut Eccleſiæ uſum
convertere, & alterare, *propter d. l. legatam & ibi* Dd. *not. ff. de adminiſt. rer. ad*
civit. pertin. Tum propterea quod Pontifex & Epiſcopus debeant potius uti-
litati publicæ ſubditorum, quam privato quorundam commodo proſpi-
cere. Cum utilitas publica priuatæ ſit præferenda *l. 1. C. de primipilo. lib. 12. cir-*
ca fin. c. bone. il. 1. de poſtul. prælat. Videantur tam Theologi quam ICti *ſup. in re-*
ſolut. q. 4. 5. n. 4. citati. At quando inſtituti *originarij* Monachi ſunt omnes om- 57
nino collective accepti mortui, & alii *alienigenæ* ex diſpoſitione teſtatoris ve-
niunt prius ſubſtituendi, ac necdum in emortuum Monaſterium ſunt intro-
ducti, tunc ex diſpoſitione teſtatoris nulli ius plene quæſitum, ſed quæren-
dum eſt; Cum res dicatur ad eum caſum, quem initio habuit, rediiſſe, i-
deoque in illa debebit eadē diſpoſitio legis & iuris obtinere, quæ initio obti-
nuiſſet. Ancharan. *in c. ſi pro te. de reſcript. in 6.* Vnde quando inſtituti *origina-* 58
rij Monachi ſunt omnes omnino collectivè mortui, & alii alienigenæ ex diſ-
poſitione teſtatoris, nunc prius ſubſtituendi, & necdum in emortuum
Monaſterium fundatum introducti, diſpoſitio legis concedit, ut non ſo-
lum *Pontifex*, ſed etiam *Epiſcopus* diſpoſitionem teſtatoris poſſit in utilio-
rem Reipub. vel Eccleſiæ uſum convertere, & alterare, per not. Alex. Rau-
denſ. *de anal. univoc. c. 28. n. 154.*

e 2 Con-

59 Conſequenter nec poterit dici vel inferri, quod iſto caſu ius naturale, gentium, ac divinum lædantur. Quò faciunt & notata Ioan. Petr. de Moneta *de commut. ult. vol. c. 10. q. 3. concl. 1. 2.* 60 Neque etiam poterit dici, quod deſignatis ſucceſſoribus alienigenis reipſa nondum introductis Monachis fiat iniuria; Cum & animus iniuriandi aut iniuſtitiam exercendi à Summo Pontifice atque Epiſcopo abſit, & deſignatis ſucceſſoribus ſolum ius, quod in ſpe habebant, non tamen abſolutum, ſed communi & utilitati publicæ ſubordinatum, ex cauſa publicæ neceſſitatis vel utilitatis ademptum aliò per ſuperiores legitimos transferatur, quod citra ullam iniuriam ex tali cauſa licet, per not. Petr. Anton. de Petr. *de poteſt. Prin. cap. 32.* Alex. Raudenſ. *in tract. de Analog. univ. cap. 28. n. 154.* & quæ ſupra *in reſolut. q. 2.* adducta fuerunt.

61 Quod ſi tamen *expreſſe* pro *alienigenis* fundatio fieret, non venirent *Originarij* admittendi, ut *infra* patebit, & ne quis putet, hoc ſolum in Clericis Originarijs & alienigenis, non verò in Monachis etiam obtinere, ideo audiamus Trithemium, qui in *Chronico Monaſterij S. Iacobi apud Herpibolim*, inter alia in *Gerberg* prope Herbipolim tradit, quod *Monaſterium S. Iacobi* Anno Domini 1140. Indictione tertia, regnante Conrado Imp. anno 2. regni ſui, *Embrico Epiſcopus Herbipolenſis* Dei intuitu & pro reuerentiâ pretioſi Martyris *Kyliani pro Scotis Ord. S. Benedicti* Monaſterium S. Iacobi fundarit, quod teſte Heroldo ejuſdem Eccleſiæ Herbipolenſis Epiſcopo *Anno* 1167. *Indictione* 15. Henricus de Gonteſcheim bonis locupletauit; demum *Anno Domini* 1497. *indictione* 2. 62 mortuo *Philippo II.* illius Monaſterij *Abbate* 32. & ultimo de natione *Scotorum*, non ſolum Paſtore, ſed & ovibus ſeu Conventu deſtitutum remanſit, uſque dum *Alexander Papa* VI. deſolatione hujus Monaſterij acceptâ *Laurentio* Herbipolenſium *Epiſcopo*, Francorum que Orientalium Duci ut Ordinario loci & Fundatori iſtius Monaſterij reſtaurationem, hiſce commendaret.

Litera Alexandri Papæ VI. ad Laurentium Epiſcopum Herbipolenſem.

Venerabilis Frater, *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Accepimus quod in* 63 *Monaſterio S. Iacobi majoris Scotorum Ordinis S. Benedicti Tuæ Diocæſis trans flumen Mogonum non longe ab arce tua Herbipoli conſtituto à* PRIMÆVA *ipſius Monaſterij* FVNDATIONE SOLVM *Monachi* Scoti *recipi poſſunt, ſed propter negligentiam & iniuriam Abbatum, qui illi pro tempore præfuerunt, ſeu alias Monaſterium ipſum ad tantam deſolationem devenit, quod in ipſo à longiſſimo tempore citra ſolus Abbas ſine ullo Conventu aut* Monacho *reſidet & illius bona paulatim diſſipantur. Et ſi alij* Monachi *(dicti Ordinis Regularis Obſeruantiæ) quam* Scoti *introducerentur, profectum* Monaſterium *ipſum in ſpiritualibus & temporalibus ſumeret incrementum. Quocirca cupientes dicti* Monaſterij *feliciori ſtatui & ſucceſſui quantū nobis conceditur, ex Paſtorali officio nobis commiſſo prouidere, fraternitati tuæ, de qua his & in alijs ſpecialē in* Domino *fiduciā obtinemus, per præſentes cōmittimus & mādamus, quatenus ad* Monaſteriū *ipſū perſonaliter te cōferas ſeu alias vocatis, qui fuerīt evocādi, ſuper præmiſſis te diligēter informes. Et ſi per informationē bujuſmodi ita eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus,*

quod

quod de cætero Monachi Teutonici dicti Ordinis Regularis Obſervantiæ in Ipso
Recipi, *& etiam, quod natione Teutonicus alias idoneus ille, quoties Abbate deſti-*
tutum erit, in Abbatem præfici poſſit, ſtatuas & ordines: ac Monachos præfati Ordinis
Teutonicos in illud introducas, Ita tamen quod in memoriam prioris fundationis dicti
Monaſterij etiam Monachi Scoti, *ſi reperiantur, in illo* Semper Admittantvr,
Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Fvnda-
tione *prædicta*; Cvi Qvo Ad Hæc Derogamvs, *ac Monaſterij & Ordinis* NB.
prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica & quavis firmitate alia Eccleſiæ ro-
boratis ſtatutis & conſuetudinibus cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ
apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die ultima Septẽbris M. CCCCXCVI. S. Pontifi-
catus noſtri Anno Sexto.

Quâ commiſſione Apoſtolica acceptâ Reverendiſſimus D. *Laurentius* 64.
Epiſcopus Herbipolenſis præfato *Monaſterio S. Iacobi*, cum nullus illud Religio-
ſus inhabitaret, & ſapientiſſimè providit, ac Religioſiſſimæ Converſatio-
nis *de Obſervantia Regulari*, quæ à loco ſuæ Originis Burſ-feldenſis nomina-
tur, ex Monaſterio Sancti Protomartyris Stephani in Civitate conſtituti
tres Monachos; nempe *Maternum Lyeſſer, Henricum de Culſheim & Henricum*
de Heidingsfelt authoritate tã ordinariâ, quàm Apoſtolica in illud Monaſte- NB.
rium introduxit, transferens in eos eorumque ſucceſſores omnia jura, privi-
legia, dominia, libertates, reditus & cẽſus, bona ſimul cætera omnia, quæ ad
ipſum Monaſterium, ut ait Trithemius ab olim conſtat pertinere, ita Vt
Qvicqvid Ivris In Hoc Monasterio Et Extra Scoticæ Na-
tionis Monachi dudum antea & noviſſimè habuerunt, vel habere pote-
rãt, In Istos Et Eorvm Svccessores Teutonicæ nationis Monachos per-
petuò jam deinceps ſit plena commiſſione Transfvsvm. Et quia Mona-
ſteriũ per malam vitam & nimis inordinatum regimen Scotorum in extre-
mam paupertatem devenit, juſta ratione ab ejus adminiſtratione Svnt 65.
Remoti. &c. Vid. *Trithem. in d. Chron.*

Vnde patet 1. quod fundatio Monaſterij alicujus in Ordine S. Be-
nedicti non fiat pro toto Ordine S. Benedicti, ut perperam F. Romanus
aſſumit, &; pro *alienigenis* facta, non ad Originarios trahatur. Cum dicatur
fundatio *pro alienigenis* facta ipſos ſolùm, adeoque non *Originarios* concerne-
re, & ut hi deficientibus *alienigenis* ſubſtituantur, neceſſe ſit prioris funda-
tionis derogatione, novâ introductione, & Iurium in ipſos translatione;
conſequenter fundatio *pro Originarijs* Monachis facta ad alienigenas non
veniat extendenda; neque ex ea, quæ pro *alienigenis* facta, quicquam juris
habeant *Originarij* vel vice verſa. *d. Conſtit. Apoſt. & Trith.*

2. Quod Monaſterij alicujus Prælato & Convẽtu deſtituti *non exempti ordinatio* etiam ad *Epiſcopum* ſpectet.

3. *Quod* verba illa, *ſi non reperiantur ibi Monachi*, intelligãtur de Origi- 66.
narijs vel alienigenis primitus introductis eorumque ſucceſſoribus.

Digitized by Google

67. 4. Quod Monachi primitus inſtituti non regulariter viventes poſſint à Monaſterio removeri, eorumque loco alij ſubſtitui, pro quibus initio non facta fuit fundatio.

68. Quibus cum contradicat F. Romanus, patet, eum & Alexandro Papæ VI. eiuſque *Conſtitutioni*, tum Trithemio probato Ordinis S. Benedicti ſcriptori contradicere & contrariari, Ut proinde F. Romani Doctrina Apoſtolicæ Conſtitutioni contraria, meritò cuivis debeat eſſe ſuſpecta &c.

§. VII.

69. *Dicebam S. Petrum Abbatem Cluniacenſem, loc. cit. his non contrariari.*

Siquidem, ut allegatus locus oſtendit ipſe non de emortuis, ſed de Monachis alicuius loci vivis, atque inauditis ex Monaſterio, quod re ipſa poſſidebāt, ejectis agit, cuiuſmodi ejectio ſi ſine graviſſima cauſa vel ſaltē ipſorū notoria culpa fiat, haud dubiè foret iniurioſa. Ut proinde ipſe huc ad noſtrum caſum, ubi de Monaſterijs Conventuob mortem omnium incolarum deſtitutis agitur fruſtra allegetur.

70. Pejus autem F. Romanus *allegat* 346. errat, quando dicit, me *hoc c.2.n.* 11. falſo affirmaſſe, ipſum in Aſtro. *qq.1.n.16.* ſenſiſſe, quod Summus Pontifex injuriam inferret alijs religioſis eiuſdem Ordinis, ſi transferret Monaſteriū aliquod ad Religioſos Societatis IESV, ubi tamen ſimile nihil horum dixi, quamvis illud *hac q.6.c.1. ſub n.1. ex ipſa cit. q.1. Aſtri. n.*10. retulerim. Quare audiamus ipſius F. Romani *q.1.n.16.* verba. *uti vides*, inquientis, *totum Ordinem de communi iniuria non immeritò conqueri, ſi vel unum ex Monaſterijs alior ſum ab Ordine trahatur.* arg. c. contingit. x. de ſent. excom. *Od.* ibidem & *glo.* & *Ioannis Baptiſt. Vivian.* in c. 26. de R. I. in 6.

71. Neque F. Romanus propterea elabitur, quod aſſerat, *falſum eſſe, ſe locutum fuiſſe de Summo Pontifice diſponente, ex iuſta & ſufficienti cauſa procedente*; Cum ne mentionem quidem huius rei ibi fecerit. Ita F. Romanus hic iterū lectori imponere, perſuadereq; conatur, quaſi

72. ego non generalia ipſius F. Romani verba, ſed *ad cauſam juſtam* reſtricta referre debuiſſem; quod ſecus ſe habet, ut quivis advertiſſet, niſi & aliud commentum de *dignioribus Societatis* attuliſſet, quaſi Societatis noſtræ Religioſos digniores & utiliores *d.c.2.n.11.* aſſererem. Cum iſtic nihil horum ego aſſeruerim; ipſe vero ſuos non tantum idoneos, alios vero inidoneos. *q.3. Aſtri d. n.5.* ſed etiā ſuos longè excellētiores *q.2.n.38 Aſtri* ſtatuerit. Ita F. Romanus in unius Eclipſios loci allegatione ſepties fallit, quam nullatenus redarguere poteſt.

§ VIII.

Oſtenditur, quod alienigena nullum ex teſtata fundatorum voluntate jus ſibi aſſcribere poſſint, ideoque nec admiſſi, famæ periculum non ſubeant.

73. Oſtendebam, quod ex eo, quod ſi Superiores legitimi alijs alterius Ordinis Religioſis Monaſteria morte omnium *Originariorum* & *incolarum* Monachorum

chorum deſtituta, conferrent, nullam alij *eiuſdem Ordinis*, cuius defuncti originarij & incolæ fuerunt, Religioſi alienigenæ ſubituri ſint famæ periculum. Cum ſolum in caſu ultimo poſito, at non conceſſo, ijs jus duntaxat in *Spe* ex cauſa utilitatis vel neceſſitatis publicæ, cuius *illud* ſubordinatum eſt, & cedere debeat, præſcindatur, quod prudentis judicio ſecum ullum famæ periculum, nec trahit, nec inducit. Num enim agnati vel cognati, quibus jus ad rem ſeu *ſpes* erat ſuccedendi in alicuius bona, ullum 74.
famæ periculum ſubeunt, ſi quis pro ſalute animæ ſuæ præteritis illis agnatis vel cognatis bona ſua hoſpitali, vel alicui pio loco in utilitatem publicam leget aut donet? Id certe nemo aſſeruerit. Atque hinc patet, quid ad locum Filiucij *ex adverſum allegatum* ſit reſpondendum, quod nimirum in longe alijs & diverſis terminis, quam nos loquamur.

Neque enim nos dicimus, quod Pontifex & Epiſcopus licitè poſſint 75.
ſine *ulla cauſa* defunctorum voluntates alterare; de quo Caſu ſolum P. Filiucius cum Malder. Wiggers. ſup. à nobis citatis loquitur & agit, Unde ab illo tanquam planè diverſo huc ad noſtrum caſum omninò nequit detorqueri. Quæ cum ſint adeo manifeſta, ut nihil ad ea F. Romanus reſpondere poſſit, ijs diſſimulatis aliò confugit, ut iam videbimus.

§. IX.

An ſi voluntas teſtatoris eſſet alteranda, ſubeſſet hic juſta cauſa?

Effugium F. Romani *q.2.n. 8. & q.3.n.3.* eſſe aiebam, ut hic intervenire 76.
iuſtam cauſam negaret.

Contra inſtabam: num igitur ipſi *pia iuventutis* in literis & pietate *inſti-* 77.
tutio &c. publicaq; reip. Chriſtianæ utilitas non videretur eſſe iuſta cauſa? Cum illa ipſa ſufficiat, ad unionem alteri Ordini Religioſo faciendam, teſte Gregorio Tholoſano. *de inſtit. rei beneficiaria c.20.n.14.* &c. pro quo erroneè à typographo expreſſus fuerat. *n.10.*

F. Romanus *allegat* 141. air, *quod Tholoſanus*. d.n. 10. *ne verbum de his doceat,* 78.
ubi duntaxat de ſolemnitate unionis ſermonem inſtituat, ſed neque ſequentibus numeris horum aliquid inſit, niſi ad n.14. *veluti ad cognitum mihi aſylum confugiam, de quo iam ipſe* allegat 136. *egerit, prout in* reſolut. q. 5. Aſtri. Eclipſ. n. 9. *videri poterit.* Ait item F. Romanus *iterumque affirmat, in præſenti noſtro caſu, ubi tot alia ſuppetant media convertendi Germaniam, ſtantibus etiam Concordatis Germaniæ non intervenire iuſtam Cauſam transferendi Monaſteria ab antiquis Ordinibus ad Ieſuitas. Qui ſic? Num pia iuventutis inſtitutio & publica Reip. Chriſtianæ per eoſdem antiquos, vel recentiores Mendicantium Ordines aut Societatem Ieſu aliter, quàm per extinctionem antiquarum fundationum inducendam procuranda utilitas non mihi videatur iuſta cauſa tuendi Ius ex fundatione quaſitum iiſdem Ordinibus antiquis? An quod poteſt fieri paucioribus, debet fieri pluribus, & cum præiudicio tertij? Quis adhuc fuit Paterfamilias, qui dixerit ad antiquos Ordines, quid*

Commenta Hayana.

quid hic ſtatis tota die otioſi? ite & vos in vineam meam, *ipſi potius dicunt, & con-*
Math. 20. *queruntur*, quia nemo nos conduxit. *Tanta apud alios eſt laboris ambitio & præ-*
occupatio. Verum enim verò necdum in eas rerum anguſtias devoluti ſumus, ut Ger-
mania aliter ad fidem converti, & in ea conſervari nequeat, niſi per Theatinos in alie-
na Monaſteria nidulantes, cum in oppoſitum adſit experientia plus quam millium
annorum. Tacet alios quoque piarum ſcholarum inveniri frugaliores juventutis in-
ſtructores.

“ *Hæc F. Romanus* cum ſuo Scioppio *ex actione perduellionis tit. de neceſſita-*
“ *te*, & Alphonſo Vargas *cap. 36.* alijſque ab Eccleſia damnatis authoribus.

79. Verum cum F. Romanus iam *ſup allegat.* 36. fateatur, à me *q 5. n. 9. Aſtri*
Diſcutiitur. *Eclipſ.* allata, apud Tholoſanum *cit. cap.* 20. *n.* 14. reperiri, non eſt, quod circa
errorem typographicum multum cavilletur.

80. Cæterum quod de iactatis medijs ſufficientibus in medium affert,
“ Certè ij qui reipubl. Chriſtianæ & Hierarchiæ præſident, noverunt melius,
“ quam qui privatim in clauſtris Deo & ſibi vacant. quomodo exemplo S.
“ *Petri & SS. Apoſtolorum* dividendum ſit ſingulis, *prout cuique opus erit. Act. A-*
“ *poſt.* 4. 36. aut quomodo ipſe Pontifex tanquam Caput ſingulis mem-
“ bris neceſſaria ſuppeditare debeat, iuxta Card. Zabar. *in Clemēt. quia Cōtingit.*
“ *in 10. notabili de relig. dom. per 9. q. 5. cuncta. & c. per principalem de exceſſ. prælat. Clem.*
“ *frequēs. §. preterea Vid. ſup. reſolut. q. 5. §. 8.* ut proinde hæc ab Hierarchicis Præ-
“ ſulibus, & non à F. Romano homine privato ſint accipienda. Cogitet F.
81. “ Romanus, quod ſuperioribus, propterea Spiritus PRINCIPALIS aſſigne-
“ tur, à quo in regimine & bonorum diſpenſatione dirigantur, iuxta no-
“ ta S. Thomæ *in 1. part. q. 108. art. 6. in Corpore. ex pſalm. 50. v. 14.* nulla ipſi inve-
“ niunt media, quibus utiles hoc tempore Magiſtros religioſos ſuſtenta-
“ re queant, niſi vacantia quædam Monaſteriorum emortuorum, & extin-
“ ctorum bona, quæ certè ſtantibus Germaniæ Concordatis integris alijs
“ alterius Ordinis Religioſis ſine ullo præiudicio *alienigenarum* vel extero-
“ rum Monachorum (quod hi nullum ius in re quæſitum habeant, ut ipſa
“ loquitur experientia & *ſupra in reſolut. q. 3.* pluribus monſtratum eſt) confer-
82. ri poſſint. Neque per eiuſmodi collationem antiquæ fundationes *exſtin-*
“ *guuntur*, ſed in meliorem uſum, nimirum ad maiorem Dei gloriam ac
“ proximi, imò ipſorum fundatorum eorumque hæredem ſalutem conver-
83. tuntur. Et ſi Societati conferantur, non tantum per eos, qui in ipſo habita-
“ bunt, ſed & per univerſum terrarum orbem, ubi Societas domicilium
“ fixit, pro illorum ſalute oratur.

84. Num vero non cuivis gratius erit, ut per totum terrarum orbem à plu-
“ ribus, imò aliquot millibus perſonarum religioſarum pro ipſo oretur, quam
“ ſi pauculæ quædam perſonæ in ipſo loco Conventu deſtituto ſubſtituerētur,
“ quæ pro ipſo ipſiuſque familia Deum deprecarentur? Nullus dubito, quin pro
“ me contra F. Romanum, quivis ſit pronuntiaturus.

Quod

Digitized by Google

Quod autem Religioſi Ordines antehac ob indigentiam perſonarum 85
in erudiendis alijs præſtiterunt, id laudo; Utrum vero nunc exiſtentibus alijs Religioſis, qui ex profeſſo & voto, atque *per ſe* id muneris ab Eccleſia Catholica ſponte obeunt, poſſint ſe alij Religioſi choro & vitæ contemplativæ addicti ad ſimilia juventutis inſtruendæ officia demittere, ſuperiorum Eccleſiæ id erit judicare, quorum ſanctæ voluntati neceſſe eſt, ut F. Romanus acquieſcat, nec ſe *otioſum* exiſtimet, dum *juxta Vocationem ſuam* in vitæ 86
contemplativæ exercitijs occupari poſſit & debeat, nec ſe in vitæ activæ exercitia intromittere habeat, ubi defectus non eſt perſonarum vitam mixtam ex voto per Eccleſiam Catholicam approbato complectentium; quas *Cardinalium Declaratio* alijs præponi ea in re jubet, cum ad earundem propriam ſpectet profeſſionem.

Magna autem F. Romani inſcitia eſt, vel error, ſi exiſtimet, Theatinos 87
ad juventutis inſtructionem ab Eccleſia Catholica vocatos eſſe. Errorem illum jam pridem noſter P. Nigronus abſterſit.

Quod verò inveniri dicuntur piarum Scholarum ac juventutis frugaliores 88
inſtructores quàm ſint Societatis Religioſi, *Calumnia eſt*, Cardinalium Declarationi *Ad c. 18. Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform.* contraria, quæ *in Seminarijs* IESVITAS *cæteris anteponendos* cenſet. Horum judicio F. Romano erit acquieſcendum, nec cum Alphonſo Vargas, alijſque damnatis Authoribus aberrandum, qui frugaliores juventutis inſtructores, alibi requirunt. Quod ſi tamen alicubi idonei quoque Profeſſores inveniantur, non propterea Socie- 89
tatis noſtræ Profeſſores excludēdi, ſed potius aſciſcendi judicantur à S. Rota Rom. *in deciſ. Cracovienſis Iuris legendi. Veneris 30. Martij An. 1629.* relata apud Poſtium *in tract. de ſummariſſimo poſſeſſorio tom. 2. deciſ. 321.* Eò quòd habilitas & magiſtrorum approbatio ex Societate Ieſu liqueat ex privilegio S. Pij V. in ijſque concurrant omnia jure communi *in c. 1. & c. quanto de Magiſt.* requiſita, quódque expediat, ut Univerſitatis Profeſſores idonei collegas habeant, uti tradit Ioā. And. *in d. c. quanto n. 3.* quo ſit locus diſputationi, quâ ſciētiæ & doctrinæ veritas magis elucescit *l. ult. §. mixta* ibi, ut Henr. Modeſtin. & notando bene & optima ratione diſcurrit *ff. de mun. & hon.* tum quia ut S. Canones atteſtantur, integrum eſt judicium, quod plurimorum ſententijs confirmatur. *c. Prudentiam 21. in pr. de Off. deleg.* & per ampliores homines perfectiſſima veritas revelatur *l. fin. C. de fideicom. c. extra conſcientiam 64. diſtinct.* & quod à pluribus ſapientibus quæritur, facilius invenitur *c. de quibus. 20. diſtinct.* Tum quia ad diſcendum multum valet amor magiſtri & acceptus modus legendi, ſi quidem aliquis ſub uno proficeret, qui ſub altero deficeret, aut non proficeret, ut poſt Hoſt. tradit Ioan. Andr. *in d. c. quanto in fin. de Magiſt.* Neque huic privilegio Pij V. & *d. c. 1. & d. c. quanto. de Magiſtr.* Societatis Ieſu Patres renunciavere; cū publicam utilitatem eæ diſpoſitiones *principaliter*

Digitized by Google

ter reſpiciant,cui nemo valide renunciare poteſt per *text.in c.ſi diligenti,de for comp. l.jus publicum ff.de pact.&c.* Vid.plurib.*d.Rota Rom.deciſionem.*

§. X.

Ad locum Filiucij Reſpondetur,quod is in actuali Collegio obtineat.

90 Hinc etiam ad illud Filiucij , quod Pontifex,ex *juſtitia* teneatur reparare . d,quod intereſt,tam in fama & exiſtimatione, quàm in bonis temporalibus,*reſpondebam* ipſum obtinere,quando aliquod Collegium Religioſum adhuc actu exiſtens ſine cauſa abrogaretur, ipſiq; excluſo vel ejecto aliud ſubſtitueretur,tunc enim jus alicui ablatum reparandum eſt, vel reſtituendum, ne aliàs contra juſtitiam alicui injuria fiat, neve alicui per alterum iniqua conditio inferatur,contra *Reg.non debet alteri per alterum. de reg. Iuris in* 6.ut ipſa Filiucij verba oſtendunt,& Auguſtinus Beroj.in *c.quæ in Eccleſiarum, n.167.& ſeqq.de conſtit.& in c.cum veniſſent de judic.n.25.* ex Innoc.*in c. niſi cum pridem.de prab.col.*2.Felin.in *c.quæ in Eccleſiarũ col.*18.*de conſtit.in Verb.itaque contra univerſale dictum glo.vel igitur in c.per principalem.*9.*q.*3.Dominic.*in c.ſi gratioſa.de reſcript.in* 6 *n.*16.Bald.*in l.reſcripta ſub.n.*8.*C.de precibus Imp.offer.* Card.Zabarell. *in Clem.*1.*in ult.not.ut lit.pẽdẽt.& in conſ.*142.Abb.in *c.translato.de conſtit.& c.fin.circa fin.de confirm.util.*Roman.*conſ.*176.Anton.*in c. conſtitutus. de relig. domib.n.*21.

Hinc cũ Filiucius de Collegio actuali ſine cauſa ſuis bonis non privando agat,non poterit huc ad præſentem noſtrum caſum , ubi de Collegio mortuo atque extincto agitur,allegari.

§. XI.

Collatio Monaſterij Conventu deſtituti alijs alterius Ordinis Religioſis facta non eſt alienatio.

91 Ad aſſertum F.Romani *q.*2.*n.*19.*&* 30.*q.*3. *n.*5. quaſi illo caſu daretur propriè dicta alienatio,quod attinet,*reſpondebam*, illud negare Gloſſam *in d. c.Eccleſia ad fin.*16.*q.*1.approbatam à Petro Antonio de Petra in *tract.de jure quaſi non toll.c.*24.*n.*80,81 qui ait,Gloſſa *in d.c.Eccleſia* loquitur in alijs terminis,ſcilicet,*utrum Papa dicatur alienare dando uni Eccleſiæ,& auferendo alteri*, Et concludit,quod non,& eſt verum argumento Fratris donantis ſorori. *l.voluntas.C.de fideicomm.*ubi Dd.docẽt,quod ſi Filijs à patre ſit prohibita alienatio rerum,non propterea impediatur unus ex Filijs, quò minus ipſe Sorori ſuæ donet.

92 Deinde probabam ex ipſius F.Romani ratione,quòd illo caſu noſtro non foret propriè alienatio, ſiquidem hæc notat actum, quo ab uno dominium in alium transfertur.*l.*1.*C.de fund.dot.* F.Romanus *cit.loc.* Atqui hoc

caſu

caſu noſtro dominium Monaſterij emortuis *Originarijs* ab alijs aliorum Monaſteriorum Monachis *alienigenis* vel exteris non transfertur. Cum hi 93 *alienigenæ* ipſum dominium non fuerint reipſa conſecuti, eò quod necdum à ſuperiori legitimo ipſis *alienigenis Originariorum* mortuorum Monaſteriorum fuerit collatum, ut *ſupra in reſolut. q. 1. c. 3. Aſtri Ecclipſ.* oſtendi. Igitur. &c.

Nihilominus ſi *alienatio* genericè accipiatur pro translatione non ſolum juris plenè quæſiti & *in re*, ſed etiam *in ſpe*, & ad rem alicui factâ vel faciendâ, 94 poteſt concedi, quod in ſuppoſito, & non conceſſo caſu providentis teſtatoris in Caſum mortis originariorum Monachorum de alienigenis ſubſtituendis, foret quædam *alienatio*. At tunc in ejuſmodi caſu pro inſtificanda translatione ſufficeret Eccleſiæ utilitas, nec opus eſſet urgentiſſimis & maximè neceſſarijs cauſis, quia ut ait Tholoſan. *de inſtit. reibeneſ. c. 20. n. 10.* In ſymbolizantibus facilior eſt tranſitus *l. 1. C. nō licere habitatoribus Metrocomiæ lib. 11. tit. 55. l. cum pater. 77. § libertis. ff. de legat. 2.* quæ regula Philoſophis quoque nota eſt. Unde cum Religioſa familia, à qua in caſu poſito, non conceſſo jus ad rem ſeu bona Monaſterij *Originariorum* emortuorum & altera Religioſa familia, ad quam illud jus ad rem reipſa transferretur, ut jus in re conſequeretur, ſint ſymbolizantes in tribus votis Religionis ſubſtantialibus, paupertatis, Caſtitatis & obedientiæ, etiam facilior fiet juris illius tranſitus.

F. Rom. allegat. 344. *&* 345. dicit, ſe *in q. 2. n. 19. &* 30. ambobus in locis, 95 *verbi alienationis propriè dictæ ne meminiſſe quidem &c. ſed unicum ex me quærit, ſi cum tempore unum vel plura Collegia Societatis per legitimam authoritatem transferātur in Monaſteria Ordinis S. Benedicti, an ſit futura alienatio propriè dicta, vel ſecus. Vtrobique compedes inveniam, quibus religer.* *Commenta Hajan.*

Aſt F. Romanus more ſuo plura hic comminiſcitur falſa, ut unam in 96 Aſtri Eclipſi invenire poſſit falſitatem, ſed ipſe Aſtrum ſuum pluribus fœdat maculis. Nam ego *hic*, ſicuti & *ſupra hoc cap. 2. n. 2.* citâram F. Romanum *q. 2. n. 19. & q. 3. n. 5* copulativè, ut ex utroque loco illius collato appareat, quid doceret quamvis ex loco *q. 3. n. 5.* ſufficienter hoc ipſum, quod ipſi F. Romano aſcripſeram, pateret, quem locum ſi allegaſſet, ſe ipſe confudiſſet, ſiquidem *cit. q. 3. n. 5. ait*: Quare non videmus Nos (F. Romanus) qua ratione „ 97 dicere potuerit (P Laymannus) Non eſſe propriè *Alienationem*, ſi Pontifex „ uni cœtui dominium hujuſmodi bonorum auferat, alteri Collegio tribuat „ &c. *Hæc ibi.* Deinde ut benevolus Lector videat, ipſum F. Romanum *cit. q. 2.* 98 *n. 19.* à me allegato *alienationis* meminiſſe, audiat iterum F. Romanum, cuius verba integra *hac q. 6. c. 1. n. 1.* attuli, ità, quoad huc ſpectat, loquentem: Num „ Summus Pontifex & Romanorum Imperator (ut diſertè docet infra citandus Filiuc. *è Societ. Ieſu. tract.* 44 *de alien. bonor. Eccleſ. n.* 74. *& c. 3.* „ 99 *n.* 45 tam ex officio, quam quaſi ex contractu, cum ijs, qui bona Eccleſiæ „ reliquerunt, obligati ſunt lege divina & naturali tam illis Fundatori „

Diſcutiuntur.

bus quàm ijs Ordinibus, in quorum emolumenta relicta ſunt, non Alienare &c. prout ſupra *d.c.1.n.1.* retuli, ubi videri poſſunt.

100 Quod ſpectat *ad nu.*30. poterat ipſe F. Romanus ex priori meo *hic.n.* 2. atque ex ſuis utrobique allegatis locis colligere, illum numerum errore Typographi irrepſiſſe, quamvis ibidem tranſlationem Monaſteriorum iniuria inſimulet, quam paulo ante ſumus proſecuti.

101 Quod ad *inſtantiam* à Societate petitam attinet, illa omninò frivola & diſparata eſt; quia quando à Societate fieret alicujus domus Translatio ad alium Ordinem, tunc daretur ex parte Societatis *terminus poſitivus à quo alienationis*, & *terminus ad quem ſimiliter poſitivus*; qui duo termini eſſentialiter in *propriè dicta alienatione* requiruntur, ut *ſupra cit.n.2.* docui ex Gœd. *in & per text. l.alienationis.* 28 *ff. de V.S.n.4.& per l.1.C.de fund. dot. & l.fin.C. de reb. alien. non alien.* minime autem in translatione Monaſterij alicuius, in quo ſtabilitas voti

102 promittitur morte omnium Originariorum & Incolarum deſtituti, quia ibi non *datur terminus à quo poſitivus*, ſed *negativus ſeu privativus*, ob mortem omnium Originariorum & Incolarum. Neque enim illud ad alienigenas ſpectat, ut ſupra oſtenſum eſt: Longe verò alia eſt ratio Societatis noſtræ & aliorum Ordinum, in quibus non promittitur loci ſtabilitas, ſed liberrima eſt

103 penes prælatos translatio perſonarum: In his enim Collegijs vel Monaſterijs non poſſunt dici omnes mortui, quamdiu aliqui ex Ordine ſuperſunt, cum pro ijs omnibus indiſcriminatim fiat fundatio, ijſque Dominium in communi acquiratur, iuxta ea, quæ ſupra *in reſolut. q.2. ſect. 3.c.3.* ex Berojo *q.83. familiar.* alijſque Dd. ſuprà tradidi, ut proinde non ego, ſed F. Romanus, ſi hæc negare auſit, inſcitiæ compedibus valde conſtrictus teneatur.

§. XII.

An ſi Monaſteria Conventibus ob mortem omnium deſtituta, Seminarijs Clericorum auferantur, utilitati Eccleſiæ conſulatur?

Aſſerebam, quod quando Seminarijs Clericorum à Superiore confe-

104 rentur bona Monaſteriorum ob mortem Originariorum vel Incolatum Monachorum Conventu deſtitutorum, nemo futurus ſit, qui prudenter neget, illic Eccleſiæ utilitatem ſubeſſe. Siquidem is aliàs contra *Concil. Trid. ſeſſ.23.c.18. de refor.* definitionem ſenſum ſuumque judicium privatum publico totius Eccleſiæ judicio præpoſiturus eſſet, quod periculoſum nemo in-

105 ficias ibit. Excogitet etiam F. Romanus mille alios dotandorum Seminariorum modos, nullus commodior exiſtimabitur, quam qui à ſua Sanctitate totius Eccleſiæ Capite prudentiſſimè erit conſtitutus. Cum ipſius Pontificis Summi Capitis ſit in membra ſingula transfundere alimenta, *9.q.1. cuncta. & c. per principalem. 9. q. 3.* Card. Zabarell. *in Clem. quia contingit. n. 9. de rel. dom.*

Ex

Ex deductis relinquitur, nec Pontificem *concedendo*, nec Imperatorem 106
permittendo, ut Monaſteria ob mortem Originariorum Conuentualium deſtituta, attentis horum temporum circumſtantijs in alios alterius Ordinis Religioſos vel Clericorum Seminaria transferantur, quicquam contra jus naturale, gentium, ac divinum agere, ut prius fuit demonſtratum.

F. Romanus *allegat.* 217. ait. *Certè Conc. Trid. eo loci, ne meminit quidem* 107
ullius Monaſterij emortui, nec agnoſcit emortua ulla, ſed ſolum diſponit, ut ex fructibus Comment. ta Hayana.
integris Abbatiarum & Prioratuum vigentium, cujuſcunq; Ordinis, etiam Regularis, aut qualitatis & conditionis fuerint &c. Partem aliquam vel Portionem detrahant Epiſcopi, & eam portionem ſic detractam, ſine Cultus Divini & illa obtinentium prejudicio, huic Collegio ſeu Seminario applicent. Ego autem mallem totum pro parte nim. pro conceſſa ab Oecumenico Concilio certa portione fructuum Monaſticorum ipſa Monaſteria Seminarijs incorporari, ajamq; ſic definitum eſſe à Concilio Trid.

Aſt F. Romanus more ſuo non diſtinguit inter propoſitiones explica- 108
tas & deductas, ſicuti nec hæretici inter eaſdem diſtinguere ſolent, quoties Diſcutiuntur.
ipſis aliqua propoſitio fidei deducta opponitur, qui tamen ipſi nihil in terminis ibidem declaratum, nec etiam deductum proferunt, ſed pro ſuo erroneo cerebro quiduis effingunt. Propoſitio mea *ex Conc. Trid.* deducitur, non vero in terminis ipſis explicatur, ſicuti etiam ipſa S. Cardinalium Congregatio *ex eodem loco à me citato* deducit, quod non tantum fructus alicujus Canonicatus, ſed etiam Canonicatus ipſe poſſit per Epiſcopum à Collegiata Eccleſia, in qua ſunt ſeptem Canonicatus, diſmembrari & applicari Seminario, quod tamen in ipſis terminis *ibidem in d. Concilio* non definitur. Poteſt autem ex eo deduci, quòd beneficia cujuſcunque qualitatis poſſint Seminariis uniri, dummodo unio fiat ſine cultus divini diminutione & præjudicio ea obtinentium. Atqui F. Romanus Monaſteria dicit eſſe benefi- 109
cia, *in Asbeſto n.* 12. quæ ut ipſa experientia loquitur, morte omnium Conventualium Originariorum ſunt deſtituta, neque in ijſdem propterea exercetur cultus divinus, neque ullus datur, qui ea obtineat, ideoque nec ulli præjudicium inferetur, ſi ea ſeminariis conferantur. 2. quod fructus Monaſteriorum *Actualium*, in quibus dantur Incolæ Religioſi divino cultui vacantes, poſſint applicari Seminario, dummodo ſufficientes pro ipſis incolis Religioſis cultui divino vacantibus fructus competentes reſerventur. Ergo multo magis poterunt fructus Monaſteriorum non actualium, in quibus non dantur ulli incolæ Religioſi divino cultui vacantes, applicari Seminario, neque tunc opus erit aliquos reſervare fructus; eò quòd ibi nulli amplius dentur incolæ Religioſi divino cultui vacantes.

Vnde patet ſolutio ad illud, quod F. Romanus de portione fructuum Seminariis aſſignanda & danda movet, quod nimirum iſto caſu ceſſet cauſa finalis reſervationis partis fructuum pro Miniſtris Eccleſiæ, adeoq; ceſſet

etiam ipſa reſervatio partis fructuum , cum ceſſante cauſa finali reſervationis ceſſet & ipſa reſervatio &c. *per c. cùm ceſſante, de appell. l generaliter. C. de Episc.*

Taceo quod ex Conc. Trid. *loc. cit.* ego maximè conatus ſim oſtendere
110 in erectione & dotatione Seminarij Clericorum magnam Eccleſiæ verſari utilitatem , ut boni ipſi præparentur operarij *per not. in Conc. Trid. d.*
111 *loc.* Quin etiam hoc ipſo quod Papa Seminario conferret bona Monaſtica, præſumendum eſſet, ipſum juſta moveri cauſa, etiamſi nulla appareret, Ita Zaſius *lib. 1. conſ. 16. n. 14. ex l. reſcripta & ibi* Dd *not. C. de precib. Imper. off. c. cum veniſſent. n. 8. de iudic.* Anton. *in c. conſtitutus. n. 21. de rel. dom.* Nec poteſt Papæ obiici, *Tu male agis vel cur* hoc facis, *9. q. 3. c. nemo. 13. cum duob. capp. ſeqq.* glo. *in c. non noſ. verb. quis enim. ſub fin. & ibi* Præpoſ. *40. diſt.* ubi dicit. Sacrilegij inſtar eſſe, de facto Papæ diſputare, *per c. ſi quis ſuadente, 17. q. 4. & c. in memoriam 19. diſt.* Vid. Zaſ. *cit. loc.* illudque 1. *Cor.* 2. 15. Maxime Summo Pontifici convenit, *Spiritualis autem judicat omnia, ipſe à nemine judicatur.*

§. XIII.

Ad Authoritatem Angeli Reſpondetur, & Num irrationabilis futura ſit diſpoſitio teſtatoris publicæ utilitati repugnans.

112 Reſpondebam ad Angelum *conſ. 328. n. 5.* in argumento 2. ſuperius *c.* 1. relatum 1. *Negando* hîc aliquid fieri contra Teſtatorum voluntatem.

113 2. *Poſito*, non tamen conceſſo, quod factæ translationi contrariaretur voluntas Teſtatorum; hoc tamen caſu, quo publicæ Eccleſiæ utilitas ageretur, foret *irrationabilis* , ut etiam concludit Layman. *q. 2. præambula juſtæ defenſionis. § dicendum. 2. in fin.* ideoque nec curanda , & voluntas illa tanquam privata publicæ poſtponenda eſſet Eccleſiæ utilitati. Addebam autem NB. propterea tamen nos non aſſerere , quòd expreſſa Teſtatorum voluntas prætextu alicujus pietatis poſſit prudenter, neceſſitate vel evidente Eccleſiæ utilitate publica id exigente mutari. Ideoque Angelus nihili contra nos faciat.

114 F. Romanus *in horti paradox. 10. n. 20.* notat hanc Reſponſionem ſecundam allatam à me *ſuperiori n. 12.* referri, ubi non reperitur. Ita F. Romanus hic primò falſus eſt. *Deinde* in margine notat, quod *poſtea n. 13.* pluribus in fermento poſitus exaggerat, *Hæc ſententia eſt*, inquiens, *impia, cum loquatur*
115 *de tali utilitate publica, cui aliter conſuli poteſt , non derogando Concordatis Germaniæ nec tacito pacto Fundatorum cum Ordinibus & Eccleſia*, Et in textu ait, *quod loquar*
116 *ibi de translationibus Monaſteriorum ad Societatem Ieſu. Ex quo poſito fundamento ſequatur , Imperatorem cuiuſuis divitis ſubditi ſuperflua bona in uſus Societatis & ejuſ-*

Commenta Hayani.

ejuſdem Seminariorum convertere poſſe, eorumque voluntatem qui ſe opponerent, fore
irrationabilem, ideoque non curandam, cum voluntas illa tanquam privata, publicæ
poſtponenda ſit utilitati. Quid enim obſtat, ubi par eſt Principis poteſtas, & par applica-
tionis utilitas, quo minus par utrobique eliciatur concluſio? Atqui hæc doctrina multum
paradoxa eſt; quantumvis minus læderetur juſtitia & charitas, ipſeque Deus, ſi Princeps
ex plenitudine poteſtatis auferret ab opulento ſuperflua bona, quibus is in Dei offenſam &
proximi læſionem abutitur, quam ſi fundatio in pium uſum deſtinata, ex bono fine ad
meliorem converteretur. Tacet, ad hoc ut plenitudinem hujuſmodi poteſtatis Princeps 117
exercere & jus quæſitum tertio auferre poßit, talem requiri neceßitatem, ut Reip. com-
modiore via ſuccurri nequeat. Petr. Anton de Petra. de poteſt. Princ. & jure quæſ.
non toll. c. 24. à num. 16. uſque ad fin. præcipuè num. 25. 32. 34. 36. 56. &
ſeqq. & num. 80. & 81. per text. c. Eccleſiæ 16. q. 1. & num. 239. ubi dicit, non
eſſe boni Principis diſcooperire unum altare & tegere aliud, Et; Principem, rem tertij au-
ferre non poſſe, quamdiu alia via Reip. ſubveniri poteſt, Teſtatur Menoch. conſil 265.
num. 33. & 34 Alciat. conſ. 161. num. 12. Socin. Iun. conſ. 98. num. 10. lib. 3.
Felin. cap. quæ Eccleſiarum. num. 53. de conſtit. Hart. Piſt. lib. 2. quæſt. 40.
num. 43. Ruinus conſ. 46. num. 14. lib. 1. Qua de re videatur Ioan. de Dicaſtillo
part. 2. controverſ. quotidian. c. 28. ubi inter cæteros commendat Franc. Sarmiēt. 118
lib. 1. ſelect. qq c. 8. num. 21. & 22. dicentem: Principem quidem in his, quæ pu-
blicam utilitatem reſpiciunt, majorem habere poteſtatem, conſiderandum tamen eſſe, ne
iniquum & à lege reprobatum contineat, non autem quod melius potuiſſet diſponi con-
ſiderandum: Quod enim teſtator vel fundator voluit, non quod melius fuiſſet eum voluiſ-
ſe attendendum eſt. Qui Caſtillo ibid. part. 3. c. 6. magnum cumulum congeßit, de hac
materia ſcribentium, inter quos Hippolytus Riminald. conſ. 199. à num. 146. uſque
188. lib. 2. & conſ 45. à num. 41. uſque 91 lib. 1. Marcus Anton. Peregr. de fidei-
comm. art. 52. à num. 108. uſq; 135. & à num. 144. uſque ad fin. Simon. de Pe-
tris, (error hic eſt F. Romani, vocatur Simon de Prætis:) de interpr. ult. vol.
lib. 1. ſolut. 13. Quibus adde ex Recentioribus Martin. Mager. de advocatia arm.
c. 16. num. 90. & ſeqq. Paulum Chriſtineum deciſ. Belgic. vol. 2. deciſ. 75.
num. 2. ubi ex Craueta conſ. 241. num. 12. dixit, Angelum non ut Angelum, ſed
ut hominem mendacem locutum eſſe quando dixit, mentiri illos, qui negant Principem
jus tertij ſine cauſa alicui auferre poſſe; Contra Angelum enim ſtare communem opi-
nionem. Menoch. conſ. 1. num. 424. & conſ. 103. num. 68. conſequenter & contra
Larvatum Eugenium Lavanda, qui ſub allegat. paginæ 150. n. 3. in fin. dicebat, Fa- 119
cere interdum ſine cauſa eſſe prærogativam Principis etiam auferendo jus tertij, pro-
cul dubio dicturus contrarium, ſi jus ipſius alicui ſine cauſa Princeps aufer-
ret.

Iam verò ego ex adverſo fundationes impugnans, neceſſario præſupponere debe- 120
am, in noſtro caſu, alia via Eccleſiæ conſuli non poſſe, quam exſtinctione & translatione
Monaſteriorum ad d. Societatem, id quod manifeſtè falſum eſſe docueris ipſe Aſtri q. 2.
num. 19. 28. & 29. quo Lectorem brevitatis ſtudio remittit, doceatque contrarium

expe-

121 experientia quotidiana,& Carolus Carafa Nuntius Apoſtolicus,in ſua Germania ſa-
cra reſtaurata fol. ipſi 345. In Palatinatu Heidelbergenſi, inquiens, Patres Mi-
nores,ſtrictioris Ordinis obſervantiæ S. Franciſci, hoc tempore anno circiter 1628. ex
Calviniſmo ad Catholicam Religionem reduxerunt Civitatem Wolffſtein cum ad-
junctis ſuis undecim pagis: ſic etiam Civitatem Stromburg cum 2. oppidis & 14. pagis.
Pariter civitatem Monzingenſem, Archiſatrapiam totam Civitatis Cæſaris Lautrenſis
cum 3. oppidis & 60. pagis. Dominium Hohenecken cum 4. pagis Oppidum Roc-
kenhauſium cum 6. pagis. Arcem Naumburg cum 12. pagis. Et Oppidum Oppē-
heimenſe. Atteſtantur Nabburgenſes in ſuperiore Palatinatu publicis litteris &
ſigillis:(quæ vidit) ſe & potiſſimam partem ſuæ Communitatis ac Civium ad Catho-
licam Religionem, indefeſſa Patrum Benedictinorum Montis Sancti Andex opera
122 & inſtructione reductos eſſe. Fateturque Paulus Layman. Iuſt. defenſ. fol. 92. & 93.
totum Palatinatum ſuperiorem, Orthodoxæ fidei nuper fuiſſe reſtitutum, antequam ul-
lum Collegium Societatis, aut Seminarium erectum erat.

123 Aſſerit igitur F. Romanus hanc ſententiā meam, de irrationabili Funda-
torum hodie voluntate in Monaſteriis, non modo paradoxam, piarum aurium offenſi-
vam, &c. Quis enim poſthac ulterius pias fundationes inſtituet. Quis execrationibus di-
ſpoſitiones factas ſufficienter muniet, ſi de proximo angulo, cuivis audaciori, ad emergen-
tem, ſibiq; viſam commodam occaſionem, ſcribere liceat, execrationes illas mera eſſe te-
riculamenta, meras venatorum formidines, Fundatorum antiquorum voluntatem ho-
die fieri irrationabilem, ideoq; non curandam eſſe? Pallium iſtud Scriptoribus Socieca-
tis cum hæreticis commune eſt, quo ſe tegunt. Nam id ipſum & hi clamant, ne Monaſte-
ria impiè rapuiſſe ac detinere videantur, &c.

124 Verum F. Romanus ex mutilatis verbis chimæras ſibi fingit & dira in-
ſomnia, quæ verba mea integrè allata, omnino fugaſſent, prout ex collatione
eorundem cuivis prudenti iudicio palam fiet.

125 Deinde F. Romanus præcipitando pronuntiat aliquid eſſe impium, pri-
uſquam illius conditionem, & ut loquuntur ICti. merita cognoverit & pe-
netrarit. Quod autem ea, quæ hic à me ex hypotheſi propoſita fuerunt, ipſe
nec cognoverit nec penetrarit, palam fit ex ſubjecto ipſius diſcurſu plane
huc impertinente ac diſparato. Ecquis non eum, qui pro eo tempore, quo
rei ſuæ Dominium amplius actu non habiturus eſſet, poſſet autem ſolo vo-
luntatis ſuæ actu habituali & interpretatiuo tum Reip. & Eccleſiæ Chriſtia-
næ commodis neceſſarijs vel utilibus ſtudere & nollet ſuperiori in eas Ec-
cleſiæ utilitates diſponenti ſuam accommodate voluntatem, irrationabiliter
126 fore inuitum cenſeret, cum ſecundum leges & Canones eorumque ratio-
nes habeat Superior ſeu Miniſter legis, poteſtatem à defunctis teſtatoribus
relicta in caſu neceſſitatis vel utilitatis publicæ commutandi. l. legatum. ff. de
uſufr. legat. l. legatam. ff. de adminiſtr. rerum ad Civit. pertinent: Et nemo poſſit
facere, quo minus leges in ipſius Teſtamento locum habeant. l. nemo poteſt l.
127 ſi quis inquilinos in fin. & ibi Dd. ff. de legat. 1. l. teſtandi. C. de teſtam. Taceo enim
quod

Digitized by Google

quod ut ait Simon de Prætis *lib. 5. de interpr. &c. interp. 2. dub. 1. n. 59. uſq; ad 68.* volũtas teſtatoris *iuri contraria* vel *inepta* non ſervatur. Et cum ratio non adimplendi *mandati* & voluntatis reddi poſſit à ſuperiore, *irrationabilis* erit voluntas teſtatoris Simon de Præt. *d. loc. n. 67. 68. per l. ſi Paterfamilias ff. de hæred. inſt. gloſ. fin. in c. cum teneamur. de præb.* Quin imò ait idem Simon de Præt. *d. Loc. n. 61, 62.* ſi à *principio* voluntas ea non ſit contra jus vel utilitatem publicam, ſed poſteà in decurſu temporis talis deprehendatur eſſe, non veniet ſervanda, ſed moderanda. per *ſuggeſtum de decim:* ubi ſecundũ varietatẽ temporũ variatur etiã *interpretatio* diſpoſitionis, *l. ſi quis eum ff. de cond. & demonſt. & ibi* Bart. Quanto ergo magis voluntas privati de bonis ſuis poſt obitum 128
in certum uſum pium diſponentis, cui ſuperior prius annuit, ut impleretur, & impleta poſtmodum deficeret, ſi tunc à ſuperiore judicante relictum illius utilioribus Eccleſiæ Catholicæ uſibus applicandum eſſe, ipſe nollet applicari, cenſebitur *irrationabilis*, quod juri & communi bono contrarietur.
Adverſus hæc nihilum omnino facit F. Romani inſtantia, *de divite* allata. 129
ſiquidem ipſe *dives* in caſu per F. Romanum propoſito actuale ſuorum bonorum etiam ſuperabundantium dominium retinet, nec in Rempubl. ejusve uſum aliquem publicum tranſcripſit, nec tranſcribere cogitat; At in noſtro caſu teſtator vel fundator rerum ſuarum Dominium poſt obitum ſemel in certum uſum aliquem Reip. & Eccleſiæ Catholicæ tranſcripſit, nec amplius illarum rerum dominium, retinet, qui uſus etiam per mortem omnium incolarum illius Monaſterij ceſſat; hoc ſane eventu, ſi ſuperior Eccleſiaſticus, qui voluntates defunctorum in uſum Eccleſiaſticum habet admittere, judicaret alij uſui magis utili & neceſſario Eccleſiæ pro hac temporum & rerum circumſtantia applicandum eſſe, & teſtator vellet quidem uſui Eccleſiæ à ſe relictum applicari, ſed quem ipſe, & non ſuperior judicaret nunc expedire vel neceſſarium eſſe, annon teſtatoris illius volũtas utpote juri *in l. legatam, & ibi Dd. ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pert.*, contraria, *irrationabilis* cenſetur; ſi F. Romanus negat, prius *ex* 1. 2. principia de actuum humanorum bonitate & malitia dicat, quàm temere aliquid neget, quod ad actuum illorum bonitatem requiratur, ut ſint *rationi, legi divinæ atque humanæ conformes*, difformes enim mox rationem malitiæ induunt. Ut vero F. Romanus errorem ſuum melius hic deprehendere poſſit, 130
quæro ego ab ipſo, ſi fundator Eccleſiæ ſæcularis voluiſſet, ut ipſa ſemper talis maneret, nec unquam regularibus concederetur, & poſtmodum ea Eccleſia Collegio ſuo ſi quod haberet, deſtituta, vel etiam ſi curata fuiſſet, populo & cura deſtitueretur, ac ſuperior Eccleſiaſticus pro hac temporum & rerum circumſtantia judicaret, eam Eccleſiam utilius nunc Regularibus concedi, teſtator autem vellet quidem eam uſibus Eccleſiaſticis ſed non illi, quem ſuperior ita judicaret expedire, annon hæc voluntas teſtato-

Inſtantia F. Romani de divite Refellitur.

ſtatoris,utpote juri contraria cenſeretur *irrationabilis*? Quod ſi dixeris iſto caſu privatam Teſtatoris & non publicam ſuperioris voluntatem,nec *publi-*
131 *cam Eccleſiæ* utilitatem eſſe attendendam & obſervandam, annon *definitionem* Urbani III. Pontificis *in c. ad audientiam il. 2. de Eccleſ. ad. f.* & ibi Dd. ſenſui,tum nuperrimæ Conſtitutioni *Innocentij X. ſupra allata* contradices? Vid. & Ioan. Petr. de Monet. *in tract. de Commut.ult. vol. cap. 2. n. 96. & ſeqq.* Vel ſi teſtatoris voluntatem iſto caſu veluti juri contrariam *& irrationabilem* cenſebis non attendendam, quomodo jam tibi ea ſententia potuit dici *impia, piarum aurium offenſiva & ſcandaloſa*? Num tibi Summi Pontificis ac concors totius Eccleſiæ ſenſus & judicium impietatis inſimulabitur? Viden F. Ro-
132 mane rationum tuarum abſurditates. Deinde quomodo ſcis,quod aliunde Eccleſiæ neceſſitati & utilitati conſuli poſſit? Sanctiſſimus D. N. Papa, Sacratiſſimus Imperator, S. R. E. Cardinales, S. R. I. Electores, Archiepiſcopi,Epiſcopi, Principes alijque Prælati judicant non aliunde nec aliter hiſce temporibus conſuli poſſe, vel certè non expedire,quemadmodum ex documentis tractatus noſtri ſubſequentis patebit. Num Tibi privato in cellæ deliteſcenti potius, quàm omnibus illis ſuperioribus ad clavum reip. Chriſtianæ ſedentibus & advigilantibus, qui Spiritu reguntur principali, credendum erit? Næ ego tibi ſuadeo, ut tuo te juxta vocationem tuam contineres clauſtro, ac Thomam de Kempis maximè *lib. 1. de imitatione Chriſti. cap. 2.* in angulo legeres ac conſiderares,ubi *Multam*, inquit, *poſſemus pacem habere, ſi non vellemus nos cum aliorum dictis & factis*, & quæ ad noſtram curam non ſpectant, *occupare. Quomodo poteſt ille diu in pace manere, qui alienis curis ſe intermiſcet? qui occaſiones forinſecus quærit? Beati ſimplices, quoniam multam pacem habebunt.* Hæc ipſe.

133 Quid ſi tibi alius oggereret,aliunde poſſe Regularibus ſuccurri,non eſſe omnino neceſſarium, ut Eccleſiæ *ſæculares Regularibus* uniantur, num propterea ſi ſuperior Eccleſiam aliquam ſæcularem Regularibus uniret, *impietatis & injuſtitiæ* à te F. Romane inſimulabitur? Num quia Pontifex Eccleſiam Collegiatam ſæcularem Collegio deſtitutam Regularibus aut horum Eccleſias ex cauſa ſæcularibus confert, ideo tibi dicetur *diſcooperire unum altare,ut alterum cooperiat.* Vide,quod non me,ſed Summos Pontifices Urbanum III. *in d. c. ad audientiam.* & Innocentium X. *in d. Conſtitut.* oppu-
134 gnes. Contra hæc nihil Dd. à te citati loquuntur, nihil definiunt. Cum ipſi loquãtur de eo caſu, quo Dominium rerum à poſſeſſoribus veris etiamnum tenetur,quod ipſi pro bono publico, cuius incolumitati aliunde proſpici non poteſt,non niſi pro rata ſua dimittere coguntur, à cæteris,in quorum utilitatem dimiſſio ſimul cedit,compenſatione pro cujuſque portione
135 accepta, ut rectiſſimè allegati Dd. tradunt. At nos de caſu, quo omnes alicujus loci Religioſi ab alio ut *membrum proprietatis* non dependentis incolæ qui

qui illius dominium & poſſeſſionem tenebant, ſunt mortui, agimus, venit-
que ipſe locus ita dominis ac poſſeſſoribus deſtitutus à ſuperiore legitimo a-
lijs in uſum Eccleſiæ utiliorem applicandus. Qui certè caſus poſterior à
priori omnino eſt diverſus, ideòque ab uno ad alium non rectè fit illatio. per
not. Bald. *conſ. 327. n. 3. vol. 1.*

Eugenius quoque Lavanda fruſtra à F. Romano vapulat, quia quando 136
ille tradit, rem *aliquam à principe ac Pontifice ſine cauſa poſſe auferri*, intelligit *Eugenius*
ipſe de cauſa privata per eum, cui aufertur, data; non verò *de cauſa publica uti-* *Lavanda*
litatis aut neceſſitatis principem movente. Cum non dicat, quod prin- *defenditur.*
ceps ſine omni omnino cauſa undecunque etiam illa conſideretur aut pro-
veniat, poſſit alicui rem ſuam auferre, quemadmodum F. Romanus illi vi-
detur affingere. Cum ille Lavanda tanquam Theologus ſuperioris diſpo-
nentis actum tanquam bonum in Eccleſiæ aut Reip. utilitatem, cui pro hac
temporum circumſtantia non aliunde æque commodè proſpici poteſt, ſup-
ponat, adeoque quod princeps ex cauſa rationabili agat, atque ita diſponat,
Sed de hoc alibi pluribus.

Quod de converſione quorundam locorum in *Palatinatu Heidelber-* 137
genſi, per *Patres de Obſervantia* ex Germania ſacra reſtaurata Eminentiſſimi
D. Caroli nunc S. R. E. Cardinalis *fol. 345.* Vel etiam de *Nabburgenſibus*
per Patres *Benedictinos* ex Monte Sancti Andex (ſi quidem verum eſt) con-
verſis affert, non video, quid inde recte inferre velit, ut bene P. Valentinus
notavit *in Theor. q. 2. Aſtrt. ad n.* 29. Num ideo Patrum Societatis noſtræ
operam ibi nec neceſſariam nec utilem, conſequenter nec Seminaria Cle-
ricorum, nec Collegia Societatis Ieſu, in quibus juventus in literis & mori-
bus erudiatur, &c. excitanda eſſe concludet? Si hoc intendat, illi oppono 138
Scioppium, qui in ſuis ad Reverendiſſimum & Illuſtriſſimum Epiſcopum
& Principem (Conſtantienſem) datis literis pro Societate contra F. Ro-
manum ita ſcribit.

Illuſtriſſime & Reverendiſſime Domine.

Minimè æquum puto, dum ego in Germania magno meo ſumptu, nec nullo maximæ invidiæ in me concitandæ periculo Reip. ſatago & utilem Eccleſiæ ac Religioni Catholicæ operam navare, relictis rebus ſtudeo, te ocioſum Romæ reſidere, & quemadmodum eſt apud Lucretium, Talibus in rebus communi deeſſe ſaluti. Rectè proinde facturus mihi videor, ſi nonnulla tibi ſubijciam, quæ Summo Pontifici ac DD. Cardinalibus curæ eſſe oportet, ſi optatum Edicto Cæſareo exitum reſpondere & luculentiſſimos Eccleſiarum ac Monaſteriorum reditus tanto poſt recuperari, & ad fidei Catholicæ Conſervationem ac propagationem converti exoptant, quemadmodum eos pro ſua pietate ac prudentia facturos magnopere confido. Ac primum quidem om-

Digitized by Google

nium, ut Catholica fides in tot urbes ac provincias latiſſimè patentes, feliciter reducatur, conſiderare oportet Quantus Operarum numerus tam ingenti meſſi ſit neceſſarius, Inferior Saxonia regni minime exigui inſtar habet, nec adhuc apparet, unde terrarum Sacerdotes ad animarum curam idoneos ei provinciæ proſpicere poſſimus, Ejus inopiæ argumentum INFERIOR PALATINATVS PRÆBET, ubi etiam IESVITÆ OMNIA SÆCVLARIVM SACERDOTVM munia ipſi OBIRE NECESSE HABENT, NISI POPVLOS ILLOS DESTITVTOS VIVERE VELINT, ut neque Catholicis, neque hæreticis animarum curatoribus utantur. Quid jam in Suevia futurum putabimus, cujus multò plurimas Eccleſias & Monaſteria Catholicis mox reſtitui oportebit, ſi Cæſar, quod oſtendit, in ſententia maneat, & edicto ſuo pareri velit? Omnino res magnæ fuerit deliberationis, nec mihi quicquam in mentem venit, niſi quod Pontificem ſpero minimè omiſſurum occaſionem, quam unam divinitus ipſi offerri video, Nimirum circiter 60. aut 70. Monaſteria in ſolo Wirtenbergenſi Ducatu ſita ſunt, quæ ſi recuperentur, & aliqua ex parte In uſum SEMINARIORVM CONVERTANTVR, minime pœnitendus Alumnorum numerus eo pacto ſuſtentari poterit. Cum ſatis conſtet, Ducem VVirtenbergicum pluſquam 400. adoleſcentes hæreſi docendæ deſtinatos Monaſteriorum fructibus alere fuiſſe ſolitum. Eadem ipſa aliarum etiam provinciarum eſt ratio, in quibus nulla reliqua Sacerdotum conficiendorum eſt ratio, niſi ad eam aliquid ex Monaſteriorum vectigalibus convertatur. Simul tamen de Doctoribus cogitandum venit, quorum ſcilicet curâ & labore cum Sacerdotes ad animarum curam informentur, tum innumerabilis puerorum numerus, pietate ac litteris imbuatur. Ego ſi alios quàm PATRES SOCIETATIS IESV ei rei noſſem idoneos, eorum operam non modò non aſpernandam, ſed ultro obvijs ulnis complectendam arbitrarer. At enim res ita eſt, ut etiamſi non omnia, quæ apud IESVITAS video, ſatis ſe mihi probent, NEGARE tamen NEC VELIM, NEC AVDEAM, IPSIS

Teſtimonium Adverſarij.

POST DEVM HANC DEBERI GRATIAM, quod Catholica Religio ex univerſa Germania exulatum non iverit. Tum hoc quoque verum eſſe comperio, jam inde ab eo tempore, quo Germania Catholicam fidem ſuſcepit, nunquam tot, tamque inſignia Monaſteria cum probis, tum egregiè doctis Monachis ita plena fuiſſe, ut hodie in Suevia ſola videmus, unde aliarum quoque Provinciarum ſibi Prælatos & Antiſtites inſtaurandæ Religioſæ diſciplinæ causâ adſciſcunt, ut hoc nomine alia regna, cur Germaniæ invideant, habere videantur. Optimè proinde fiet, ſi verbi gratia ex uno VVirtembergico Monaſterio, cujus annui reditus ſint viginti florenorum millia, quatuor IESVITIS Collegia conſtituantur, ubi & humanas divinaſque literas doceant, & quemadmodum Dilingæ fœliciter adhuc fecerunt, Monachorum & Clericorum Eccleſiæ Miniſterio deſtinatorum curam gerant. Quæ ipſa in Saxonia, Palatinatu alijſq; provincijs ratio ſervari poterit, niſi tamen aliam meliorem Summus Pontifex ab alijs edoctus fuerit &c. Hæc in præſens habui, quæ per te Sanctiſſ. D. N. & Eminentiſſimis DD. Cardinalibus, præcipueq; Barberino & Caponio verbis meis, una cũ ſalute cultus & obediẽtia pleniſſima.

Digitized by Google

pleniſſima nunciari velim. Alia ſcribam Ratiſponâ, quo nunc propero. Vale, mequè vt facis, ama. Auguſtâ ad 13. *Iulij Anno* 1630.

Tui obſervantiſſimus

Gaſpar Scioppius.

Has literas prius Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Principi ac Domino, Dño Henrico Epiſcopo Auguſtano ac duobus Illuſtriſſimæ ſuæ Celſitudinis Conſiliarijs legendas ipſe Scioppius dedit, quàm lectas ad Reverendiſſimum & Illuſtriſſimum Principem ac Dominum, Dominum Ioannem Gebhardum Truchſeſium Epiſcopum Conſtantienſem S.R.I. Principem &c. Romam, ubi id temporis Illuſtriſſima ſua Celſitudo commorabatur, deſtinavit, uti apud P. Laurentium Forerum *in Grammatico proteo in Animadverſione 4. ad Aſtrologiam Eccleſiaſticam Scioppij* videre eſt. §. 5. *pag.* 368. 369. 370. 139
371. 372. Ex hiſce patet, quod in palatinatu inferiori non ſoli Obſervantes, nec ſoli Benedictini, ſed maximè Societatis noſtræ Patres omnia ſæcularium Sacerdotum & Parochorum munia obierint, Neque etiam F. Romanus oſtendet, quod alij Religioſi Societatem noſtram præverterint. Cum ea mox ſub ingreſſum militum in Palatinatum præſto ibi fuerit, ac ſementem verbi Dei iecerit. 140

Quin etiam quàm utilis hiſce temporibus Eccleſiæ Catholicæ fuerit Societatis noſtræ opera, & Sanctiſſimus D.N. & Imperator, alijque Eccleſiæ Catholicæ Principes, Cardinales, Electores, Duces, Comites &c. unanimiter conteſtantur, ac poſt jacta ſemina quàm copioſam meſſem divinâ aſpirante gratiâ in ſolo Ducatu Neoburgico Societas noſtra collegerit, Sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Wolffgangus Wilhelmus Comes Palatinus Rheni, Bavariæ, Iuliæ, Cliviæ, Montium Dux &c. in ſuis, quas ad ſuam Sanctitatem *Menſe Auguſto, Anno* 1642. *dedit*, literis juridicè apud acta compulſoria Apoſtolica recognitis, atque *in tractatu noſtro* 3. *cap.* 2. *ſect.* 1. relatis luculentiſſimè eſt teſtificatus. Ut proinde tantis teſtibus & quidem omni exceptione majoribus plus fidei, quàm uni F. Romano tribuendum eſſe, nemo inficias eat. 141

Quod verò F. Romanus aſſerit, quaſi P. Laymannus fateatur, Totum Palatinatum ſuperiorem Orthodoxæ fidei nuper fuiſſe reſtiturum, antequam ullum Collegium Societatis aut Seminarium erectum eſſet; Idem etiam ipſe F. Romanus *q.* 2. *Aſtr. ad n.* 29. in margine, ſed paulo generalius notaverat; *Totus*, inquiens, *Palatinatus ad fidem Orthodoxam rediiſſe ſcribitur, non facta ullius Monaſterij tranſlatione ad Societatem.* 142

Unde apparet, quod F. Romanus nõ conſequenter loquatur, niſi fortè velit, quod Totus Palatinatus ſuperior, de quo *in horto* agit, ſit abſolutè totus Palatinatus, de quo *in Aſtro ſuo* eſt locutus. Num tota Auſtria ſuperior erit F. Romano abſolute tota Auſtria, tota Saxonia ſuperior, abſolutè tota Saxonia? 143

144 DeindeP.Laymannus *cit.pag.92.93.in refutatione capitis 3. ad membr.7. annot. juſt.defenſ.* ita inquit; Non conſiderat homo (pro Monachis ſcribens) quæ lo-
" quatur. In Palatinatu ſuperiori (ut exempli cauſa dicam) vaſta ſatis Provin-
" cia, ante annos ſex vel ſeptem vix ullus homo fidei Catholicæ adhærens
" erat. Interceſſerunt pauci anni, antequam ullum Collegium aut Semina-
" rium erectum erat, cum omnes incolæ Catholicam fidem profeſſi ſunt,
" & adhuc hodie profitentur. Pueri autem in Civitatibus, oppidis ac pa-
" gis ad pietatem, fidei & artium bonarum doctrinam prompti & in-
" clinati præbeant &c. Non, interim dum Collegia & Seminaria ex-
" ſtruuntur, ſcholæ & Exercitationes juventutis penitus negliguntur &c. *Hæc*
" *ipſe.*

Ex quibus non conficitur, quod P. Romanus intendebat. Siquidem
145 non ſequitur, antequam *Collegia* & Seminaria *materialia* in Superiori Palatinatu extructa fuere, incolæ Univerſi ad fidem Catholicam rediere; Ergo Patres Societatis Ieſu in ſuperiori Palatinatu ante converſionem modo nominatorum incolarum non habuere illic *Collegia formalia*, nec ullos habuerunt reditus Eccleſiæ vel Monaſteriorum, quibus victitarent, quemadmodum non ita pridem Acatholicorum Comitum Naſſavicorum Deputati noſtris Sigenenſis Collegij Patribus Francofurti coram Imperij Commiſſarijs valdè imperitè obijciebant, inter *Collegium materiale & formale* non diſtinguentes. Sicuti etiam quis imperitè ex eo, quod Chriſtiani tempore Conſtantini M. dicuntur *Eccleſias* videlicet *materiales* ædificaſſe, illaturus eſſet, *Ergo* Chriſtiani ante Conſtantini M. tempus non habuerunt *Eccleſiam formalem*, nullos Sacerdotes, nullos Chriſtianorum cœtus ac conventus; neque Sacerdotes ullos à Chriſtianis redditus, quibus viverent, perceperunt.
146 Siquidem patet hæc manifeſti falſa eſſe ex *Actor. Apoſt. cap. 4. & ſeqq.* Ita pariter manifeſtè falſum eſt, noſtros Patres ex Societate Ieſu in Palatinatu ſuperiore non habuiſſe ulla *Collegia formalia*, ullosve redditus, quibus alerentur.

147 Quin eſto, non habuiſſent noſtri redditus ſtabiles, & incolæ fuerint converſi, num ideo nunc erunt Operarij, defectu mediorum fugandi, & non potius conſervandi, cogitandumque *de medijs*, quibus Collegia extruantur, ut illhic habitent, ſuiſque vacare poſſint exercitijs ſpiritualibus, zeloque animarum invigilare, ne inimicus homo Zizania ſuperſeminet, aut oves lupis rapacibus prædæ exponantur.

Num ideo Seminaria Clericorum negligenda, quod incolæ ſint ad fi-
148 dem Catholicam converſi? an non potius curanda, ut continuo Paſtores adſint, qui ad oves & gregem Domini attendant, ut in fide Catholica cæteriſque virtutibus roborentur, quemadmodum rectè notavit P. Valentinus
149 *in Theor. q. 2. Aſtri in d. n. 29.* Num quia Paſtor oves in paſcua adducit, ideo ipſi

ipſi ruri maximè noctu non opus exiſtimabis ullum mapale? Num quia Apoſtoli mox poſt acceptum Spiritum ſanctum toto terrarum orbe ſemina verbi divini ſparſere, nec ullas excitatas habuere Eccleſias, ideo Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus negabis ſæcularium domos, loca, ut in Eccleſias materiales erigantur? Næ ipſa eſt abſurda F. Romani doctrina, cui non libet immorari.

§. XIV.

Reſpondetur argumento ex S. Gregorio M. deſumpto.

Reſpondebam *ad* 3. argumentum *ſupra c.1.* ex S. Gregorij *lib. 7. Epiſt. 51.* 150
deſumptum; S. Gregorium agere de Monaſterio ſubjecto, atque ab ipſo pendente, quod Laica perſona conabatur abſtrahere, ut verba ipſa ſonant & ſignificant. Nos verò hic de Monaſterijs ab alio aliquo non dependentibus, nec per Laicam perſonam abſtrahendis agere, ut proinde hic οὐδὲν πρὸς ἔπος.

Quod verò ibidem ex Laymann. *juſt. defenſ. pag. 374. refutat. c. 9. memb.* 151
4. annotat. 2. à F. Romano attexitur, cum idem iſtic, quod Filiucius, ad quem ſe refert Laymannus, doceat, ideo quicquid ad Filiucium inf. eſt reſponſum, etiam hic in Laymanno volo repetitum, ne idem more F. Romani cum Lectoris nauſea repetatur.

§. XV.

Reſpondetur ad authoritatem Adriani à F. Romano allegatam. Vbi an Societas Ieſu ſit minima &c.

Reſpondebam ad Adrianum *in 4. de reſtit. § proclariori,* quarto loco propoſitum, illum potius contra F. Romanum militare 1. quia apud Adrianum 152
Chriſtus dicit, quod *uni ex meis minimis iſtis feciſtis, mihi feciſtis.* Atqui Societas Ieſu eſt *minima Chriſti.* Deinde Seminarium Clericorum eſt *minimū* reſpectu Ordinis S. Benedicti, ipſo F. Romano teſte, qui Ordinem ſuum cum *Stellis & aſtris* comparat & componit, &c. Seminaria autem quomodo deprimat, alibi eſt viſum. Ut proinde ſi F. Romanus illis minimis invideat, Chriſto invideat.

Reſpondebam 2. ſi F. Romanus ſentiat, quod bona Monaſteriorum
Conventu ob mortem originariorum vel incolarum deſtitutorum Societati ac Seminario Clericorū collata, nō Chriſto conferrentur, profectò temere ſenſurus eſſet. Ecquis enim Catholicorū unquā docuit, *Societatē Ieſu* ac Seminaria Clericorū nō eſſe mēbra Chriſti? Certè is cōtra *SS. Concil. Trid.* definitio- 153

tionem aliaſque Conſtitutiones Apoſtolicas pro Societate noſtra ac Seminarijs emanatas impacturus eſſet.

154 Reſpondebam 3. Gravem ijs verbis à F. Romano, tum Pontifici, tum Imperatori iniuriam inferri, quaſi Chriſtum ipſi de Monaſterijs Conventu deſtitutis pro Eccleſiæ utilitate diſponentes, eaque alijs alterius Ordinis Religioſis unientes, perſequerentur, quod F. Romanum aſſerere oportebit, ſi locus Adriani ab ipſo citatus ad rem præſentem eſt facturus. Quod pluribus non perſequar, ut F. Romano parcam.

155 Contrà F. Romanus *allegat* 477. dicit, *Conceſſa Majore plerique hæſitant* in Minore. *Non enim vident, quæ major ſit in Orbe Chriſtiano Societas ipſa Societate Ieſu, tam quoad multitudinem Sociorum & Collegiorum, eorumque amplitudinem, quàm quoad opulentiam, potentiam, præeminentiam in aulis Principum, in Cathedris, in gubernandis Univerſitatibus & Academijs, Pontificum, Imperatorum, Regum & Magnatum conſcientiis, in apparatu Eccleſiaſtico, in ſplendore ædificiorum, Comœdiarum, in æſtimatione hominum & ſimilibus, de quibus* Vid. *inf. meum tract.* 4. *lib.* 2. *ſect.* 5.

Commenta Hajan.

156 „ Quod ſi ego dixero, Societatem eſſe *minimam humilitate*, fatetur ipſe fuiſſe, & eâ creviſſe, ſed hodie cũ Apoſtolis, inquit, multi clamant, *Domine adauge nobis fidem.* Lucæ 17. *v.* 5. Quin & Ludovicus Richeome Societatis Ieſu *in Academia honoris, Viennæ in Auſtria, Latinè edita* ſcribit *fol.* 266. S. Ignatium Lojolam, noſtram Societatem paſſim minimam vocaſſe, in quo oſtendit, eam huiuſmodi Spiritus eſſe, ut ſe alijs Ordinibus libenter ſubmittat.

Verum enim verò ſit ita, ut aliquo ſenſu Societas hæc dici poſſit minima; nam &
157 ille, qui ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum. *Matth.* 5. *ſunt tamẽ, qui nomen* Minimorum *in orbe Chriſtiano, longè excellentius circumferunt, Fratres videlicet Ordinis S. Franciſci de Paula, de quibus Carolus Carafa* in Germania ſacra reſtaurata fol. ipſi 156. *ſubdit ibidem rem memoratu dignam,* inquiens, *obſervatam à pijs curioſis, quod Pragæ in Eccleſia (ab Hæreticis recuperata) & in omnibus januis domus Eccleſiæ adjunctæ, in qua Prædicantes habitabant, & poſtea dicti Fratres Minimi ſucceſſerant, erat inſculptum;* Quod minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. *Certè Hæreticis Prophetantibus, Eccleſiam & domum futuram eſſe Præfatorum Religioſorum Minimorum: Eandem Chriſti Domini ſententiam de minimis S. Benedictus* c. 36. Regulæ, *etiam ſuis applicat Religioſis. Nec dubium, illos quoque minimos eſſe, de quibus in judicio Dominus dicturus eſt,* Infirmus fui & viſitaſtis me, nudus & cooperuiſtis me ; Eſurivi & dediſtis mihi manducare &c. *Quid quod ipſum regnum cælorum comparatur grano ſinapis*, quod minimum
158 eſt omnibus ſeminibus: *Cui & dictum fuit,* noli timere puſillus grex. *Tot ergò* minimis *concurrentibus,* Minor *mea quoad vim probandi claudicat & inſtar tubæ ductilis, ad cujuſvis Muſicam extendi poteſt, adeo demonſtrativus eſt ſyllogiſmus. Seminarium Clericorum quod attinet, non eſt illud magis minimum reſpectu Ordinis S. Benedicti,*

Digitized by Google

dicti,quam quodlibet eiuſdem Ordinis Monaſterium:ſit minimum reſpectu totius Societatis Ieſu,quæ cum Stellis & Cœlis meritò comparari poteſt,propter Doctorum Virorum multitudinem,qui fulgebunt ut ſplendor firmamenti,& quaſi Stella in perpetuas æternitates. Proinde ſi quis iſtis minimis Benedictinis aut Paulinis ſua Monaſteria invideat,Chriſto inviderit. En denuò ductilem tubam.

Verum F. Romanus hic totus ineptit. Nam ita ſi quis argumenta- 161.
retur, *Omne animal eſt ſenſitivum,Homo eſt animal,Ergo Homo eſt ſenſitivus*, & *Diſcutitur.*
Reſponderet,prout hic F. Romanus in ſimili,inquiens, Conceſſa *Maiore*
plerique hæſitant in *Minore*,quia dantur animalia *Cornuta*,aurita , Dantur
etiam equi,Corvi,lepores quæ ſunt animalia: Dantur etiam alibi in ſcripturis Sacris animalia quatuor facies habentia,plena oculis &c.Tot ergo animalibus concurrentibus *Minor* F. Romani quoad vim probandi claudicat, & inſtar tubæ ductilis ad cujusvis Muſicam extendi poteſt, adeo demonſtrativus eſt totus ſyllogiſmus.&c.

Videtur F. Romanus non meminiſſe,hic à *communiore* ad *minus com-* 162.
mune ſeu anguſtius procedi;tum etiam in *minori* principium *de omni* locum
habere,ut nihil ſumere ſubiecti ſit, de quo alterum non dicatur,ſeu ut prædicatum ſignificetur convenire ſubiecto univerſaliter ſumpto; non verò ut quemadmodum perperam hic F. Romanus ſupponit,de prædicato univerſaliter ſumpto verificetur ſubjectum. Eſſet enim id rerum ordinem invertere.

Ita patet,quam malus ſit Logicus noſter F. Romanus. Tum etiam 163.
vocem(*minimus*)ſecundum ſe *æquivocam* quam fallaciter accipiat,& quidē
in *Minori* in alia ſignificatione,quam in *Majore* fuerat propoſita, prout mox oſtenderetur.

Adhæc calumnia eſt F. Romani, quando Societatem noſtram vult 164.
minimam dici in ſenſu,quo *Matth.5.v.19.* dicitur quis *minimus in regno Cælorum , qui ſolverit unum de mandatis iſtis minimis*, quem Syrus interpres dicit minimum בביהא *bebbhiba id eſt,inanem' vacuum*,videlicet regno Cælorum. Annon meritò ipſi F. Romano obijcitur illud Apoſtoli *Rom.14.4.Tu quis es, qui iudicas alienum ſervum,Domino ſuo ſtat aut cadit.* Et iterum *v.10.Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare ſpernis fratrem tuum.Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti.Non ergo amplius invicem iudicemus;ſed hoc iudicate magis,ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum &c.*

Quinto,ut,quæ dicta ſint,magis eluceſcant, notandum eſt,quod vox 165.
(*Minimus*)in dicto *Chriſti Matth.25.40.* ab Adriano, atque à nobis in *Maiore*
allata accipiatur à *Syro* interprete,pro *parvulo,humili*, Siquidem Syrus interpres utitur vocē זעורא *tſeura*,quæ ſignificat *parvulum,humilem,abiectum*,ut conſtat ex *Matth.10.v.42.1.Cor.15.9.Epheſ.3.v.8.* ubi ſimiliter Syrus interpres
minimum interpretatur זעורא *tſeura*,humilem,abiectum,poſttemum. Vn- 166.
de in *Minori* ſimiliter vox(*Minimi*)in eodē ſēſu eiuſq; Societati Religioſis ap-

plicanda erat, quemadmodum F. Romanus agnoſcit, licet ad alios peregrinos ſeſus huic ocid. *loco* minimè cõvenientes dilabatur, prout *in tractat. noſtro 4. lib. 2. ſect. 5. pluribus oſtendetur.*

167. Quod vero Societas noſtra reſpectu aliorum Ordinum *ſit minima*, ex multis oſtenditur. Nam 1. Monachi aliorum Ordinum ſecundum ipſum F. Romanum ſunt etiam hodie *Epiſcopalis* honoris & dignitatis aliarumque Prælaturarum capaces. At Societas noſtra eiuſque Religioſi & dignitatis Epiſcopalis & aliarum Prælaturarum ſunt incapaces, & quidem Societatis noſtræ Profeſſi peculiaribus votis ſimplicibus omni honori ac Prælaturæ renunciarunt &c. quemadmodum F. Romanus *allegat.* 475. *n.* 2. fateri debet, licet malè eo principio abutatur. *Iam autem*, inquiens, *in ſuperioribus allegat.* 332. *in aurem tibi ſuggeſſi, Monachos etiam hodie in Epiſcopos Canonicè & quidem de jure communi eligi poſſe. Rota* deciſ. 28 circa med. de præb. in nov. *quod de* PATRIBUS SOCIETATIS IESV DICI NON POTEST. *Cum S. Ignatius inſtitutor ipſis ferreum obicem* AD *eiuſmodi* DIGNITATES *intericcerit, qua in re, non ſuæ modò Societati, ſed Univerſæ Eccleſiæ præclariſſimè conſuluiſſe Sanctiſſimus fundator cẽſendus eſt. Hac ille*, de quibus videatur *reſolut. q.* 14. *Aſtri Eclipſ. cap.* 3. §. 4.

168. Quod ſi igitur in Societate noſtra Religioſis præcluſus eſt aditus ad honores Epiſcopales &c, iſque omnibus Monachis patet, quis Societatis noſtræ Religioſos reſpectu Monachorum negabit parvulos, humiles, abjectos, adeoque minimos eſſe.

169. Quin imo Societas noſtra licet ſit Clericorum Regularium, ideoque in Eccleſia Catholica (ſeclufis certis privilegijs) ſecundum ſe altiori gradu conſtituta, quemadmodum *in Concilio Tridentino* Pontifex declaravit, quando admodum R. P. N. Societatis Ieſu Generalem voluit tanquam Clericorum Regularium Caput immediatè poſt Epiſcopos antè verò aliorum Ordinum Religioſorum Generales locum obtinere; attamen Societas noſtra quod in ſe eſt, lubens alijs Ordinibus majoris humilitatis cauſa cedere ſolet, quemadmodum teſtis eſt Franciſcus Salgados de Somoza *tom. 1. de Regia protectione in oppreſſ. part. 2. c. 9. n.* 42. In noſtris *inquiens*, temporibus unum vi-

170. dimus mirabile humilitatis exemplum Salmanticæ in exequijs *Margaritæ* noſtræ *Hiſpaniæ Reginæ* (Univerſitatis ſeu Scholarum expenſis factis) inter Capucinos & Ieſuitas, qui dum inter alias Religiones, Collegia & Scholaſticorum nationes contendebatur, pro altiori & honorabiliori loco, inter ſe virtutis amore magna lis orta fuit, utri inferiorem & humiliorem locum occuparent. Utraque enim Religio infimum appetebat; pro ſuæ intentionis fundamento majoris humilitatis rationem adducens. Interim Capuccinorum vicit intentio. Quæ lis & controverſia admodum laudata fuit in tota Hiſpania, & ubique collaudata. *Hac ille.*

171. Quod verò Societati noſtræ *ab alijs honos deferatur &c.* inde non niſi per-

perperam à F.Romano infertur,quaſi in ſua Societas non perſeveret humilitate.Num quod Chriſto Ieſu Domino noſtro in ingreſſu Hieroſolymitano maximus honos ſit exhibitus,ideo ipſi ab humilitate deflexiſſe, ſine crimine blaſphemiæ dici poterit.Obmurmurabant Phariſæi Chriſti honori invidentes.Num quod S.Gregorio M.Summo Pontifici maximus honor exhiberetur,alijſque cingeretur ſplendoribus,ideo ab humilitate deſciviſſe rectè dici poterit?Exiſtimabat id olim S.Ephrem,S. Gregorio M. in proceſſione obviam factus,ſed divinitus caſtigatus eſt,ac columnâ cœlitus in caput S.Gregorij M. demiſsâ didicit,quanti apud Deum eſſet meriti atque ob animi ſui demiſſionem æſtimationis.

Nec minus Societas eſt ac manet in ſuis oculis *minima*, tum quia ipſius 172.
Religioſis nullos etiam intra ipſum Ordinem honores appetere per vota licet,tum quia quiſque juri ſuo quod habet *ad famam*,renunciare tenetur,contentus,ut quivis alius defectum,quem in ipſo advertit,Superiori immediatè indicet, ac pro defectu etiam non culpabili pœnitentiam iniunctam ſubeat; tum quia cuivis ex nutu Superiorum viliſſima in Ordine officia ſine locorum differentia,nulla habita graduum aliorumque talentorum ratione iniungi poſſunt,neque quod aliquando Superioris vices obierit,Supremas docendi Cathedras obtinuerit, ſeſe ab ijs eximere poterit.Vt ita quivis facilè videat,Societatem noſtram rectè ex *humilitate minimam* appellari.

Ex quibus meum argumentum,quod ex Adriano contra F. Romanũ 173.
retorquendo formaveram, manet verum,videlicet,*Quod uni ex meis fratribus minimis feciſtis,hoc mihi Chriſto feciſtis. Matth.25. Atqui Societatis Ieſu Religioſi ſunt minimi fratres Chriſti*: Ergo *quod uni ex Societatis Ieſu Religioſis feciſtis, hoc mihi Chriſto feciſtis.* Conſequenter ſi uni ex Religioſis Societatis Ieſu bene feciſtis, Chriſto bene feciſtis,ſin verò uni ex ijſdem Religioſis Societatis Ieſu malè feciſtis,vel invidiſtis,etiam Chriſto malè feciſtis vel invidiſtis.

Quod verò F.Romanus ſubſumit *ex Regula S.Benedicti c.36.* Monachos 174.
Benedictinos debere eſſe *minimos*.Eſto,quid inde?Num ideo Societatis Ieſu Religioſi non erunt *minimi?*

Num quia Petrus eſt homo,ideo Paulus non erit homo?Nam quis 175.
unquam in Societate Benedictinis,ſua quæ legitimè obtinent Monaſteria & bona invidit? quemadmodum hic F.Romanus Monaſteria Conventibus ob mortem omnium Originariorum vel incolarum deſtituta, nec ullatenus pro alienigenis vel exteris Barbariæ aut Aſiæ, Africæ fundata,quæ à Summo Pontifice &c. Societati conferuntur, invidet,præterquam quod Retorſionis de iure nõ detur retorſio,ita ut F.Romanus hic ubiq. impingat.

Aliam proinde viam ingreditur F. Romanus *d.allegat.* 477 *n.4. dicitque ſe meam ſecundam Reſponſionem ſuperius allatam applicare & in me retorquere ſi ego ſentiam, quod bona Monaſteriorum deſtitutorum reddita ſunt antiquis Ordinibus,non Chriſto reddantur,profectò temerè ſentiam; Ecquis enim Catholicorum unquam* *Aliud Commentum Hayannum.*

Digitized by Google

contra Eccleſiæ definitionem docuit, Ordines S. Benedicti, S. Auguſtini, Ciſtercienſem, Præmonſtraten ſem &c. non eſſe membra Chriſti &c.

176. *Diſcutitur* An F. Romanus cum chymæris phantaſticis luctatur. Quis unquam *negavit*, Summum Pontificem &c. *poſſe* Monachis alienigenis Monaſteria morte omnium Originariorum vel incolarum deſtituta conferre? Nullus & nemo. Quis unquam aſſeruit, Pontificem nonniſi Societati Ieſu, prout ſomniat F. Romanus, poſſe eadem Monaſteria conferre! Nullus & nemo. Id ſolum oſtendimus, Pontificem ex iure naturali ac divino *Non teneri Monachis alienigenis vel exteris Monaſteria morte omnium Originariorum vel incolarum*

177. *deſtituta iterum conferre*, Cum neque illud tabulæ Teſtamentariæ loquantur, nec ulla ipſum iura ad id obligent, quia ut Supremus adminiſtrator Eccleſiæ poterit diſpenſare, prout cuique opus eſt, per illud Act. 2. v. 45. Vt executor verò ultimæ voluntatis & mandatarius Teſtatoris obligationi ſuæ ſatisfecit, quando introducendo inſtitutos in Teſtamento voluntatem Teſtatoris implevit, quâ impletâ, extincta fuit ipſius mandatarij obligatio. ut proinde Pontifex ea morte omnium introductorum & Originariorum vel incolarum deſtituta poſſit alijs alterius Ordinis Religioſis maximè pro temporum & rerum exigentia vel Eccleſiæ utilitate tanquam ſupremus adminiſtrator Eccleſiæ conferre, Quid hic F. Romanus contra retorquet aut retorquere poteſt! Nihil omninò.

178. Cum *igitur videat ratione* ſe deſtitui, ad inania exemplorum *confugit terriculamenta*; quæ quia ſuperius *cap.* 1. alijs adiunximus exemplis, non eſt quod hic ea repetamus, ne cum F. Romano omnia miſceamus. Eorū vanitatem hic *inf.* §. 29. oſtēdemus. Ex quibus ſubjectis exemplis etiam patet, quomodo ipſe

179. *allegat.* 340. Adriani verba accipiat. Siquidem animus ſcribentis ex antecedentibus vel conſequentibus, vel etiam ex reipſa facile manifeſtatur, ut proinde cū in terrorem aliorum adducat ea exempla, etiam hæc verba Adriani non tam ſobriè prout *d. allegat.* 340. ſimulat, ſed diro modo attuliſſe præſumendus ſit. Cum & ipſa ultima Adriani verba idem inſinuent, nim: quod transferendo Monaſterium ab unis ad alios Chriſtum perſequantur, adeoque ipſi Superiores transferentes, Chriſti perſecutores conſtituere videatur. Quod oportuit hic monere, quia ne intentio ipſius proderetur, ipſe hūc Adriani locum *per diverſas allegationes* eaſque maximè diſſitas videlicet 340. & 477. diſtraxit. Non ſic F. Romane illuditur urbi & Orbi.

§ XVI.

Num hoc in caſu alteranda fundatorum voluntas, ex poteſtate abſoluta, ubi de plenitudine poteſtatis agitur.

Reſpondebam in 5. *Argumento* exadverſum propoſito, falſum à F.

180. Romano ſupponi, quaſi Pontifex deberet hoc in caſu noſtro abſolutè conſiderato alterare ac mutare Teſtatorum voluntates. Cum tamen per Adverſariū non ſit doctum, quod Monaſterijs Convētu deſtitutis in caſu mortis om-

omnium Originariorum Collegialium ſit proviſum, neque ea diſpoſitio à Iure præſumatur; ut patet ex *Concil. Trid. c. 18. ſeſſ. 23. de reform.* quemadmodum *ſup. ad argumentum 1.* ſufficienter eſt reſponſum.

181 Deinde *Reſpondebam*, poſito etiam quod in illum deſtitutionis caſum à Teſtatoribus ſimpliciter eſſet proviſum, & alteranda veniret voluntas; attamen tunc *poteſtate* Principis *non abſolutâ* ſed *ordinariâ* foret opus, eo quod iuſta h cutilitatis cauſa intercederet, quo caſu Princeps iuri conformiter voluntatem alterare poteſt. *Clem. quia contingit. de rel. dom. l. legatam. ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin. Vid. Reſponſio. ad citatum arg. 1.*

182 Neque ex eo, quod Princeps utatur *plenitudine poteſtatis*, arguitur, quod etiam utatur poteſtate abſoluta, cum & Archi Epiſcopis & Legatis de Latere ſua detur *poteſtatis plenitudo* per pallium deſignata, non tamen propterea iis etiam datur *poteſtas abſoluta*.

F Romanus *paradoxo 11. horti. n. 24.* ex parte hiſce repetitis ſubjicit: *ſed ſciendum, quod alia eſt plenitudo poteſtatis Papalis, quæ reſidet in Papa, & alia eſt plenitudo poteſtatis Archiepiſcopalis, quæ reſidet in Archiepiſcopo, alia demum plenitudo* poteſtatis Legati de Latere, *quæ in ipſo Legato reſidet.* Plenitudo poteſtatis Papalis *fons eſt incommunicabilis alteri mortalium*, Plenitudo vero poteſtatis Archiepiſcopalis *rivulus eſt & complementum dignitatis Archiepiſcopalis, ſimiliter* plenitudo poteſtatis Legati de *latere complementum eſt muneris & officij* 183 *Commenta Hayan.*
manualis. Unde cum ipſe in Summo Pontifice ex plenitudine poteſtatis arguit poteſtatem abſolutam, Papalem utique intelligit, quæ reſidet in Papa, non illam, quæ reſidet in Archiepiſcopo vel Legato de Latere. Nam Papa transferendo Monaſteria per plenitudinem poteſtatis, transfert illa per plenitudinem poteſtatis, quæ in ipſo reſidet, non per illum, quæ reſidet in Archiepiſcopo vel Legato, adeoque ex plenitudine poteſtatis in Papa reſidente rectiſſimè arguitur eiuſdem poteſtas abſoluta. Hinc eſt quod Petr. de Petr. ſup. cit. Tract. cap 3. q. 1. n. 2. ait, ſecundo præſuppono, quod abſoluta poteſtas, ſuprema poteſtas & plenitudo poteſtatis idem ſunt, *ut firmat Bald.* in cap. Canonum ſtatuta. n. 24. in fin. de conſtit. *dicens*, quod ſuprema iuriſdictio vocatur plenitudo poteſtatis. *& Paulus Layman* fol. 1. juſt. defenſ. *ſecundo, inquit, accipitur plenitudo poteſtatis, ut idem ſit quod poteſtas abſoluta ſeu libera à lege poſitiva, cum Princeps legi non ſit ſubiectus, ſed ſupra legem.* Hæc ibi. 184

185 *Diſcutiuntur.* Verum F. Romanus more ſuo contendit de verbis & nominibus contra doctrinam glo *in verb. vocabula. l. 2. C. de conſt. t. pec.* ſcire autem debebat, quod potius ſtandū ſit ICtis proprietatem verborum inculcantibus, quam aliquibus Canoniſtis qui vocabulis abutuntur. ex Rot. Rom. *d. ciſ 2. n. 3 part. 1. in recentiſſ.* Unde etiam ad Petr. Anton. de Petr. *d. tract. c. 3. q. 1. n 2.* Reſponderi poteſt, illum abuſum eſſe vocabulo *plenitudinis poteſtatis* nec illi Baldum in locis ab ipſo citatis conſentire, Non enim hic dicit, quod *plenitudo poteſtatis* idem ſit, quod poteſtas Pontificis abſoluta aut ſuprema, ſiquidem Bald. *in proœmio Gregoriano num. 3. decretal.* ita loquitur, ibi, Epiſcopus 186

Digitized by Google

non ſolum eſt Epiſcopus ſed culmen Epiſcoporum & cæterorum, quos intel-
lectus poteſt imaginari, cui data eſt *clavium plenitudo, & Summa Libera pote-
ſtas*, Quæ appellatur poteſtas abſoluta ab omnibus vinculis Canonum &
ab omni Regula arctativa, præterquam ab Evangelica & Apoſtolica; quem
locum omiſit F. Romanus citare, ne inde ipſius refutaretur opinio; noſtra
vero ſententia confirmaretur.

Clauſula non obſtãtium.

187. Deinde Baldus *in c. Canonum ſtatuta. n. 24. in fin. de conſtit. de clauſula, non ob-
ſtantium* tradit quia iſta clauſula (*non obſtantium*) adiecta *eſt de ſuprema iuriſdi-
ctione, quæ vocatur plenitudo poteſtatis*, Quæ ſane verba Baldi non ſignificant,
quod ſuprema poteſtas & plenitudo poteſtatis ſint planè & adæquatè idem,
quia homo etiam vocatur animal & tamen propterea homo & animal
non ſunt planè & adæquatè idem, ſecus atque hic F. Romanus ex-
iſtimat.

Plenitudo poteſtatis.

188. Dico ego igitur cum P. Laymanno, P. Valentino Mangionio, Lavanda,
plenitudinem poteſtatis abſtrahere à poteſtate Ordinaria & abſoluta, per *not. in
c. ad honorem. de auth. & uſu pall. & c. propoſuit* Hoſt. *in §. licet autem de conceſſ. præb.*
hancque vel eſſe *Ordinariam* in Papa, vel etiam in Epiſcopo &c. vel eſſe *ab-
ſolutam, ſupremam, liberam*, hanc eſſe à legibus humanis abſolutam & ſupe-
riorem illam iis conformem, ita ex Bald. *ſupra cit. loc.* atque ex eiuſdem Baldi
Conſil. 333 vol. 4. Carrarias *in regulis ſpecial. art. 1. punct. 4. n. 1. & ſeqq. tomo* 2. notat.
Ordinariam rurſum duplicem conſtituunt, aliam *radicalem* ſeu *originalem* in
189. Pontifice Summo, aliam *derivatam* in *Epiſcopis* aliiſque Inferioribus, per not.
Auguſtini de Anton. *in tract. de poteſt. Eccleſ. q 1. & alibi*, quæ duæ plenitudines
poteſtatis ordinariæ quidem perfectionibus individuantibus differunt, con-
ſideratæ nimirum. qua tales ſeu qua *radicales*, & qua *derivata. ſecundò* qua
dicunt reſpectum ad diverſas communitates, quæ ab ipſis adminiſtrantur.
190. Ordinaria enim plenitudo *Pontificis* dicit reſpectum ad Communitatem *to-
tius Orbis*; *Patriarcharum* ad plures Provincias vel etiam integrum regnum,
Archiepiſcoporum ad plures civitates, *Epiſcoporum* ad plures vicos, *Parochorum* &
191. aliorum Prælatorum inferiorum *ad vicum. 3.* quâ conſiderantur ut maior vel
inferiores. *Pontificis* enim eſt maior dignitate, in ratione cauſandi & efficien-
di; tum auctoritate adminiſtrandi: attamen ſunt una eademque ſpecie pote-
162 ſtas, tum propter ſubordinationem Inferiorum ad Summi Pontificis pote-
ſtatem, prout Auguſtin. de Ancon. *d. q. 1. conſiderat. 3. &c.* tum etiam
propter ordinem ad actus, quos exercent aut ad obiecta, quæ reſpiciunt,
hæc Auguſtin. Bero. *in c. quoniam. n. 36. de iure patron.* Andr. de Iſer-
nia *in c. quæ ſint regalia. verb. vectigalia. n. 16. & in Capitulis Corradi n. 32.
34. & ſeq.* Zaſ. *in l. ex facto num. 9. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* VVameſ.
193. *conſ.* 410. *num. 2. & 3. prout infra §. 19. videbitur*, Maioritas hæc pleni-
tudinis poteſtatis ſoli competit Pontifici, nec eſt ulli communicabilis, quia
quan-

Digitized by Google

quantumcunque Pontifex alijs communicet poteſtatem, ſemper tamen maiorem retinet. *c. dudum.* §. *cum. de præb. in 6.* hæcque maioritas, ſuperioritas inhæret oſſibus Summi Pontificis, quà Pontificis, quà hoc vel illud eſt individuum, quia ſuperioritas in ipſo ſemper manet, ut notat Salgados *de protect. Regi. tom. 1. part. 1. cap. 2. num. 34. 35. 36. 37.* Illam vero inferiorem plenitudinem poteſtatis Ordinatiæ poteſt communicare alijs per nor. Salgad. *d. loc. & per c. ad honorem. c. propoſuit.* §. *licet x. de author. & uſu pall.*

Vnde varij hic venirent notandi F. Romani errores, quos tu beneuole lector ipſe colliges, & numerabis. Nec enim mihi licet cum F. Romano eiuſmodi nugis puerilibus incedere. Cæterum falſum eſt à P. Laymanne *fol. 1. iuſt. defenſ.* hactenus à me traditis contrarium doceri, Cum ne ibi quidem *plenitudinis poteſtatis abſoluta* meminerit, ſed *in iuſt. defenſ. cap. 4. refutat. membr. 18. annotat. 2. pag. 230. & alibi* mecum faciat. 195

Illud præterea notandum, quod licet Pontifex inferioribus ſuam communicet poteſtatis plenitudinem, non tamen propterea illam cumulativè ſed cauſaliter conceſſiſſe cenſendus eſt, cum nec parem nec ſuperiorem in ea agnoſcat, qualem agnoſcit, qui cumulativè cum alio iuriſdictionem obtinet Vide Martam *de tribunalib. Vrb. c. 1. n. 17.* 196

His ſuppoſitis ad noſtrum caſum redeundo, Pontifex Monaſteria morte omnium Originariorum vel incolarum deſtituta, priuſquam ea alienigenis vel exteris eiuſdem Religionis conferat, liberè poterit ea poteſtate ſua *ordinariá* alijs alterius Ordinis Religioſis conferre; quia nulli ius aliquod plene acquiſitum aufertur, ſecus tamen foret, ſi à fundatoribus in caſum mortis originariorum vel incolarum ipſis alienigenæ eſſent expreſſe ſubſtituti, & ſic ius aliquod ad rem eſſet acquiſitum, ſed non in re; tunc enim poſſet Pontifex vel Epiſcopus pro exigentia vel vtilitate Eccleſiæ alios alterius Ordinis Religioſos ſubſtituere, vel ſi iam alienigenæ eſſent introducti, tunc ijs non poſſet niſi grauiſſima intercedente cauſa ius acquiſitum à ſolo Pontifice auferri. Anton. Burg. *in c. quæ in Eccleſiarum. n. 245. 246. 275. 285.* Ioan. Crot. *in c. cum dilectus. de iure patron. n. 14.* Et ſi cauſa aliqua intercedente privaret, deberet ſolvere æſtimationem rei vel aliunde ipſis providere. Ioan. Crot. *in d. c. cum dilectus. n. 14. per c. ad audientiam. il 2. de Eccleſ. ædif.* Aug. Beroi. *in c. cum veniſſent. n. 25. de iudic.* Hoc tamen caſu ultima Teſtatorum voluntas ex plenitudine poteſtatis Pontificiæ ordinaria eamque iuri conformi *in* §. *cit. Clem. quia contingit.* mutaretur. ut Card. Lugo notat. 197 198

§. XVII.

In caſum mortis originariorum nihil invenitur à fundatore diſpoſitum quod unioni obſit.

Reſpondebam *ad 6. argumentum* ex adverſum ob motum, quod ſi in teſtamento nihil in hunc caſum mortis Originariorum de alienigenis & exteris 199

eſſet

Google

eſſet *diſpoſitum*, non requiri in Vnione eorundem Monaſteriorum alijs alterius Ordinis Religioſis facienda cauſam; ſin vero quod necdum probatum eſt, nec probari poterit, aliquid ſit diſpoſitum, tunc priuſquam alienigenæ eiuſdem Ordinis introducantur, hic ſubeſſe cauſam utilitatis publicæ ob quam in Monaſteria morte omnium Originariorum deſtituta alij alterius & non eiuſdem Ordinis Religioſi alienigenæ à ſuperiori legitimè ſurrogentur.

Romanus libentius utitur nomine trāſlationis, quàm unionis, &c.

200 Notandum autem hic eſt, quod F. Romanus libentius nomine *translationis*, quam *unionis vel aſſotiationis* Monaſterij Conventu deſtituti utatur, quia licet ipſum nomen *translationis æquivocum* nunc ſit juris ad rem vel in ſpe ab vno in alium translatio, ut ille jus in re obtineat, quemadmodum apud Dd. translatio legatorum intelligitur, attamen frequentius & uſitatius *eſt juris in re* vel etiam rei ipſius ab uno in alium translatio, *per not.* Brixienſ. *in. repert. verb. transferre.* quo fac. & titulus juris Canon. *de translatione Epiſcopi*, ut ita paſſim crederetur alienigenas & exteros aliorum Monaſteriorum ejuſdem Ordinis habuiſſe *ius in re* in Monaſterijs Conventu deſtitutis, atque alijs alterius Ordinis Religioſis domibus vel etiam Seminarijs Clericorum uniendis, adeoque vel habuiſſe dominium illorum Monaſteriorum uniendorum, vel etiam ea poſſedisſe, priuſquam ea alijs alterius Ordinis Religioſis vel Seminarijs unirentur aut aſſociarentur, quod ſecus ſe habere jam oſtenſum eſt.

§. XVIII.

An hic Epijkia interveniat.

201 Reſpondebam *ad 7. argumentum*, non ſufficienter à F. Romano Epijkiæ omnes partes & officia enumerari; quemadmodum *in reſolutione q. 5. Aſtri Eclipſ.* oſtendi, ideoque ab inſufficienti partium enumeratione nihil verè concludi poſſe.

202 Ad alteram *argumenti illius probationem*, Reſpondebam, negando pro alienigenis & exteris aliorum Monaſteriorum licet eiuſdem Ordinis Religioſis, ulla verba teſtatorum exſtare. Quodſi tamen in aliqua fundatione oſtenderetur diſpoſitio in caſum mortis omnium Originariorū huius loci Religioſorum facta fuiſſe, tunc illa ex hactenus allatis temporum aliarumque circūſtantiarum varietatibus, & factis mutationibus veniret per Epijkiam explicanda, non vero mutanda; tum quod omnis diſpoſitio intelligatur rebus eodem in ſtatu permanentibus & non variatis. Barboſ. *in clauſula. Rebus ſic*
203 *ſtantibus*. 129. *per l. quod ſervus. ff. de condict. ob. cauſ. l. continuus. § cum quis. ff. de V. O. l. quæro §. inter locatorem. ff. locat.* tum quod nihil fieret contra teſtatorum voluntatem adæquatè ſecundum omnes circumſtantias ſumptam, licet illi, prout *inadæquatè* præciſis hiſce alijsvè circumſtantijs conſideratis, videatur contra venire; tum quod privata volūtas publicæ, utilitati cedat. *l. 1. C. de primipilo lib. 12. l. actione §. labeo 5. ff. pro ſocio.* Taceo quod S. Auguſtinus *lib. de ovibus c. 13.* inter alia inquiat, certè moriturus es & quid agatur in illa domo poſtea neſci-

Digitized by Google

neſciturus. In illa enim die peribunt, inquit, cogitationes eius & non cognoſcet amplius locum ſuum *pſal.* 145 *v.* 4. *& pſal.* 102. *v.* 16. Reliqua quæ de *fideicommiſſo familiæ* moventur, jam ſupra in reſponſione ad primum argumentum fuere diſcuſſa, ideoque huc minimè repetenda.

§. XIX.

Oſtenditur, quod in hoc caſu aſſociationis Pontifex ultimam teſtatorum voluntatem ex abſoluta ſua poteſtate non alteret, ac VVameſij locus expenditur.

Ad Quæſtionis illius ſup. *cap.* 1. *n.* 8. obmotæ, (*quanam nimirum poteſtate Pontifex alteraret teſtatorum voluntates, ſi Monaſterium aliquod alicujus Ordinis Religioſi poſt mortem omnium Originariorum Conventualium alijs alterius Ordinis Religioſis conferret*, q. Reſolutionem, Haianam quod id Pontifex *poteſtatis plenitudine abſolutá* faceret, *Reſpondeo*, eam ex ſupra deductis apparere *falſam eſſe*, minimeque ſubſiſtere. 205

Quod ſi tamen voluntas ea teſtatorum reperiretur aut verbis prolata aut ſcriptis expreſſa, in caſum mortis Originariorum alios alienigenas & exteros advocandos eſſe, priuſquam illi advocentur, poſſit Pontifex aut Epiſcopus, prout Monaſteria erunt exempta vel non exempta, & neceſſitas vel utilitas Eccleſiæ exiget aut requiret, alios alterius Ordinis Religioſos, neceſſitati aut utilitati ſuccurſuros ſufficere, quo caſu non opus erit *plenitudine poteſtatis abſoluta*. Nam ita in terminis docet VVameſ. *tom.* 2. *conſil.* 410. *n.* 2. *&* 3. tradens, In confeſſo apud omnes eſſe relictum ad pium opus certum, in aliud diverſum, pium tamen ex iuſta cauſa mutari poſſe à Papâ, ſi plenitudine poteſtatis utatur, nec de hoc ſed de eo quæri, quod conſtet S. D. N. Papam per huiuſmodi litteras NON voluiſſe dictam commutationem facere, EX ABSOLUTA & ſuprema ſua poteſtate, Qua ſupra ius eſt, SED EX ORDINARIA prout etiam in dubio, cum Pontifex quid à iuris ratione aliquo modo exorbitans concedit, non cenſetur id facere ex illa abſoluta poteſtate, ſed potius moveri ex cauſa rationabili. PROUT CONVENIT EIUS ORDINARIÆ POTESTATI, ut in his terminis decidit Bald. *Hac ille.* Vid. & Gail. 2. *obſ.* 56. *n.* 13. 14. *&c.* Zaſ. *lib.* 1. *conſ.* 16. 206 207

F. Romanus *ex horis paradox.* 10. *n.* 21. repetit quæ *ſup. n.* 13. relata ſunt, ſed quia illa de iure plene quæſito alicui auferendo agunt, in quo caſu nos non verſamur, ut ad oculum ex propoſitis & deductis patet, ideoque ea hic repetere ſuperſedemus. 208 *Commenta Hayana contraria.*

Aſt *allegat.* 398. prius repetitis quæſtione & data Reſponſione ſubijcit dicens. *Sed amabo Lector adverte, quomodo VVameſius à me allegatus in terminis pro ipſo contra me concludat. In confeſſo apud omnes eſt,* inquit, *relictum ad pium opus certum, in alium diverſum, pium tamen, ex iuſta cauſa mutari poſſe à Papa ſi plenitudine poteſtatis utatur.* 209

210 Hæc ille, Additque quod *cum ipſo ſentiat Capella Tholoſanus* q. 26. in Summario, *Teſtatoris*, inquiens, *voluntati nil il derogandum eſt, etiamſi Papa aliter diſpenſet: Nec Imperator poteſt derogare per reſcriptum ſuum Teſtamento Teſtatoris.*

211 Et infra. *Nec etiam Papa ex poteſtate Ordinaria ſed ſolum plenitudine poteſtatis.* Bald. in l. ſi teſtamenti. C. de teſtam. *& ita intelligit prædictam Clem.* quia contingit. de rel. dom. *item. Lap. Imol. & Francus ubi ſupra, quod intellige etiam hærede conſentiente.*

212 *Attamen ut videt, ego ipſum per manicam trahens ad mox ſequentia VVameſij*
" *verba deducam, ubi ſic pergit*: Nec de hoc quæritur, ſed id quæritur, quod
" conſtet S. D. N. Papam per huiuſmodi litteras non voluiſſe dictam
" commutationem facere ex abſolutâ & ſupremâ poteſtate, quâ ſupra ius eſt,
" ſed *ex ordinaria*, Prout etiam in dubio, cum Pontifex quid à juris ratione
" aliquo modo exorbitans concedit, non cenſetur id facere ex illa *abſoluta po-*
" *teſtate*, ſed potius moveri ex *cauſa rationabili*, prout convenit eius *ordinariæ*
" *poteſtati*, ut in his terminis decidit Baldus. *Hæc VVameſius &c. Rem banc propri-*
" *us ſic elucidat.*

213 *Nam inprimis VVameſius bis verbis nihil decidit, ſed ait ſolummodo, id quæri, nam Papa vtatur abſoluta an ordinaria poteſtate, quando conſtat ipſum noluiſſe in tali commutatione uti poteſtate abſoluta ſed ordinaria duntaxat: quæ Quæſtio à noſtra toto cælo differt, nec à VVameſ. prædictis verbis reſolvitur; ideoque non eſt verum VVameſ. in terminis ſtare pro me: poſterior deinde ſententia VVameſ. exempli loco allata*

214 *eſt quidem affirmatiua, ſed ipſi nihilum efficit, quia nibil ad rem: Reſolvit enim ibi quæſtionem*, an in dubio cum Papa concedit aliquid à juris ratione aliquo modo exorbitans, cenſeatur id facere ex poteſtate abſoluta, an ordinaria; *& Reſpondet quod ex* ordinaria. *In noſtro autẽ caſu, ubi non verſamur in dubio ſed certũ eſt & indubitatum, tranſlationem Monaſteriorum non ſolum à juris ratione aliquo modo, ſed à juris expreſſa diſpoſitione, (quæ ſtatuit*, ut beneficia ſecularia ſecularibus, regularia regularibus, & eũdem ordinem expreſſe profeſſis conferantur: *& ubicumq; ordo Monaſticus ſecundum Deum & D. Benedicti regulam dignoſcitur inſtitutus perpetuus ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur &c.) totaliter exorbitare, quid VVameſ. aliud Reſponſurum exiſtimamus, quã talem tranſlationem à* Papa *fieri per poteſtatis plenitudinem abſolutam.*

215 4. *Verum poſito VVameſ. in terminis mihi favere; tota controverſia noſtra cõſiſtit in hoc*, quid nomine poteſtatis abſolutæ ſeu plenitudinis poteſtatis, & quid nomine poteſtatis ordinariæ intelligatur. *Dd. enĩ aliter & aliter hæc nomina accipiunt. Cõmuniſſime accipitur* plenitudo poteſtatis, *ut idẽ ſit quod po-*

216 *teſtas abſoluta ſeu libera à* LEGE POSITIVA, *cum Princeps legi non ſit ſubiectus ſed ſupra legem. Layman.* iuſt. defenſ. fol. 23. *atque in hoc ſenſu dicitur* c. propoſuit 4. de conceſ. præb. *quod Papa ſecundum plenitudinem poteſtatis, de iure poteſt ſupra ius diſpenſare. Poteſtas autẽ ordinaria nominatur illa quã Pontifex vtitur in quantum legibus poſitiuis Eccleſiaſticis ſive Sacris Canonibus eſt affectus & ordinatus. quia iuſtum & honeſtum eſt Principi ſervare legem ſuam* gl. in c. ſedes. extrav. de conceſſ. præb. verb.

extra-

Digitized by Google

ex ratione. & decet ipſum ſecundum leges vivere. Rota deciſ. 1. de Bigam. n. 4. in
nov. Alb. in c. ut noſtrum. ut Eccleſ. ben. ſin. dim. conf. n. 11. hinc ducebat Layman. 217
iuſt. defenſ. fol. 230. quod plenitudinem poteſtatis abſolutæ Princeps tunc exercere
dicatur quando aliquid decernit contra leges univerſales in corpore iuris contentas, præſer-
tim ſi etiam iuri aliorum deroget. quare cum hoc fiat in translatione Monaſteriorum,
ſubintulit ipſe (F. Romanus) non immerito translationem huiuſmodi fieri per pleni-
tudinem Pontificiæ poteſtatis. Confirmatur ex cap. un. ut Eccleſ. benef. ſin. dim. cõſ. 218
ubi plenitudo Poteſtatis pontificia & debitum ex officio velut oppoſita membra ſibimet
contra opponuntur. Roboratur ab Alfonſo Sot. in reg. 9. Cancel. Innoc. VIII. apud Io.
Chok. ubi ait. Papa non poteſt tollere ius quæſitum de poteſtate ordinaria c. quamvis
de reſcript. in 6. & c. ſuper eo. de off. deleg. quale habent in Monaſteriјs deſtitutis
Ordines antiqui ex fundatione primæva, ex natura beneficiorum Regularium non extin-
ctorum, ex iure communi, naturali & gentium &c.

5. Aliter accipitur à nonnullis Dd. Papæ poteſtas Ordinaria, pro illa quam habet ut 219
abſolutum caput Eccleſiæ, ut quicquid diſponit ex cauſa rationabili dicatur facere ex po-
teſtate ordinaria: quia vero judicem non habet in terra, ſi quid faciat ſine cauſa rationa-
bili, auferendo V. G. alicui contra jus poſitivum, naturale vel divinum rem ſuam transfe-
rendo Monaſteria ſine legitima cauſa, ex mera animi libertate in favorem petentis, alte-
rando pro libitu ultimarum voluntatum diſpoſitiones &c. hanc nominant iſti poteſta-
tem abſolutam. id eſt abſolutam ab omni lege non ſolum poſitiva, ſed & gentium, na-
turali & divina. Unde ait Covarr. 3. Reſolut. 6. n. 8. quod Princeps etiam derogando
legibus humanis, juri naturali, divino & humano, facere valet, id ad ordinariam Prin- 220
cipis poteſtatem pertinet. jure ſiquidem conceſſa poteſtas, Ordinaria dicitur non abſo-
luta; cum nihil abſolutum cuiquam etiam Principi jure ſit permiſſũ. quod autẽ Princeps
agere nequit jure humano, divino nec naturali, id non ad poteſtatem Principis, quæ ex
jure deducatur, ſed ad TYRANNIDEM quæ ex iniuria oritur, pertinet. Hæc ille & 221
Rebuff. in prax. benef. reg. de non toll. jus quæſ. gl. 6. n. 34. & 35. Princeps inquit,
de poteſtate abſoluta, ius tertiј tollere poteſt, etiam ſine cauſa, etiamſi agatur de gravi
præiudicio. Sed iſta poteſtas abſoluta, eſt poteſtas, quæ verius DIABOLICA dicitur, pro-
cedit enim à poteſtate iniurioſa, & eſt contra legem divinam, de qua ſuperius dixit de
Nabot. &c. In eodem ſenſu poteſtatem abſolutam uſurpant aliј nonnulli, quos inter 222
Anton. de Petr. de poteſt. Princ. & jur. quæſ. non toll. c. 24. n. 10. uſque ad fin.
Vide lib. 8. c. 20. allegatos. Layman. iuſt. defenſ. fol 231. aſſerit, ſpeciale eſſe in Pa-
pa, quod de poteſtate Ordinaria poſſit alterare diſpoſitiones ultimarum voluntatum:
& iterum cap. 3. ibid. q. 2. n. 3. quando Princeps aliquid facit de plenitudine poteſtatis, 223
nemo poteſt dicere cur ita facis? quia tunc eſt ſupra ius, contra ius & extra ius
& eſt omnia: & adhuc clarius cit. loc. num. 73. 4. ait ad Clem. quia con-
tingit Reſpondetur pariter, quod intelligitur ex cauſa, vel hærede conſentiente, ut notat
Cardin. ibi in 9, & 10. not. q. 4. & 5. alias autem ſi Papa faciat de plenitudine pote-
ſtatis, peccat in ſemetipſum, quia iniuſte agit ut concludit Felin. in c. nonnulli in 224
Princ. n. 2. de reſcript. Idẽ ſentit Angel. in l. ſi teſtamentũ C. de teſtã. & VVameſ.

ſupra allegatus etiam in ſenſum meum tortus expreſſe tanquam membra oppoſita ponit
poteſtatem Pontificiam *abſolutam, & moveri ex cauſa rationabili. & in hoc ſenſu*
videri poteſt mihi dixiſſe cum Petra *&* Angel. *commutationem ultimarum voluntatum*
fieri ex pontificia poteſtate ordinaria, veluti ſi moveatur ex cauſa rationabili; non autem
ex illa abſoluta poteſtate, quam utique nulla iuſta cauſa moveri dicere debent, ſi regulas
membrorũ oppoſitorum ſalvare velint. hinc denuo Petra d.c.24.n.32. *ſicut* Princeps in-
quit *ſupremam habet poteſtatem, ita eam regulari debet ſecundum ſummam honeſta-*
tem, & ſi ſecus faciat, utique poteſtas talis non abſoluta, ſed diſſoluta & plenitudo tem-
peſtatis non poteſtatis dicitur.
225 6. *Quia vero ipſe in* Aſtri loc. cit. *abſolutam poteſtatem non hoc ſenſu, pro ini-*
qua, tyrannica vel diabolica accepit, ſed iuxta communem, pro tali, quæ eſt abſoluta
duntaxat à lege poſitiva humana, non autem à lege naturali. gentium ac divina; Pleni-
tudo namque poteſtatis (ſub: *& obreptione ſe poſita*) *in ipſius ſententia & ſecundum*
ſtylum Romanæ *curiæ, Summorũque* Pontificum *praxin, nõ extenditur, ad aliquid ini-*
quum ut tradunt Curtius conſil.73.col.29.in fin. *Fulg.* conſil.61. col. pen. *Barb.*
lib.2.conſil.24.col.4. *Card.* conſil.142.incip punctus col.2. *Barb.* in c. quan-
to de jure *jur. dicens figendum cordi* in c.cùm omnes in princ.de Conſtit. *Mo-*
dern. in l.reſcripta C.de prec.Imper.off.apud *Nevizan.* lib. 6. ſylvæ nupt.n.57.
ideo neq; VVameſ. & ſup.cit. AA. *contra ipſũ militãt, nec ipſe cõtra illos, quia termi-*
nos aliter accipiunt utrimque, qua de re plura Vid. ſub allegat.133.214. & 338. *itẽq; a-*
ſtri q.3.n.3. & 4. *& tamen ego hic mihi videbar inſuperabilis.* Hactenus F.Rom.
226 Aſt ſciendum eſt, quod ipſe more ſuo ab uno Authore ad alium, ab uno
Diſcutiuntur. propoſito ad aliud tranſiliat, idque per interpoſita intervalla, ne ſi ſingula
coniungerentur, Reſponſionis ipſius inanitas appareret.
227 Inprimis W ameſius *loco citato* nihil contra me pro F. Romano decidit;
ſiquidem non dicit, ut ei affingere videtur F. Romanus, *receptum eſſe,*
Summum Pontificem non ex *Ordinaria*, ſed ex *abſoluta* poteſtate id poſſe, ſcil.
mutare, ſed n.2. dicit, hoc receptum eſſe, quod Summus Pontifex NB. ſi nõ
« *ex ordinaria* NB. *ſaltem ex abſoluta poteſtate* id poſſit iuſta *præſertim* cauſa concur-
« rente, Et cum commutatio ſit in cauſam piam, etiamſi cauſa, quæ mutatur
« & in quam deſtinata erat voluntas teſtatoris, ſit vel pro toto vel pro parte
« pia: ut eſt in propoſito quoad medietatem huius fideicommiſſi pauperibus
« aſcripti, huiuſmodi tamen cauſæ in manu Papæ ſunt, *& illi manualia* eſſe cen-
« ſentur, præſertim *ubi agitur* DE IURE NON QUÆSITO SED DUNTAXAT AD
« REM QUÆRENDO, SEU AD REM ex conditionali diſpoſitione, ſed ideo illud
« quæritur, quod conſtet, S.D.N. Papam per huiuſmodi litteras NON VOLUIS-
« SE dictã Commutationem facere EX ABSOLUTA ET SUPREMA SUA POTE-
« STATE, qua ſupra ius eſt, SED EX ORDINARIA; Prout etiam in dubio, cum
Pontifex quid à iuris ratione aliquo modo exorbitans concedit, NON TENE-
228 TUR id facere ex illa *abſoluta* poteſtate, ſed potius moveri ex cauſa rationabi-
li, prout convenit eius Ordinariæ poteſtati, ut in his terminis decidit
Bal-

Digitized by Google

Baldus in *l.Teſtamẽtum.C.de Teſtã.Natt.conſ.*211.*Reverẽde Pater n* 3. Ex quibus apparet, quod Wameſius non dicat, ut illi F. Romanus affingit, Pontificem non ex ordinaria, ſed abſoluta poteſtate id poſſe, ſed, Pontificem ſi non ex ordinaria, ſaltẽ ex abſoluta poteſtate id poſſe quæ differunt. Ita ſunt hic notandæ particulæ (*ſi non*) appoſitæ poteſtati Ordinariæ, quæ conditionem involvunt, ut not. Alber. de Roſat. *in dictionario ſuo per not.c.in cauſa* 4.*diſt.* Cuiuſmodi conditionem Wameſius poſtea ibidem docet, non verificari.

Deinde notanda eſt particula, (*ſaltem*) appoſita voci *abſoluta poteſtatis*, 229. Cuius vis non eſt excludere nec reſtringere, ſed implicare & includere *per not.* glo. *in l.1.C.de agricol.& cenſit.* Barboſ. *dict. ſaltem*.255. *n*.2.3.4.5.6. *per cap. excommunicamus.*§.*addamus de heret.* Gregor. XV. *deciſ*.434.*n*.7. Vnde per abſolutam poteſtatem propter adjectam illi particulam (*ſaltem*) *poteſtas Ordinaria* à wameſio non excluditur, ſed potius includitur, ut patet *ex ſeqq.* licet abſoluta tanquam minus dubitabilis fuerit ab ipſo propoſita. Tum ex d. verbis Wameſij apparet, quod ipſe præferat quidem, *receptum eſſe* ex abſoluta poteſtate poſſe Pontificem mutare ultimam voluntatem; quod non eſt in quæſtione; ſed *utrum* mutaturus *debeat abſoluta poteſtate uti*, Et apparet ex ſubjecta ipſius deductione, *quod non*; quia etiam ex *ordinaria poteſtate id poterit Pontifex cauſa intercedente.* 230.

Quod verò F. Romanus exiſtimat, illud ſolum à Wameſio quæri, 231. non autem *decidi*, patet falſum eſſe, ſiquidem longè aliud ibidem innuit particula, (*Prout*) poſt punctum poſita, quæ iſtic non relativè, ſed *cauſaliter* & *particula diſpoſitivè*, ſicut in dubio accipi ſolet, accipitur, per not. Barboſ. *in dict.* *Prout* Prout. 296.*n*.6. ubi inter alia dicit, quod ſi proferatur in materia, cuius natura eſt diſponere de præterito, ſi non conſtat de relato, non ſtet relativè ſeu conditionaliter, ſed cauſativè & profert eam in rem. Rot. Rom. *deciſ*.40 *n*.3.*in noviſſ. &c.*

Idem quoque confirmatur ex eo, quod paulò poſt Wameſius *ibidem* 232. ſubijcit, prout decidit Baldus, à qua deciſione Baldi cum ipſe in toto ſuo conſilio non recedat neque eam impugnet, *illi* ſe proinde conformare præſumitur per not. Gomez. *in* §.*aquè n*.14.*Inſt.de act.* *Felin.in c.cum ordinem de reſcript. c.*1.*de praſcript.apud* Weſen. *conſ*.240.*n*.18 *part*.5.

Deinde *poſito* quod *Wameſius* ita dixiſſet, *relicti pii in alium uſum pium* 233. *commutationem fieri ex plenitudine poteſtatis*, inde tamen inferri non poteſt, *ergo* relicti pij in alium uſum pium commutatio fiet ex abſolutæ poteſtatis plenitudine, Cum à genere ad unam ſpeciem affirmativè non detur argumẽtum, Ex eo enim quod animal naturali potentia agat, non ſequitur, ergo hoc animal quod agit, viſu agit, cum poſſit aliqua alia potentia naturali agere, proinde quærendum eſt, quanam agat naturali potentia? an illa actui conformiter reſpondeat & proportionata ſit? Ita Wameſius *cit.loc.* generatim dicit agi plenitudine poteſtatis, ſed cuius poteſtatis, inquirit, *ordinaria* vel *abſoluta*, Et 234.

Digitized by Google

tandem cum Baldo *decidit*, actum illum commutationis ex cauſa rationabili convenire ordinariæ eius poteſtati, unde illi ſententiæ ſe conformare intelligendus eſt ad quam ſe referr, neque eam reprobat.

235. Neque eſt, quod F. Romanus Wameſij deciſionem allatam eludere conetur, dicendo eam in dubio obtinere, ipſum autem hic in dubio verſari, ſed certum eſſe & indubitatum, translationem Monaſteriorum non ſolum à juris ratione aliquo modo, ſed à juris expreſſa diſpoſitione *in c. inter quatuor. de rel. dom.* totaliter exorbitare; eo quod *regularia regularibus ſint danda, & ubicunque Ordo Monaſticus ſecundum Deum & D. Benedicti regulā dignoſcitur Inſtitutus perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervandus ſit*, quia ipſe Romanus deſperato *teſtamenti Documento*, quod erat illi producendum & non producit, ad Canones nunc confugit, quorum primus Concilij Lateranenſis nihil illi patrocinatur, quia etiam *Societatis* Ieſu Religioſi ſunt *Regulares*, prout ſupra pluribus eſt oſtenſum; ut proinde regularia beneficia ſi Societati uniantur, etiam regularibus dicantur conferri & concedi. Alter Canon *ex d. c. inter quatuor.* in falſo F. Romani ſenſu eoque perverſo allegatur. Neque enim ibi de Ordine ſeu corpore Religioſo ſed de Ordinatione regulari domeſtica bene inſtituta agitur. Itaque Frater Romanus nihil ad rombum, nihil etiam veritatis in genuino ſuo ſenſu proponit, Ideoque ad Cretenſes, quos amat, ablegandus.

236. *F. Romanus deſperata cauſa teſtamentaria confugit ad Canones minimè ipſi patrocinantes*

237. Atque hinc corruit, quod ex allata *abſoluta & ordinariæ* poteſtatis definitione *ſubſumebat*, quaſi translatio ſeu potius introductio aliorum *Religioſorum* alterius Ordinis in Monaſteria morte omnium Originariorum vel incolatum *loci iſtius* deſtituta, ſit contra generales juris diſpoſitiones.

238. Falſum quoque eſt, quod alienigenæ aliorum Monaſteriorum Monachi in huiuſmodi Monaſterijs deſtitutis jus habeant acquiſitum, neque contrarium à F. Romano probatur, qui fruſtra ad probationem *Majoris*, quæ erat definitio juris à nobis allata & probata, convertitur, & quod erat probandum, nude tantum & gratis allegat nec probat contra *l. 2. ff de probat.* Videtur F. Romanus vel illud *αὐτὸς ἔφα* ſibi uſurpare vel petitionem principij valde amare vel etiamnum illi ſtudere.

239. Rurſus, quod F. Romanus aſſerit, à Wameſio poteſtatem *abſolutam* & *moveri ex cauſa rationabili* tanquam duo membra oppoſita proponi, hoc ipſū F. Romano quam maximè obeſt; quia cum Pontifex ex cauſa rationabili agere præſumatur, hoc ipſo, quod Monaſteria Conventibus deſtituta alijs uniat vel aſſociet, ex ordinaria ſua poteſtate egiſſe cenſendus erit. Illud tamen obſervandum eſt, quod quando Pontifex nobis dicitur abſoluta poteſtate agere, non ita intelligatur, quaſi Pontifex hinc nullâ cauſâ moveretur. Cum ſecus ſe res habeat. Dicimus autem cum cit. Wameſio, & Baldo, imo cum ipſomet F. Romano hic, tunc Ordinaria Pontificem uti poteſtate, quando iuſta cauſa motus iuri & Canonibus conformiter aliquid diſ-

240. *ordinaria, & abſoluta poteſtas quæ?*

Digitized by Google

diſponit; *Abſoluta* verò, quando ſupra ius poſitivum illique non conformiter etiam ex iuſta cauſa aliquid diſponit, v.g. actum de iure poſitivo invalidum confirmando &c. Vnde patet, quam F. Romanus in omnem partem Wameſium fruſtra torqueat, nec elabi poſſit.

Quomodo alij poteſtatẽ Papæ *abſolutam & Ordinariam* definiant, nihil ad rem, nec ad me pertinet. Cum ego non cuiuſvis erroneam phantaſiam ſuſceperim defendendam; F. Romanus tamen refert, ut cum nihil in præſentiarum afferre poſſit, paralogiſmos proferat, lectorique perſuadeat, quaſi ipſe veram à Dd. poteſtatis utriuſque allatam definitionem amplecteretur, nos verò aliam ineptam complecteremur. Illud nimirum eſt Orbi & veritati illudere. De definitionibus harum poteſtatum ex Covarruvia & Rebuffo allatis ſupra egi, ubi videri poterunt. 241. 242.

Capella Tholoſanus nihil omnino ad rem, nedum contra me facit, quia *in quæſtione* 26. decidit, quod legatum frumentum pro panibus certo aliquo in loco annuatim inter pauperes diſtribuendum Officialis iſtius loci voluerit uni Sacerdoti pro Miſſis celebrandis deputare. Et *deciditur*, quod Officialis ſine auctoritate Pontificis id non *poſſit convertere*, atque ita etiam ſummarium illius *quæſtionis*, ut ſit textui conforme, intelligendum eſt, ſed hoc quid ad rem vel contra me pro F. Romano facit? omnino nihil. 243.

Quod verò ibid. additur, non eſt ipſius Capellæ Tholoſani, prout perperã exiſtimat F. Romanus, ſed alicuius alterius additionis, videlicet Stephani Aufrerij, qui cum quibuſdam alijs, nimirum Lapo, Pan. Innoc. Zab. Io. Imol. *in c. nos quidem. de teſtam.* id ſe tenere dicit, qui tamen hoc ipſum non aſſerunt, Nam Franciſcus Zabatell. *in c. nos quidem de teſtam.* pro quo F. Romanus etiam perperam allegat Francum *not. 4. & q. 3.* tradit, legatum in cauſam Eccleſiaſticam ſi in loco commode impleri non poſſit, auctoritate Epiſcopi commutandum, qui certè in iſta commutatione non utitur *abſoluta poteſtate.* 244.

Et ſic proditur hic alius F. Romani error. Tum nihil etiam habet Innoc. *ibid.* ab Aufrerio laudatus *in d. c. nos quidem*, quod ad propoſitum faciat. Similiter Ioannes Imola *in d. c. nos quidem* nihil contra me definit. Solum *n.* 21. tradit, quod ſi legatum pium in loco impleri non poſſit, tunc per Epiſcopum commutandum; N. 22. ſubijcit, ſi vero poteſt diſpoſitio teſtatoris *in forma ſpecifica* impleri, tunc non poteſt in aliud commutari ſine licentia Papæ, quamvis facta fuerit in piam cauſam *per id quod legitur & not. in Clem. quia contingit de Rel. dom.* Quibus verbis Imola non dicit in commutatione legati pij requiri poteſtatem Pontificis abſolutam, quemadmodum illi F. Romanus affinxerat. Taceo quod F. Romanus generice alleget ius divinum naturale & Gentium, nec ullum locum aut rationem exprimat, quibus definiatur, quod Monaſteria Conventibus deſtituta ab alijs ut membrum proprietatis non dependentia ſint Religioſis eiuſdem Ordinis cõferenda. 245. 246. 247.

Ne-

Digitized by Google

Neque hoc ex 3.Reg.21.3.ubi inquit Naboth ad Achab *Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæreditatem Patrum meorum tibi*, quicquam contra me evincit, quia ille locus loquitur de hæreditaria ſanguinis ſucceſſione, quæ Eccleſiaſticis rebus & monaſterijs nullatenus ſibi locum vendicat, uti ſupra ipſemet F. Romanus eſt confeſſus. Vt proinde mirum ſit, qua audacia illum locũ
248. ſcripturæ Sacræ in Aſtro ſuo ipſe F. Romãus, & cum illo F. Theodor⁹ Schmedeſius Benedictinus Duaci 3. Auguſti Anno 1640. in emblemate ſuo (quo F. Romanum orbi toti ſuſpiciendum & admirandum propoſuerat) *Concluſionibus Theologicis de fide, ſpe & charitate præmiſſo* allegent eoque abutantur.

Cæterum quod ratio naturalis ius gentium, *Canonicum* ac Civile pro nobis contra F. *Romanum* militẽt, ex hactenus deductis liquido ſatis apparet.

§. XX.

Oſtenditur, quod in Vnione Monaſteriorum Conventu deſtitutorum Pontifex nihil contra vel ſupra jus agat, adeoque non poteſtate utatur abſolutâ.

249. Attingitur *probatio reſolutionis* Hayanæ ad quæſtionem ſupra propoſitã allata, quaſi nimirum per *iſtam translationem Monaſteriorum contra & ſupra ius Pontifex eſſet acturus.* Verum ego iam contrarium oſtendi, quod 1. hic non fiat Monaſteriorum quaſi ab uno Ordine reipſa acquiſitorum & inſeſſorum trãſlatio ad alium Ordinem Religioſum, ſed ſolum in Monaſteria quædã morte omnium Originariorum vel incolarum Conventualium deſtituta, nec alienigenis eiuſdem Ordinis reipſa acquiſita, ſed duntaxat acquirenda per ſuperiores legitimos ex cauſa introductio aliorum alterius Ordinis Religioſorũ, quæ nec eſt cõtra nec ſupra jus, Neque contrarium uſpiam F. Romanus probauit. Cum nec *Canones* id prohibeãt, nec in contrarium *Tabulæ fundatorum verbo* prolatæ vel *ſcripta* expreſſæ ſtatuant, & pro introductione aliorũ Religioſorum *ſtet voluntatis Teſtatorũ præſumptio* per Superiores explicata.

250. Deinde poſito non conceſſo, quod tabulæ etiã expreſſæ in caſum mortis omniũ Originariorũ vel incolarum extarent, tunc attentis horum temporum circumſtãtijs, nihil contra & ſupra ius Pontifex introductione aliorum Religioſorum eſſet acturus, præſertim ſi conſideretur, quod *contra ius* poſſit eſſe aliquid *dupliciter* 1. ut ſit contra legem adæquatè ſumptam ſeu cum ſua limitatione & exceptione, 2. ut ſit contra legem inadæquatè ſumptã, prout ea ſine ſua limitatione aut exceptione cõſideratur. *Prior modus* huc applicari nequit, Cum attentis hiſce circumſtantijs ſit interpretatio (vel ut F. Romanus dicit mutatio) ultimæ voluntatis, non contra, ſed ſecundum jus expreſſum *in d. Clemen. quia contingit. de Rel. dom.* quæ eſt exceptio ad regulam à F. Romano
251. ſupra propoſitam, quod voluntas Teſtatorum ſit implenda, non mutanda, niſi aliud iudicaverit Pontifex neceſſitatem vel utilitatem publicam exigere vel requirere.

Poſterior modus ſi huc applicetur, tunc ſi extaret voluntas Teſtatoris expreſ-

Digitized by Google

expreſſa in caſum mortis omnium Originariorum vel Incolarum iſtius loci, diceretur abſtrahendo à cæteris circumſtantijs fieri mutatio aliqua contra jus ſeu regulam abſque ea limitatione conſideratam. Verum *non hoc* poſteriori, ſeu priori modo dicitur aliquid abſolutè *contra jus* fieri. Quando autem Card. zabarell. *in d. Clem. quia contingit*, Petra, alijque tradunt Pontificem *contra jus* agentem uti plenitudine poteſtatis abſolutæ, ipſi *non de poſteriori*, ſed *priori* modo loquendi accipiendi ſunt. Unde patet F. Romani argumentum in alijs terminis, nimirum poſterioris modi loquendi formatum nihil contra nos concludere. 252

Deinde Notaveram Pontificem *ſupra jus* eſſe, *duplici* modo poſſe conſiderari 1. ut ſit ſupra jus illud mutando. 2. ut ſit ſupra jus tanquam ſupremus omnium Ordinariorum Ordinarius adminiſtrando. Quando igitur Card. Zabarell. alijq; docent, quod Pontifex ſupra jus diſpenſando abſolutâ utatur poteſtate, *non de poſteriori*, ſed *priori* modo, qui huc ad noſtrum caſum eſt impertinens, ſunt intelligendi. Itaque ipſi contra noſtram Concluſionem nihil omnino faciunt. 253 *Supra jus quomodo ſit Pontifex.*

Ad alteram ex *fundatione* allegatam probationem, quaſi Ordo, conſequenter alienigenæ vel exteri aliorum Monaſteriorum Religioſi in Monaſterijs Originariorum vel Incolarum iſtius loci emortuorum haberent ex fundatione jus acquiſitum & dominium, quod illis ex poteſtate Pontificis ordinaria auferri non poſſit; Eſt nudum F. Romani ſine ulla probatione allegatum jam ſæpius maximè *in q. 2. Aſtri Eclipſ. ejuſque reſolutione* refutatum. Ubi oſtenſum eſt, etiam ex F. Romani confeſſione, dominium Monaſterij poſt ejuſdem Conventualium Originariorum vel Incolarum mortem vacare. Quod ſi igitur dominium illius Monaſterij morte omnium Conventualium Originariorum deſtituti vacat; Ergo illud ab Ordine ac conſequenter ab alienigenis vel exteris tunc non erit acquiſitum, ideoque nec ijs illud auferri poterit. Cum quod quis non habet, illud ei auferri nequeat. *Arg. l. nemo plus juris ff. de R. I.* Et hic cum nullum ijs auferatur dominium, ex eo capite non poterit dici jus naturale eſſe læſum vel etiamnum lædi. 254

§. XXI.

Unione earundem Monaſteriorum jus divinum, naturale ac gentium non lædi oſtenditur ex Unionibus Monaſteriorum ipſis antiquioribus Ordinibus antehac factis.

Inſtabam, quod ſi Legatorum ad unum uſum pium deſtinatorum translatione ad alium uſum pium violaretur jus divinum, naturale ac gentium, quoad bona relicta & famam Religioſorum, ut hactenus voluit F. Romanus, quin etiam interveniente cauſa in d. Translatione opus ſit abſolutæ 255

Digitized by Google

poteſtatis Pontificiæ plenitudine, qua ratione excuſabuntur Monachi Benedictini Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes, qui Eccleſias vel Canonicis ſæcularibus vel Regularibus fundatas etiam ab Epiſcopis obtinuêre.

Contraria F.Romani commenta.

F.Romanus *horti paradox.12.n.25. & ſeqq.* multis præmiſſis parergis,
256 ſubijcit, *quod ego accuſem ipſos, duplicis generis Eccleſias ab Epiſcopis obtinuiſſe 1. Eccleſias Canonicorum Regularium. 2. Eccleſias Canonicorum ſæcularium. Catalogum ex utriſque hic attexam. De utriſque igitur ſeorſim agendum. Et primo quidem dicit incumbere mihi probare, quod dictas Eccleſias ab Epiſcopis obtinuerint; nam precario vel alijs cuniculis (ut quidam hodie ſolent) obtinuiſſe inſinuem. Sed non eſt, quod ipſos meo*
257 *pede metiar &c. Deinde dicit, paradoxum & Creticum dictum eſſe, quod Eccleſias Canonicis Regularibus fundatas ab ijs obtinuerint, qui dare non poterant, nempe ab Epiſcopis. Cum nullus citra Papam poßit alterare ſtatum Eccleſiæ Religioſæ, ut ait* Abb. in c. in-
258 ter quatuor. de relig. dom. nu. 1. *Epiſcopus autem, Papa non eſt. Ad Eccleſias Canonicorum ſæcularium (quarum ibi 14. translatas enumerem) quod attinet, negat ſe docuiſſe, quod in earum translatione ad Regulares, opus ſit abſoluta plenitudine Pontificiæ poteſtatis. Cum perpetuò dixerit, tales de jure communi, cũ cauſa, ab Epiſcopo fieri poſſe: ſed non econtra.* 12. q. 2. c. ſi Epiſcopus 73. ubi gl. verb. ſi Epiſcopus : *Hic habes,* inquit, *quod de ſæculari Eccleſia poteſt fieri ab Epiſcopo Monaſterium, ut extra.* de Eccleſ. ædifican. ad audientiam il. 2. *ſed econverſo non poteſt,* ut 19. q 3. quæ ſemel. extra. de relig. dom. inter quatuor. *niſi fiat authoritate Papæ* ut extr. de Cenſibus cum Venerabilis. & extr. ne Cler. vel Vov. c. relatum, *vel ubi aliter non*
259 *poßit locus reformari, niſi per Canonicos ſæculares,* ut extr. in ead. decret. inter quatuor. *Eadem docet* Glo. 19. q. 3. c. ſtatuimus, verb. quæritur. *Abb. & Dd.* ibid. *Idipſum de 4. Cellis Eremiticis in eodem Catalogo meo deſcriptis & in Monaſteria converſis dictum eſto. Nam tales Eccleſiolæ, nõ ſunt Regulares, ſed ſeculares; Cum ipſi Eremitæ, nulla vota ſolemnia ſub approbatâ regulâ ſupponantur emiſiſſe; Eſto, fuerint Clerici aut votis ſimplicibus alligati. Adeoque in his octodecim translationibus peccem ego, quod in ijs etiam interveniente cauſa factis dixerim ſe authore opus fuiſſe abſolutâ plenitudine Pontificiæ poteſtatis.*

260 *Præterea etiamſi ſucceſſu temporis tales Eccleſiæ* Canonicorum *ſæcularium vel Eremitarum, ad ipſos translatæ fuerint, negat itidem ſe eas ab Epiſcopis obtinuiſſe. Nam vel ipſi Clerici, aſſumpto habitu Monaſtico, unanimiter & ſponte ex Eccleſia ſæculari, cum conſenſu Epiſcopi, fecerunt Eccleſiam Regularem, id quod olim non infrequens fuiſſe, docent Hiſtoria Eccleſiaſtica & Paulus Layman.* Cenſura 20. Aſtr. §. inter Collegia. arg. c. ſtatuimus. 3. cauſa 19. q. 3. *Vel in locum male viventium Clericorum, Regulares ab Epiſcopis* motu proprio, *vel ad* inſtantiam *aliorum ſubſtituti fuerunt; ut etiam in Angliæ pluries accidiſſe refert Osbertus* in vita S. Dunſtani apud Surium. *&*
261 *docet S. Bonavent.* in libello ſuo apologet. q. 11. tom. 7. oper. fol. 351. col. 2. Mogunt. edit. Anno 1610. *ubi ait,* id factum per Epiſcopum loci, vel ex juſſu Domini

mini Papæ, qui intelligens Clericos illos, vel Religioſos ibi minus honeſtè »
ſe gerere, vel ad tantam paupertatem redactos eſſe, quod divinum ſervitium »
ibi ita eſſet dilapſum, quod per ipſos non erat ſpes reſtaurationis, authoritate »
Apoſtolica mandavit illos alibi locari, aſſignatis ſibi certis reditibus, »
unde poſſent congruè ſuſtentari, & Fratres tunc minores ibi habitare & divina »
officia celebrare. *Apud quem S. Bonaventuram, particula* vel, *non denotat* 262
(ut ego opinabar) alternativam arbitrij, ſitam in voluntate Epiſcopi, ad ſubſtituendos Clericos vel Religioſos, ſed differentiam contingentis translationis Clericorum vel Religioſorum ad alios, & illam quidem per Epiſcopum loci, hanc vero juſſu Domini Papæ factam, rectè affirmat. &c.

Verum F. Romanus more ſuo antiquo vel invertit verborum meorum 263
ſenſum vel ijs aliquid affingit, vel etiam alio detorquet, ut ita extra metam *Diſcutiuntur.*
extravagandi occaſionem nanciſcatur, qui ad metam nihil habet, quod contra dirigat, Inprimis ipſe meam *propoſitionem alternativam* de Eccleſijs Canonicorum *ſæcularium vel Regularium* accipit tanquam copulatam. Itaque duo ejuſdem quaſi copulativè non alternativè membra recenſet.

Deinde oſtendebam ego ex ſubjectis exemplis aliquas Eccleſias ſæ- 264
cularibus vel Regularibus *fundatas*, etiam ab Epiſcopis obtinuiſſe. Ipſe verò hanc meam propoſitionem recenſet, perinde ac ſi in ea aſſereretur, omnes Eccleſias enumeratas à ſolis Epiſcopis obtentas, quæ manifeſtè eſt falſificatio meæ Propoſitionis; Cum in ea ad *Epiſcopum* reperiatur adiuncta particula *Etiam*, implicativa, ut loquitur Barboſ. *dict. etiam. 112. n. 1. & ſeqq.* dictio exprimens caſum magis dubitabilem & implicans minus dubitabilem. *per l. etiam. ff. de V. S. l. Conventicula. C. de Epiſc. & Cler. l. etiam. C. ſi tutor vel curator.* ubi eam in rem plurimos congeſſit, ijſque tandem ſubjicit Rot. Rom. *deciſ. 689. n. 4. in 1. collect. noviſſ. & inter recentior. deciſ. 222. n. 3. & deciſ. 721. n. 6. & 7. part. 2.* Unde licet de *Epiſcopo* tanquam magis dubitabili id aſſeruerim, non 265
tamen propterea Pontificem alioſque, à quibus ipſi eas Eccleſias obtinuerunt, excluſi.

Neque eſt, quod objicitur, ſtatum Eccleſiæ Regularis nonniſi à *Ponti-* 266
fice alterari poſſe ſecundum Abbat. *in c. inter quatuor. de rel. dom.* quia loquitur de Eccleſia Regulari *actuali*, quæ habet conventum ac ſtatum regularem actu ordinatū, prout ipſe textus involvit per *ea quæ ſup. ad d. c. inter quatuor. notavi*: Faciunt notata Rot. Rom. *deciſ. 9. n. 9. apud Tamburin. tom. 3. de jure Abbat.* Non autem de Eccleſia *Regulari non exempta.* morte omnium Conventualium deſtituta; Huic enim Epiſcopus providere poterit, prout *ſupra q. 4.* oſtendimus.

Tertiò falſum eſt, quod verbo *obtineri* inſinuetur aliquid precariò 267
vel alijs cuniculis obtineri. Ex quo Lexico F. Romanus hoc colli-

 get,

get,niſi ſuæ phantaſiæ? Non videtur ipſe titulos de V.S.in jure Civili & Canico volutaſſe. Certè *obtinere* quis dicitur ſecundum Alber.de Roſat.*in dictiõ.* quod Canonicè quis poſſidet, quando habet jus in re,per not.Archid.*x.de reſcript.c.ſi gratioſe lib.6.*

268 *Quartò* neque hic de titulo obtentorum Monaſteriorum quæſtio eſt, ſed de eo quod Eccleſias primitus pro Clericis vel ſæcularibus vel Regularibus fundatas, non *attenta primâ earundem fundatione* obtinuerint. Utrum eas omnes,quas acceperunt,ex poteſtate Pontificis *abſolutâ* acceperint.

5. Hic F.Romanus, quia videt ſe elabi non poſſe, fingit ac ſi ego illi impoſuiſſem,quod doceret in earum translatione opus eſſe abſolutâ plenitudine poteſtatis Pontificiæ,quod negat ſe docuiſſe, cum perpetuo dixerit, tales de jure communi cum cauſa ab Epiſcopo fieri poſſe, ſed non econtra. 12.*q.2.c.ſi Epiſcopus.ubi gl.verb ſi Epiſcopus.*

269 Verum à te F.Romane,non quærebatur,quid doceres, ſed ut *dares rationem*,quare Eccleſiæ ſæculares ab Epiſcopo *poteſtate ordinariâ* poſſint transferri in Regulares,non obſtante in contrarium *primâ fundatione*,& Concilio Lateranenſi, ex quo *beneficia ſæcularia ſæcularibus ſunt danda &c.* Cum tamen earum fundatio ſecundum te,*de jure divino,naturali ac gentium* ſervanda ſit, & non niſi ex poteſtatis abſolutæ plenitudine mutari poſſit ; Tum oſtendas, quomodo non contraveniatur d.Concilio Lateranenſi toties à te allegato, quod *ſæcularia beneficia ſæcularibus & non Regularibus ſint danda.* Vel ut clarius intelligas,quomodo tuũ ex fundatione & dicto Concilio petitum principiũ non rectè contra me afferas, ſed ego illud contra te rectè retorſerim idque *duplici* propoſito ſyllogiſmo, quorum *alter* eſt: *Quandocunque pia voluntas Fun-*

270 *datoris erit mutanda,opus eſt abſoluta Pontificis poteſtate quâ mutetur. At quando fundatio Eccleſiæ pro ſæcularibus Canonicis facta,danda eſt Regularibus, tum pia voluntas Fundatoris eſt mutanda. Ergo quando fundatio Eccleſiæ pro ſæcularibus Canonicis facta, danda eſt Regularibus,opus erit abſoluta Pontificis poteſtate. Major* eſt F. Romani, quam ipſe hoc modo probat,ubi jus naturale,gentium ac divinum eſt mutandum,opus eſt abſoluta Pontificis poteſtate; Aſt quandocunque voluntas Fundatoris eſt mutanda,mutatur jus naturale,gentium,ac divinum, ergo &c. *Minor* eſt clara in terminis.

271 *Alter* ſyllogiſmus ex principio F.Romani petitus,hic eſt : *quandocunque Pontifex contra & ſupra jus poſitivum diſpenſat,tunc utitur poteſtate abſoluta & non ordinaria, At quando Pontifex Eccleſiam ſæcularium Canonicorum dat Regularibus, tunc diſpenſat contra & ſupra jus poſitivum,ergo quando Pontifex Eccleſiam ſæcularium Canonicorum dat Regularibus,tunc utitur poteſtate abſoluta & non ordinaria. Major* eſt iterum F.Romani. *Minor* ſimiliter probatur ex altero principio F.Romani,quia quando quis beneficia ſæcularia non dat ſæcularibus ſed Regularibus & vice-verſa, tunc diſpenſat contra & ſupra jus poſitivum Concilij Lateranenſis,quo ſæcularia ſæcularibus & Regularia Regularibus danda ſunt.

Digitized by Google

ſunt. At quando Pontifex Eccleſiam ſæcularium Canonicorum non ſæcularibus ſed Regularibus dat, tunc beneficium ſæculare non ſæcularibus ſed Regularibus dat. Ergo quando Pontifex Eccleſiam ſæcularium Canonicorum dat non Sæcularibus ſed Regularibus, tunc contra & ſupra jus poſitiuum Concilii Lateranenſis diſpenſat. Conſequenter quando Pontifex Eccleſiam Sæcularium Canonicorum dat Regularibus, tunc utitur poteſtate abſolutâ & non ordinariâ. Quæ utraque concluſio cum ſit manifeſtè falſa, ſequitur, principium F. Romani, ex quo illa infertur, ſimiliter eſſe falſum.

At F. Romanus cum elabi non poſſit, hic latebras quærit, quibus *fundationem primam pro Clericis ſæcularibus factam*, quam urgeo, occulere poſſit; ſed fruſtra. Cum veritas abſcondi nequeat, ſeque tam bene pro ſæcularibus, quam pro Regularibus beneficijs in Concilio Lateranenſi ac fundatione prodat. 272

6. De Eremitarũ Conuentibus Benedictino &c. Ordini tranſcriptis paulo poſt in Catalogo translationum videbitur, Cætera ſunt mera parerga.

7. Quod denique particula *Vel* apud S. Bonaventuram non ſit alternativa, id non præſumitur, cum etiam in dubio particula *Vel* ſit accipienda in propria ſignificatione, illiq; ſtandum, donec contrarium probetur, *l. non aliter. ff. de legat.* 1. *l. Labeo. ff. de ſupell. legat.* In propria verò ſignificatione particula (Vel) eſt alternativa. Barboſ. *in dict. vel.* 415. *n.* 3. *l. eum. ff. quand. dies legat. ced. l. ſi illud.* ubi Bald. *ff. de legat.* 2. Dyn. *in c. in alternativis, de R. I. in* 6.

Ex quibus patet, quot erroribus F. Romanus à regia veritatis via deflectens ſeſe involverit.

Eodem §. XXI.

Varijs exemplis præcedens doctrina illuſtratur.

Afferrebam ego plura exempla, in quibus non obſtantibus primis fundationibus, neque interveniente poteſtate abſolutâ Pontificis plures ſæculares Eccleſiæ Religioſis Benedictinis fuere traditæ. E. quibus. 273 *Sæculares Eccleſiæ factæ Regulares*

1. *Aldeburgenſis* Eccleſia, ſecundo milliari ab Oſtenda Flandriæ oppido ſita, in *Monaſterium* converſa eſt *Benedictinorum*. Myr. *in Chron. S. Benedicti. cap.* 41. *ſub annum* 1084. 274

2. *Alnenſe* Collegium ad Sabin fluuium in ditione Leodienſi olim *Canonicorum* fuit *Sæcularium*, poſt *Regularium* S. Auguſtini, demũ opera D. Bernardi *Ciſtercienſibus* ceſſit Myr. *in Chron. Ciſterc. fol. mihi* 135. 275

3. *Andecenſe* montis S. ſeu auff dem H. berg/ in Bauaria prius *ſæcularium* fuit Canonicorum, pòſt authoritate Summi Pontificis, *Benedictinorum* 276

domicilium Myr. *in Chron. S. Bened. c.* 91. Aventin. *fol.* 826. Hund. *tom.* 2. *Metrop. Salisbur. pag.* 93.

277 4. *Ardenſe* anno 1144. Collegium *Sacerdotum* converſum eſt in *Cœnobium Pramonſtratenſium*, Myr. *in Chron. Pramonſtrat. fol.* 113.

278 5. *Bergenſe* Collegium, pulſis *Canonicis* agente Baldvvino Barbato Flandriæ Comite datum eſt *Benedictinis*, eò *S.* Winoci reliquijs translatis. Myr. *in Chron. Belg. ad ann.* 1028.

279 6. *Curia cella Eccleſiaſtica* à Petro Patauino Epiſcopo in Abbatiam Ordinis *Ciſtercienſis* commutata. Hund. *tom.* 2. *Metrop. in* Fürſten Cell. *fol.* 337.

280 7. *Haſſefeldienſis* Præpoſitura diœceſis Bremenſis, ſub Præſule Libentio à Comite Henrico excitata, poſtea ſub Liemaro Archiepiſcopo Brem. converſa in Abbatiam *S. Benedicti*, Lindebrog *in hiſtoria Archiepiſc. Brem. Libentij & Liemari* quæ nunc per Suecos non obſtante, quod Catholici eam Calendis Ianuarii anno 1624 poſſederint, occupata eſt.

281 8. *Horreum* Trevirenſe, olim Collegium *Canoniſſarum*, nunc Monialium *S. Benedicti* aſceterium. Bruſch. fol. 75.

282 9. *S. Martini* Treviris prius fuit Oratorium S. Cruci anno 406. dicatum, pòſt ann. 526. *Benedictinorum* domicilium à Præſule Trevir. Magnerico conſtitutum, Myr. *in Chron. Ord. S. Bened. c.* 8.

283 10. *S. Mariæ ad Martyres* Treviris *Baſilica* à Felice Trevir. Archiflamine circa ann. 380, excitata, poſtea circa ann. 694. agente S. Wilibrordo Epiſcopo Ultraiectino *Benedictinis* ceſſit. Myr. *ibid. c.* 32.

284 11. *Metenſe* in Bavaria *Canonicis* à Carolo M. ann. 802. fundatum, ab Henrico Pio Auſtriæ Duce circa ann. 1155. *Benedictinis* traditum Myr. *ibid. c.* 48. Hund. *tom.* 2. *fol.* 500.

285 12. *Matickoven* prius *Canonicorum ſæcularium*, poſt *Auguſtinianorum*. Hund. *tom.* 2. *fol.* 488.

286 13. *S. Odolphi Staurienſe* in Friſia Occidentali Collegium *Canonicorum* à Præſule Ultraiectino B. Friderico fundatum, poſt ab Andrea Cuquenſi Epiſcopo Vltraiectino ann. 1132. *Benedictinis* traditum. Myr. *d. l. c.* 88. *il.* 1.

287 14. Denique *Saleſelt* in Thuringia *Canonicorum* Collegium ab Annone Archiepiſcopo Colon. in *Benedictinos* eſt tranſlatum. Schafnaburg. *ad ann.* 1071.

Regulares Eccleſiæ alijs Regularibus cõceſſæ.

Quod ſi in *Regularium* &c. inquiramus Eccleſias, quot exijs obtinuerunt *Benedictini*, *Pramonſtratenſes*, *Ciſtercienſes*?

1. *S. Altonis* Monaſterium vulgo Altenmünſter ipſi S. Altoni ejuſque

Digitized by Google

que *Fratribus Eremitis* à Rege Pipino circa annum 750. fundatum, poſtea ſub Guelphone Bavariæ Duce ſimili calamitate, quam nunc Germania experitur, deſtructum, *Benedictinis* eſt datum, licet ſubſequentibus annis pari calamitate, deſtitutum in Ordinem *S. Brigittæ* ſit translatum, Hund. *tom. 2. fol. 81.*

2. *Baskerodam.* Hildeſienſis Diœceſis Cænobium Ioannes Hildeſienſis Antiſtes ejectis *Auguſtinianis Regularibus* Monachis & Monialibus uno eodemque in loco nec caſtè nec cautè viventibus Detmaro Iſenhagenſi Abbati ejuſque Fratribus ultro inhabitandum dedit, quod *Iſenhagenſe Ciſtercienſis* Ordinis Monaſterium ab Agnete Henrici Leonis Bavariæ, Saxoniæ & VVeſtphaliæ Ducis vidua fundatum & introductis tredecim ex *Riddagshauſenſi* Monaſterio Cænobitis, Anno 1245. perfectum, paucis poſt annis plane cõflagraſſet. Quare hi Ciſtercienſes in alterum illud *Auguſtinianorum* Cænobium ann. 1259. novi inquilini immigrarunt, Chronic. *Riddagshauſ. pag.* 27. 288

3. *Dernburgum Auguſtinianorum* Regularium non incommodum domicilium, cujus Cænobitæ cum apud vicinos incontinentiæ nominè malè audirent, Magnus ex Laoburgicorum familia Antiſtes Hildeſienſis Balduino Riddaghauſano Abbati juſſit, ut aſſumpto Collega Mariærodano itidem *Ciſtercienſis* inſtituti proficiſceretur Dernburgum, expulſoque inde impuro ſodalitio, ſui Ordinis modeſtiores Monachos introduceret, quod factum Anno 1447. quamvis non defuerint, NB. F. Romane præpoſteri Cenſores, qui Auguſtinianos reformari, non expelli debuiſſe dicerent, & novos colonos cuiquè in horum bona intruſos eſſe jactitarent. Ex Chron. Riddagh. *pag. (mihi)* 64. 289

4. *Einhamenſe* ad Scaldin fluvium prope Aldenardum Flandriæ oppidum, infra ipſum Caſtrum Eiham, à Comite Godefrido ipſiuſque uxore Mathilde in honorem S. Mariæ, *Canonicis Regularibus* deputatum, poſtea anno 1063. *Benedictinorum* uſui eſt attributum. Myr. *in Chron. Ord. S. Bened. c. 66. ex Chron. Cameracenſi contra Meyer.* 290

5. *Grimberganum* 2. à Bruxellis milliari diſſitum Collegium, olim *Canonicorum* Regularium, poſt ann. 1128. *Præmonſtratenſium* Myr. *in elench. Ord. Præmonſtr. fol.* 230. *& in Chron. fol.* 64. 291

6. *Hulsbergenſe* Collegium *Hieronymianorum* ſcholis ſeu Gymnaſio illuſtre apud Hattenum in Velavia Geldriæ oppidum ad Iſalam quarto Daventria diſſitum milliari ann. 1239. inſtitutum *Benedictinis*, ann. 1525. fuit traditum, licet *Hieronymiani* poſt receperint Myr. *Chron. Ord. S. Bened. c.* 94. 292

7. Horti

Digitized by Google

293 7 *Horti & Vineæ B. Virginis*, de quibus meminit Myræus *in Chron. Ciſtert. fol.* 107. in majore & minore Burloe Monaſterienſis Diœceſis, olim *Guilielmitarum* Monaſterium, nunc *Ciſtericenſium*.

294 8. *Laurisbamenſe* amotis *Benedictinis* anno 1246. traditum *Præmonſtratenſibus*. Myr. *in Chron. Belg. ad ann.* 763.

295 9. *S. Leonardi* Præpoſitura *Canonicorum Regularium*, poſt 350. annos quoad reditus Monachis in San-Gallo Ordinis S. *Benedicti* ceſſit. Bruſch. *fol.* 116.

296 10 *Luthern*. In hoc Monaſterio Anno 1135. Lotharius Imp. *Monialibus* expulſis S. *Benedicti* Ordinis Monachos introduxit, inſtauravitque, cui nomen Konigs-Luther indidit, ut teſtis eſt Sethus Calviſius *ad ann.* 1135.

297 11. *Mariæ Cella* à Nicolao Epiſcopo Ratiſpon. *Eremitis* Godefrido & Alberto conceſſa, pôſt Anno 1324. translata in *Ciſtertienſes*. Bruſchius *lit. Qq. f.* 467.

298 12. *Marchianenſe* Cænobium à S. Rictrude Adalbaldi Duacenſium Principis vidua, hortatu S. Amandi *Tungrorum* Epiſcopi excitatum, poſt annos 336. *monialibus* amotis, Ledvino Abbati & Monachis *Benedictinis* ceſſit Præſule Gerardo Cameracenſi Epiſcopo, & Baldvino Flandriæ Comite. Myr. *in notit. Eccleſ. Belgij. fol.* 70. *c.* 41.

299 13 Monaſterium *S. Maximini* juxta Treviros anno 335. à Conſtantino M., Matris ſuæ D. Helenæ efflagitatu, regio ipſius D. Helenæ Palatio in templum converſo, Præſule S. Agritio, Patriarcha Antiocheno Trevirim vocato (ut conſtat ex Diplomate Dagoberti Galliarum Regis, Memiliano XIII. illius loci Abbate, dato ſub ann. 643.) fundatum eſt primum *pro Ordine S. Baſilij & regulæ Orientalis Monachis*, cum illic temporis S. Benedictus necdum eſſet in rerum natura; pôſt variis Barbarorum vaſtationibus everſum, ſed reſtitutum, Monachis *Benedictinis* traditum ab Hildulpho Archiepiſcopo Treuir. ſub annum 764. atque à Normannis ſub Arnulpho Imperatore ſolo æquatum, mox ab Ogone Abbate fuit reædificatum. Myræus *in Chron. Ordin. S. Benedicti. c.* 14. *fol.* 49. *& ſeqq.*

300 14. *Middelburgi* Zelandiæ metropoli *Canonicorum Regularium* olim Collegium, à Godefrido Ultraiectino Epiſcopo circa ann. 1129. Præmonſtratenſibus datum. Myr. in Elench. *Ord. Præmonſtr. fol.* 230. *& in Chron. fol.* 701.

301 15 *Schyrenſe* Monaſterium prius *Cella Eremitica* ab Ottone Comite Schyrenſi excitata, & Eccleſiola, pôſt *Benedictinorum* habitaculum. Myr. *in Chron. Ord. S. Benedict. c.* 67. *pag. mihi.* 280.

16. *Præpoſitura* in Selden, prius habuit Ordinis *Cluniacenſis* Monachos,

chos, deinde incorporata fuit Monaſterio S. Petri, Ordinis *S. Benedicti* in Sylva Hercinià.

17. *Soretum* vulgo Schuſſenrietum Diœceſis Conſtantienſis Præpoſitura, olim fuit *Eremitarum* ex Alba ſeu Augia Minore, poſtea *Præmonſtratenſium*. Myr. *in Chron. Præmonſt. fol.* 158. 303

18. *S. Vedaſti* Abbatia in urbe Atrebatenſi apud Belgas prius Cella *Anachoretica*. Myr. *c.* 5. *Chron. Ord. S. Bened.* 304

19. *S. Vdalrici* Monaſterium in urbe Auguſtana, prius *Canonicorum Regularium*, à S. Udalrico poſt cæſos illic ab Imp. Ottone M. Hunnos Anno Dom. 965. inſtitutorum, quibus à Brunone Epiſcopo Henrici II. Imperatoris Germano fratre ejectis ſubſtituti fuêre *Benedictini* Anno 1012. Myr. *in Chron. Ord. S. Bened. c.* 59. Bruſch. *fol.* 136. 305

20. *Walderbach* olim Canonicorum Regularium, poſt amotis Canonicis regularibus Ordini Ciſtercienſi traditum. Andreas Presbyter *in Chron. Bavar. in Monaſterio Waldſachſen*. 1143. 306

Has & ſimiles Monaſteriorum ab Eremitis, Hieronymianis, Auguſtinianis, Baſilianis, Guilielmitis, Canonicis Regularibus ad Benedictinum Ordinem Translationes, vel defendit *Iuſtas* F. Romanus, vel concedit *iniuſtas*: ſi *iniuſtas* concedit, ſuum ipſe Ordinem graviſſima iniuriæ macula aſpergit, ſi *iuſtas* defendit, ubi jam jus naturale, gentium & divinum, quod ejuſmodi translationibus lædi affirmabat F. Romanus? ubi ultimæ voluntates Fundatorum, quas ex ipſius F. Romani doctrina, ſine graviſſima & maximè neceſſaria cauſa mutare non licet? An in orbe terrarum, tunc non ſupererant Hieronymiani, Auguſtiniani? Viden F. Romane, quomodo tuo ipſus laqueo captus tenearis. 307 *Concluditur contra F. Romanum.*

Porrigis an victas ad tua vincla manus?

Eodem modo & ſtatus Regni Hungariæ Catholici contra Hæreticos pro Societate noſtra fuerunt argumentati, *ut ex eorundem libello ſupplici tractatu* 3. *c.* 2. *ſect.* 3. allato conſtabit. 308

F. Roman. *allegat.* 142. dicit, *Monaſterium Andecenſe in Bavaria olim fuiſſe Canonicorum ſecularium ſe non dubitare, docereque me ex Aventino* fol. 155. *quo tamen loco, ne ſemel fiat mentio illius Monaſterij, quantumvis duas editiones inſpexerit.* 309 *Contraria F. Romani Commenta.*

Deinde paradox. 12. horti n. 26. *idipſum quod de translatione Eccleſiarum ſecularium Clericorum ad Regulares dixerit, etiam de* 4. *cellis Eremiticis in eodem Catalogo meo deſcriptis & in Monaſteria converſis dicendum eſſe. Nam tales Eccleſiolæ non ſunt Regulares, ſed ſeculares; cum ipſi Eremitæ, nulla vota ſolemnia ſub approbata regula ſupponantur emiſiſſe. Eſto fuerint Clerici, aut votis ſimplicibus alligati. Adeoque in his (octodecim) translationibus peccetur, quod in iis, etiam interveniente cauſa*

I   *factis*

*factis dixerim , ipſo Authore opus fuiſſe abſoluta plenitudine Pontificia poteſta-
tis.*

310 *Allegat.* 476. 477. dicit , *quod bis vel ter hoc loco pedibus incautis in erro-
rem labar, quando in* Catalogo *Eccleſiarum pro ſæcularibus aut Religioſis fundata-
rum , & ad alterius Ord. Regulares translatarum , inter cæteras computo Præpo-
ſituram in* Selden , & *Monaſterium* Sorethanum , &c. *qui ſcire debeam,
Ordinem Cluniacenſem , non eſſe diverſum ab Ordine ſeu Regula S. Benedicti ſed eſſe
ipſius partem integrantem , unde prædicta Præpoſitura Seldenſis , licet à Clunia-
cenſibus translata fuerit ad Monaſterium S. Petri in Hercynia Sylva , Suevica* Con-
gregationis ; non fuit tamen translata ab uno Ordine ad alium : Monachos autem
Cluniacenſes *fuiſſe Ordinis S. Benedicti docet Bibliotheca* Cluniacenſis. Soretha-
311 na *itidem Abbatia* (*Patria* F. Romani) *nunquam fuit Eremitarum ex Alba ſeu
Augia minore, non enim dantur Eremitæ Ordinis Præmonſtratenſis , ſed Præpoſi-
tus Augiæ minoris ejuſdem Ordinis , transmiſſis Sorethum primis Religioſis , Pater
domus Monaſterij Sorethani nominari meruit , ut in eodem Ordine moris eſt ; &
fundatio prima , facta fuit pro Religioſis Præmonſtratenſibus immediatè ; ut My-*
“ *ræus , mihi contrarius , expreſſe ſcribit , his verbis:* Sorethum vulgò Schuſ-
“ ſentrietum à Schuſſio præterfluente fluvio ſic dictum, apud Suevos in Diœ-
“ ceſi Conſtantienſi apud Alendorffum arcem Baronum à Kunigſegg
“ ſitum, ex Arce in Monaſterium Præmonſtratenſe convertitur, anno 1188.
“ à Bertingero & Conrado Baronibus à Schuſſenriet , quorum *Prior Mo-*
“ *nachos* ibidem , ut vocant, converſus factus eſt. Primos huc Monachos
“ ex Alba ſeu minore Augia miſit Ulricus à Thamen , Præpoſitus Augien-
ſis IV. Bruſch. *lib. cit.* Hæc Myr. *qui de Eremitis & de translatione ab eiſ-
dem ad Præmonſtratenſes (ut ipſi ego dicor imponere) ne ſomniavit quidem. Ad quater-
nionem* 68 *fac. 1. lin.* 29.

312 *Mihi ut omnem ſcrupulum eximat , placet illi huc ex Archivo Monaſterij, ipſam
fundationem, ejuſque cauſam & modum inſerere , quæ ſic habet.* Regnante Do-
“ mino Friderico Imperatore erant duo Fratres milites , nobiles & liberæ
“ conditionis , Beringerus & Conradus, ipſi Imperatori ſatis accepti, &
“ alijs Magnatibus terræ , qui habebant reſidentiam in Caſtro Schuſſen-
“ rieth. Qui cum non haberent hæredes filios aut filias, divina inſpiran-
“ te gratia , placuit eis , ut in eodem loco , ubi *Caſtrum* eorum erat,
“ fundarent *Clauſtrum* alicuius Ordinis , ad honorem Dei Omnipoten-
“ tis , & S. Mariæ Glorioſæ ſemperque Virginis , Sanctique Magni Con-
“ feſſoris , qui erat Patronus in Parochiali Eccleſia , quæ erat extra Ca-
“ ſtrum , & omnia prædia ſua conferrent illi Clauſtro ; ipſum Chriſtum
“ faciendo ſibi Hæredem. His ita diu inter ſe pertractatis , acceſſerunt
ad

ad Augienſem Eccleſiam, cui tunc præfuit Vlricus Præpoſitus de Tanne & rogaverunt eundem, & totum Conventum ibidem, ut more Paternitatis, ſecundum ſtatuta *Ordinis* eorum *Pramonſtratenſis*, mitterent Præpoſitum & alias perſonas cum ipſo, qui ad hoc eſſent idonei, ut Clauſtrum fundarent in Schuſſenrieth, & ædificarent, ſecundum quod ſcirent Ordini expedire. Conſilio vero ſuper hoc habito, à Præpoſito & Conventu, miſſus eſt quidam Fridericus nomine, Præpoſitus, & alij ſecum ad hoc idonei, Anno ab Incarnatione Domini 1187. Cum autem veniſſent ad locum, data ſunt omnia in poteſtatem eorum, tam prædia longè ab eis remota, quàm prope adjacentia, Tunc cœperunt fundare *Cœnobium* & ædificare. Prædicti vero Fundatores, futuris malis præcaventes, quicquid novellæ plantationi expedire ſciebant, toto mentis affectu ſtudebant promovere. Igitur cum eſſent in præſentia Domini Friderici Imperatoris, manifeſtato coram eo, & multis aliis, omni propoſito ſuo, circa fundationem Cœnobij ſui in Schuſſenriedt, dederunt idem clauſtrum, omneſque poſſeſſiones ſibi attinentes, in poteſtatem Domini Imperatoris ut ſemper in ſua protectione Imperatoria permaneret; ne forte hæredes eorum aliquid ſibi juris poſt mortem eorum in ipſis uſurparent. Hæc ibi. &c.

Quod autem Bruſchius Canonicos Præmonſtratenſes nominat Monachos, vel indulgendum homini hæretico, vel cum Sale, in largo ſenſu accipiendum eſt, prout omnes Regulares quandoque in jure Canonico ſub Monachorum nomine comprehenduntur. Verum F. Romanus ubique quærit diverticula, ut cauſam principalem declinare poſſit. 313

Quod ſpectat ad Monaſterium *Andecenſe*, quin illud olim fuerit Canonicorum ſæcularium, dubitare non poterit, cum illud ex Myræo *in Chronico S. Benedicti c. 91. à me allegato* ignorare non poſſet; atque ex ipſo etiam videre, quod Aventinus idem tradidiſſet, licet pro diverſis editionibus diverſa folia deſignentur. Ne igitur ullam amplius cavillandi occaſionem habeat F. Romanus, ſciat *ipſum lib. 7. Annal. Boior. ad ann.* 1438. *ex editione Baſileenſi, Anni* 1615. *fol.* 508. *ex editione Ingolſtadienſi, an.* 1554. *fol* 826. tradidiſſe. Quin idem ex Hundio *tom. 2. Metrop. fol. 93. in Andechs* poterat videre, ut proinde nullus de eo locus eſſe poſſet ambigendi. 314 *Dicutium: tur.*

Quod *paradox. 12. horti. n. 26.* de 4. Cellis Eremitarum tradit, quaſi *Eremitæ illi non fuerint verè Religioſi, eo quod ſub nulla certa approbata Regula Profeſſionem ſuam emiſiſſent*, verè paradoxum eſt; Nam in Eccleſia Latina, ut Religioſi ſub certa aliqua regula vota emitterent, prius in *Concilio Romano* ſub Innocentio II. *c. 26. & 27. relato in c. perniciosam* 18. *q.* 2. conſtitutum eſt, circa annum *Domini* 1137. Eremitæ verò, de quibus 315

agimus, longè ante illam Conſtitutionem vixerunt, vitam Religioſam profeſſi.

316 Nam ita de *S. Altonis Monaſterio* teſtatur Hundius *tom. 2. Metrop. pag. 81.*
“ Prima fundatio, *inquiens*, eſt dotatio loci & Monaſterij *Alto Mü'ſter*, ut ha-
“ bent monumenta vetera illius Monaſterij, eſt facta per Chriſtianiſſimum
“ Regem Franciæ Pipinum, qui circa annum Domini 750. magnam partem
“ Sylvæ dono dedit *S. Althoni Scoto*, qui tunc temporis in iſto loco circa fon-
“ tem ut peregrinus & Eremita Deo ſervivit, cuius induſtria & labore magna
“ pars Sylvæ extirpata, & circa fontem Eccleſia fabricata, & tandem ex Chri-
“ ſti fidelium oblatione IN MONASTERIVM RELIGIOSORVM FRA-
“ TRVM excrevit, quorum S. Altho primus Pater & Abbas extitit clarus mi-
“ raculis in vita & poſt mortem, cuius Eccleſiam una cum fonte S. Bonifacius
“ Epiſcopus Moguntinus Martyr conſecravit.
“ Sed ſucceſſivis temporibus malitia temporum & aliquorum tyran-
“ nide ac violentia Monaſterium hoc in ſingulis ſuis poſſeſſionibus ſpolia-
“ tur, totumque deſolatum & collapſum relinquitur, uſque ad tempora
317 “ *Guelphonis* Bavariæ Ducis, ſub quo facta eſt *ſecunda fundatio* & dotatio
Mutatio Mona-ſterij.
“ huius Monaſterij, qui inſtituit ibi *Abbatiam Ordinis S. Benedicti*, magnificè
“ eam dotans. Cuius poſteri rurſus mutarunt, transferentes Monachos
“ ex Alto Münſter in Cænobium ſuum *Altorfenſe*, quod Weingarten di-
“ citur, ac *Moniales* Ordinis *S. Benedicti*, quæ ibidem commorabantur, tra-
“ duxerunt in locum *iſtum* S. Althonis, quod ſcilicet, hic Monialibus, al-
“ ter verò Monachis acceptior eſſet. Quæ tranſlatio facta eſt circa Ann.
“ Domini 1047. alias 50. Et prima Abbatiſſa *Hiltrudis* nomine, inveſti-
“ turam accepit. Claruit hoc Monaſterium *ſub Ordine S. Benedicti* uſque
“ ad ann. Domini 1487. Quo Georgius Com. Palatinus Rheni, Dux Ba-
“ variæ locum iſtum tunc iterum malitia temporum & negligentia aliquo-
318 “ rum ferè deſolatum, collapſum, ubique ruinoſum, boniſque tempora-
Alia eiuſdem Monaſterij mutatio.
“ libus multis alienatis, diſtractis & perditis deſtitutum reformare & reſtau-
“ rare curavit. Et Monaſterium hoc *Ordini S. Salvatoris, alias S. Brigithæ*, ac-
“ cedente conſenſu Summi Pontificis & Ordinarij applicavit, & quaſi *ter-*
“ *tium inſtauratorem & fundatorem* præſtitit &c. Hæc Hund.

319 “ *Mariæ Cellam* in nemore Caſtro Prenberg vicino ad pedem montis Schoploch Hund. *Schoſloch* Nicolaus Regis Bohemiæ Cancellarius, poſtea An. 1313. Ratiſponenſis Eccleſiæ Antiſtes *duobus Eremitis* nempe *Godefrido & Alberto*, propter humilem eorũ devotionem, atq; Reimari de Preuberg nobilis Viri interceſſionem pro plurium receſſu & Oratorio ibidẽ exercẽdo cõceſſit, poſtea à Friderico Epiſcopo Ratiſponenſi Nicolai ſucceſſore 1351. in Monaſterium atque Abbatiam *Ordinis S. Benedicti* eſt erecta, ut Author eſt

Hund. tom. 2. dicis Prensberg.

Andreas

Andreas *Presbyter in Monaſterijs Bavariæ* In Monaſterio vnſer Frawen Zell/qui
vixit ante 200.circiter annos. Hund.*tom.2. Metropol.pag.*467. eadem habet.
Addit tamen ex Annalibus Aventini *lib.6 fol.*790.tum ex ipſis Originalibus
documentis, quod in loco illo Scoffloch Boariæ Aquilonaris contermino 320
Bohemiæ in Hercinio ſaltu proximo Preuburgo Romari Arcis Dynaſtæ
conſenſu ac ope Mariæ; Cellam auſpicati ſint converſi Religioſi Godfridus
pulcher Godfridi piſtoris Strubingenſis filius & Albertus quondam Henrici
Tuntzlinger filius in Stauff tanquam *Anachoretæ* ſub obedientia Epiſcopi
& Profeſſione Regularis habitus & Ordinis S.Benedicti, ſub Venerabili
Abbate in Obernaltach. Ordinis S.Benedict. Verum hoc tempore *Benedi-*
ctinis ſubſtituti *Ciſtercienſes*, eſtque hodie Abbatia Ciſtercienſis. Hund.
d.loc.

Schirenſe Cænobium prius Cella Eremitica à duobus converſis Religio-
ſis nimis,& *nobilibus Ottone & Adelprechto*, ut Deo liberius vacarent, conſen- 321
tientibus Comite Hermanno de Caſtel, ejuſque conjuge Hazuga Arago-
num Regis filia una cum alijs jam eorum attractis exemplo ſunt culta, Ec-
cleſiaq; ibidem exſtructa. Hæc cum Comitiſſæ Hazugæ impetratione Fri-
ſingenſiſque Pontificis iuſſione à Polenſi Venerabili Epiſcopo Ellenhardo
M.LXXVII.anno Dominicæ Incarnationis conſecrata fuit. Mortuo Co-
mite Hermanno eadem Hatzuga cuidam Comiti Ottoni de Schiren tradi-
ta,à quo plures ſuſcepit liberos,quorum conſenſu *fratribus iſtius* loci numero
& merito in divina ſervitute multiplicatis plurima bona contulit, tandem
locum ipſum *Hirſaugienſi* Monaſterio S.Petri contradidit, unde iſtius tem-
poris Abbas Wilhelmus XII.è ſuo Monaſterio ſubmiſit Monachos, & to-
tidem Laicos, ut ibi Monaſterium excitarent. Vid.Conradi *Chron.Schi-*
renſe.

Ex hiſce notes benevole Lector,quam male F.Romanus hoſce Ana-
choretas & Eremitas ad Canonicorum ſæcularium claſſem refe- 322
rat.

Quod ſpectat ad Monaſterij *Selden* diverſos Incolas *Benedictinos & Clu-* 323
niacenſes, Vtrum Ordinibus differant,ex profeſſo egi in tract.4.*lib.1.cap.*8.§.
5.ubi error F.Romani detegitur & emendatur.

Soretana Abbatia ſeu *Schuſſenrietbunum* Monaſterium F. Romani 324
noſtri patria quidem ab initio *Præmonſtratenſibus* datum,ſed primum dunta-
xat fuit *præpoſitura*, poſtea in Monaſterium erectum, Monachi primi ex Au-
gia minore fuêre evocati, ubi id temporis *Præmonſtratenſis* Ordinis fratres
commorabantur,licet,hoc initio fuerit ab Eremitis inſeſſû, quod tantum
volui inſinuare. Quod verò *Præmonſtratenſes etiam Monachi appellentur*,non ea 325
Nomenclatio ab *hæretico* homine Bruſchio profecta, ſed ab *Apoſtolica* au-
thoritate fuit vſurpata. Ita enim Clemens Papa VIII. *in Conſtit. Romanus*
Pon-

Præmonſtratenſes an Monachi appellentur.

Digitized by Google

Pontifex. Dat. Romæ, 20 *Septemb.* 1593. *Pontificatus ipſius anno* 2. qua privilegia
Præmonſtratenſis Ordinis, quæ decretis Concilij Tridentini non adver-
ſantur, & ſunt in uſu, approbantur & confirmantur, fitque extenſio de una
domo ad alias, atque eidem Præmonſtratenſi Ordini privilegia, facultates
& Indulta Congregationis Regularis Obſervantiæ & S. Bernardi Ordinis
Ciſtercienſis, quæcunque & qualiacunque ſint, per modum extenſionis
communicantur. In hac conſtitutione inter alia ita reſcribit Pontifex: *Sane*
NB. *dilecti Filij provincialis Abbates, Conventus & Monachi Ordinis Præmonſtratenſis
Provinciæ Regnorum Hiſpaniæ, nobis nuper exponi fecerunt. &c.* Num tibi F. Roma-
ne hic Pontifex Clemens VIII. erit hæreticus quod Præmonſtratenſes vo-
cet Monachos? Annon habitus Monachalis Nortbertinorum nimirum Tu-
nica, Capucium, Scapulare, Zona ac cappa Monachum deſignant, quẽ ha-
bitum Servatius Lairveltz Abbas Præmonſtratenſis in *Catechiſ. Novit. tract.
de habitu, lectione* 62. explicat, atque *à lectione* 57. *uſque ad* 61. Novitios ſui Or-
NB. dinis inſtruit, quid in *habitu ſuō Monaſtico* meminiſſe, quanta in reverentia
eum habere nec inhonorare, quo modo priorem habitum mutare atque
NB. *hunc Monaſticum* induere debeant. Locus ipſe, in quo Præmonſtratenſes ha-
bitant Monaſterium appellatur, tum profeſſio *Regulæ Monachalis* annon ip-
326 ſos Monachorum numero aſcribit? Optat tamen Laurentius Landmeter
SS. Theol. L. *Ordinis Præmonſtratenſis in Tractatu ſuo de vetere Clerico Monacho.
lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 1. ut Nortbertini nunquam Monachi vocentur, ſed cum ad-
dito Clerico-Monachi, quo ſignificetur principaliori inſtituto Clericos eſ-
ſe, ob vitandam confuſionẽ, quæ hodie magna eſt in hiſtorijs etiam veteri-
bus ex iſto fonte, Ego quod ad me attinet, lubens illius voto annuo. Per
me igitur Clerico Monachi vocari poterunt Præmonſtratenſes.

Sed hæc & ſimilia, de quibus ſupra, oſtendunt, ea non ex Pharetra F.
327 Romani, ſed Præmonſtratenſium deſumpta eſſe, qui etiam in proceſſu
compulſorio litteras Apoſtolicas Vnionis Beſelicenſis ex eo volebant ſub- &
obreptionis arguere, quod in ijs mentio fieret *Abbatiſſæ*, cum ipſi non *Abba-
tiſſam*, ſed *Magiſtram* agnoſcerent, quos tamen ego ex varijs Apoſtolicis atque
ipſiuſmet R.mi Generalis Goſſetij Ordinis Præmonſtratenſium *litteris Sta-
tutorum ſuorum libello* præmiſſis erroris redargui, ut videre licet *in inſtrumento
allegationum tract.* 1. cap. 5. allato.

Magiſtræ in Ordine Præmonſtratenſi etiam Abbatiſſæ vocantur.

Quod verò non tantum tranſitu Religioſorum ad familiam aliam
328 alterius Ordinis, neque etiam ſola Pontificis ſed etiam Epiſcoporum au-
ctoritate Monaſteria deſtituta aut deſolata fuerint translata, patet ex Mo-
naſterijs *Backeroda Dernburg*, ſupra recenſitis, tum ex translatione Mona-
329 ſterij *Conradsburg* de quo Paulus Langius in *Chron. Cizicenſi* (*pag. mihi.* 791.)
„ ſcribit; *Conradsburg* Nobile & Celeberrimum Monaſterium Ordinis S. Be-
„ nedicti in monte iuxta Hartonem ſitum non longe ab Aſchania noſtra me-
„ moria (circa ann. 1500.) levi ex cauſa funditus deperijt, quod vetuſtate &
inha-

inhabitantium incuria & negligentia vel potius inſolentia collapſum & de-
pauperatum, adeo quidem, ut vix quotidianum Fratres habere victum po-
tuerint. Quamobrem egeſtate compulſi à vicinioribus Abbatibus auxilium
& conſilium implorabant, reformari geſtientes. At Abbates inglorij & mi-
ſelli, quæ ſua ſunt quærentes, nihil ſuper contritione Joſeph doluêre, reſtau-
rationem ac reformationem ejus loci omnino poſtponentes. Hinc qui ſu-
pererant Monachi pauculi egeſtate & inedia preſſi clauſtrum relinquen-
tes abierunt. Verum Patres *Carthuſiani* loci ſitum & amœnitatem conſide-
rantes DIOECESANI ASSENSU Ordinem ſuum introduxerunt, locum aſ-
ſumētes, ſparſa recolligere, & ſingula providè & prudenter diſponere cura-
verūt, arantes & ſeminātes, lapſa & ruinoſa inſtaurantes, cuncta pene inno-
vando, euſq; ut in brevi multis bonis Dei benedictione abūdare cœperint.

Qui ibidem addit non mirum, ſi forſan in memoratis Monaſterijs 330
Ordo mutatus fuerit, cum & regna cum tempore mutentur, & transferantur
de gente in gentem. Hinc ille dixit Poëta:

Tempora mutantur, & res mutantur in illis.

Ubi equidem complura Cœnobia, ubi in primis fuerant Moniales,
nunc ibi poſitos eſſe *Monachos*, & ubi quondam habitaverant *Regulares Ca-
nonici*, nunc ibi eſſe *Cruciferos*. Et ita de alijs Ordinibus dici poteſt & æſtimari.
Hactenus ipſe.

Deinde quod *Epiſcopus* deſtituta Monaſteria alijs alterius Ordinis Re-
ligioſis dederit, oſtenditur ex eo, quod *Otto* Friſingenſis Epiſcopus Mona- 331
ſterium *Scheſſlarn* à ſcapha nuncupatum olim Teſſalonis Ducis Bavariæ o-
pe ab Vlrico Sacerdote equeſtris Ordinis ſupra Monachium in ripa Iſaræ
D. Dionyſio dedicatum & Monachis S. Benedicti donatum, ex Aventin.
lib. 3. Annal. Bavariæ fol. 303. *ſecundum edit. Ingolſtad. Anni* 1554. poſtea collap-
ſum *Premonſtratenſibus* tradidit Anno Dom. Incarn. 1140. Diploma Ottonis
Epiſcopi Friſingenſis ita incipit: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto
ego Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus, qualicunque miſericordia Domini favente vobis
Epiſcopatus noſtra diruta inſtaurare, Religionis Seminaria plantare, plantata rigare,
Præpoſituram Scheflarn cum univerſis, quæ à Prædeceſſorum noſtrorum largitate vel
Comprovincialium liberalitate conquiſita ſunt &c. Fratribus ſecundum Regulam D.
Auguſtini & conſuetudinem Premonſtratenſium Fratrum Deo ibidem ſervientibus
contradidimus &c. Volentes autem Fratrum eorundem juſtæ petitioni aurem ac-
commodare, Fratres ibi Profeſſos, ne diſcedant, diſcedentes ut nullus ſuſcipiat,
anathematis vinculo volumus confirmare.* Vid. Hund. *tom. 3. Metrop. pag.*
290. 291. 292. Ita *Beurenſe* Monaſterium vulgo *Michelsbeurn* dictum tem- 332
pore S. Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini, à Landfrido, Waldramo,
Eslandro Comitibus ab Antorff & Loyſa, inter alia pro Monachis S.
Benedictini fundatum cum per Hungaros Anno 973. devaſtaretur, per
Richolphum Præſulem ſub Ottone II. Imperatore, & S. Vlrico
Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopo Auguſtano refectum & datum *Monachis Auguſtinianis*, ac poſtmodum per Henricum III. Imperatorem idem illud Monaſterium, *rejectis Auguſtinianis* reſtitutum eſt *Benedictinis.* Hund. *tom.* 2. *Metrop. pag.* 139. 149. *& pag.* 279. *in fin.*

Quin etiam *S. Engelbertus* Archiepiſcopus Colonienſis diſſolutum *por-*
333 *cetanum* Monaſterium, eo quod religioſa ibi exularet diſciplina, ejectis Monachis, Virginibus Ciſtercienſis Ordinis ex monte *Salvatoris* evocatis approbante Sede Apoſtolica tradidit, ut author eſt Beckius *in Aquiſgrano cap.* 11.

Idem Franciſcanis ex *Monaſterio B. Mariæ Virginis in Sein,* à Mechtilde
334 Comitiſſa in Scina fundato, vulgo in Sion appellato, ad Vmbilicum Vrbis Colonienſis translatis ſubſtituit *Ordinis Ciſtercienſis Moniales*, quibus tandem Moniales *Brigittanæ Ordinis* S. Salvatoris fuêre ſurrogatæ. Videatur Gelenius *in annot. lib.* 1. *Cæſarei Heiſterbacenſis de vita S. Engelberti cap.* 6. *&* 7. *§. cum veniſſent Coloniam pag.* 108. *& c.* 9. *§. religioſos. pag.* 118.

Vid. Chry. in Chron. Ciſterc.

Tum Anno 1476. hic reſidens in Vrbe hac Colonienſi *Monaſterium ad*
335 *Piſcinam* zum Weyer (unde etiamnum porta Civitatis die Weyerpforte vocatur) tempore obſidionis Noveſienſis deſtructum, ad S. Cæciliam träslatum eſt atq; aliud, quod fuit ad SS. Martyres *Ord. Ciſtercienſis* extra muros corruptè zum Mechtern appellatum, ad Recluſorium *S. Apri*, Virginibus Tertiarijs S. Franciſci, inde ad D. Bonifacij Sacellum diſtrictus S. Severini translatis, *Alexander* Epiſcopus *Forlivienſis Nuncius* Apoſtolicus cum poteſtate Legati de Latere transtulit, ut videre eſt, partim apud Gelen. *lib.* 3. *Cæſar. Heiſterbac. in vita S. Engelberti c.* 3. *in annotat.* § . *prope Coloniam* partim & quidem vel *maximè ex litteris translationum, mecum communitatis &c.*

336 Cõplura eam in rem afferri poſſent exẽpla, quibus non abſoluta Pontificis poteſtate, ſed eiuſdem Legatorũ à Latere vel Miſſorum cũ poteſtate Legati de latere, Epiſcopotũ authoritate Ordinaria demonſtrarentur eſſe alijs uſibus Eccleſiaſticis applicata Monaſteria, ſed quia paſſim ea ſunt obvia, ideo ijs recenſendis hic ſuperſedeo ſaltẽ ex deductis patet, quod nemo ejuſmodi aſ-
337 ſociationes Monaſteriorum Conventu deſtitutorum Ordinaria poteſtate factas injuſtitiæ ullatenus redarguere, ipſoſque Legatos de Latere aut Miſſos, tum Epiſcopos tranſgreſſionis & violationis Sacrorum Canonum inſimulare, nedum redarguere poſſit. Annon alij eiuſdem Ordinis Religioſi alienigenæ ſupererant, quibus non vocatis Monaſteria deſtituta fuere in alios alterius Ordinis Religioſos translata. Vt proinde F. Romanum cum ſuis allegationibus à veritate alienis domum remittam, lectioni ſcripturarum ſacrarum & Thomæ de Kempis de cætero diligentius invigilaturum. &c.

§. XXII.

Digitized by Google

§. XXII.

De Concordatis, quâ occaſione, cum & de quibus ea ſint inita.

Hactenus de fundatione fuit actum, nunc de Concordatis Germaniæ, Utrum ex ijs aliquid pro F. Romano poſſit afferri, videndum eſt.

Principio autem ex hiſtorijs notandum eſt, quod de Concordatis cum 338.
Natione Germanica ineundis tempore Eugenij Papæ IV. agi ceptum
ſit, quando Nationis Germanicæ Principes cum Concilio Baſileenſi, quod
Pontifex ſua auctoritate diſſolverat, faciebant. Hos igitur, ut à Concilio illo
Pontifex abſtraheret, miſit Thomam Epiſcopum Bononienſem, poſtea
Summum Pontificem *Nicolaum* V. dictum, Ioannem Catvaiales Doctorem
Iuris, poſt S.R.E. Cardinalem S. Angeli, & Nicolaum Cuſanum Theologum, poſt ſimiliter S.R.E. Cardinalem Anno 1446. in Germaniam, ut cum ijſdem Principibus ea de cauſa tractarent. Tractarunt ij quidem, Francofurti Anno 1446. cum Imperatoris Friderici Auſtriaci Legatis Alberto Marchione Brandeburgenſi, Petro Auguſtino, & Sylveſtro Chiemenſi Epiſcopis, & Caſparo Schlick Cancellario, nec non cũ Electoribus Theodorico Moguntino, Theodorico Colonienſi, Iacobo Trevirenſi Archiepiſcopis, Ludovico Comite Palatino, Iacobo Marchione Badenſi. Oratoribus Friderici Ducis Saxoniæ & Friderici Marchionis Brandeburgici in Marchia Brandeburgica Reſidentis, Friderico Magdeburgenſi, Friderico
Saliſburgenſi, Gerardo Bremenſi Archi-Epiſcopis, Ioanne Merſpurgenſi, 339
Petro Naumburgenſi Epiſcopis & Deputatis à Concilio Baſilienſi, Ludouico Arulatenſi, alijſque nonnullis Doctoribus præſente Ænea Piccolomineo aliàs Sylvio nuncupato, Friderici Romanorum Regis Secretario, poſteà S. R. E. Cardinali, demum Pontifici Pio II. dicto, ſed varia ab illis fuerant poſtulata, ex quibus quatuor recepit Æneas Sylvius & laboratum ut Principibus in ijs ſatisfieret. *Primum* erat, ut Generale Concilium menſe Maio anni ſequentis 1447. in uno ſex Germaniæ nominatorum locorum per Pontificem deſignando convocaretur. *Alterum*, ut profeſſio poteſtatis, authoritatis &c. Generalium Conciliorum militantem Eccleſiam repræſentantium per Oratores Apoſtolicos facta, literis Apoſtolicis approbaturi. *Tertium* ut Nationi Germanicæ ſuper prætenſis gravaminibus, nempe ſuper reſervatione & collatione Eccleſiarum & beneficiorum Eccleſiaſticorum oportunè provideretur. *Quartum* & ultimum, ut quæ in præiudicium duorum Principum Electorum Colonienſis & Trevirenſis, vel ſuarum Eccleſiarum acta eſſent, ex ſuæ Sanctitatis Clementia revocarentur, & in priſtinum ſtatum reponerentur. Interim Nuntius Apoſtolicus certa cum ſupra nominatis Friderici Romanorum Regis Legatis, Theodorico Moguntino Archi-Epiſcopo, Friderico Marchione Brandeburgico Electoribus & alijs quibuſdam Prælatis ac Principibus Nationis Germanicæ,

nim. Ioanne Merſburgenſi, Petro Naumburgenſi Epiſcopis Concordata inijt à Pontifice Eugenio IV. quamprimum approbanda, atque in proximis Comitijs Notinbergenſibus *Dominica* Lætare habendis Anno 1447. publi-

340. canda. Hoc peracto tractatu Nu[n]cius Apoſtolicus Romam reverſus, mox creatus Cardinalis, obtinuit, ut duo præfati Archi-Epiſcopi à cenſuris abſoluti, ſuis Sedibus reſtituerentur, collationeſque & diſpoſitiones Eccleſiarum à d. Concilio factæ approbarentur, tum & Concordatorum urſit Confirmationem, quam & Pōtifex Eugenius IV. impertijt, ac *conſtitutione ſua 29. Inter cætera deſideria cordis noſtri, dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo, Quadringenteſimo, quadrageſimo ſeptimo, 7. Idus Februarij, Pontificatus ipſius Anno decimo ſexto* paulò ante obitum ſuum ratificavit, at ipſomet in Feſto Cathedræ S. Petri, nim. 8. Kal. Martij, ſeu 22. Febr non vero (ut Cherubinus tradit *in Bullario ad Conſtit. Eugenij IV.*) 7. *Kal.* Martij, *id eſt*, 23. Februa-

341. rij eiuſdem An. 1447. defuncto Nicolaus V. ſucceſſor miſſo in Germaniam Ioanne Cardinale, S. Angeli ad S. R. I. Proceres Aſchaffenburgi congregatos, ea ſimpliciter prius, poſtea tamen certo modo, prout ex allegata per Henricū Caniſium & Cherubinum eiuſdem Nicolai V. *Conſtitutione, Ad Sacram Petri Sedem. dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ*, 1447. (*iuxta ſtylum Curiæ, alias* 1448 *à Nativitate Chriſti*) *Kal. April. Pontificatus ipſius Anno 2. videre eſt*, confirmavit. In quæ non conſenſerunt, quotquot non cum Eugenio Papa IV. & Friderico III. Imp. fecerunt, ſed Concilio Baſileenſi deinceps adhæſerunt, quos inter & Bavari Duces ab hiſtoricis numerantur, alijque non pauci è Germania Proceres. Videātur Bzovius *annal tom. 16. & tom. 17 ad ann.* 1446. 1447. *&c.* Cochlæus *in Hiſtoria Huſſitarum lib. 6.* Andreas Presbyter eiuſque Continuator *in Chronicis Bavariæ*, Æneas Sylvius *de Europæ ſtatu ſub Friderico* III. *Imp. c.* 54. Platin. *in vit. Pontif. Eugenij* IV. *& Nicolai V. S. Antoninus 3. part. Chron. tit. 22. cap. 12. in princ. &* §. 3.

His ſuppoſitis diſpiciamus, utrum ex allegatis Concordatis Germaniæ aliquid pro F. Romano proferatur, quod concludat.

342. Inprimis ad omnia ipſius F. Romani argumenta exinde petita reſpondi, Ea nihil ad rem facere. Siquidē Concordata loquuntur de Monaſterijs, quæ Conventū habent, ut ſæpius ex deciſ. Rotæ Rom. 9. *n.* 7. *& 9. apud Tamburin. Tom.* 3. *de iur. Abbat.* inculcatū eſt, & verba ipſa Concordatorū requirunt. Nos autē de Monaſterijs, quæ Conventum nō habent, agimus; ideo prorſus in alienis terminis verſamur. Nihilominus ut hæc omnium oculis pateāt, ideo repeto reſponſiones meas, ad F. Romani argumenta præterea datas.

343. Et quidē ad *Confirmationem* ſupra *cap.* 1. §. 12. allatā: nimirum quod ex Cō-

Arg. F. Romani. cordatis Germaniæ, qui ſunt *viri idonei* ad gubernationē Monaſteriorū, ſint aſſumendi. Atqui Monachi eiuſdē Ordinis ſint viri idonei. Ergo illi ad guber-

℞. nationem Monaſteriorum ſint aſſumendi.

344. *Reſpondi, Maiorem* illam diſtinguendo; qui ſunt *viri idonei*, aſſumendi ſunt

ad

Google

ad gubernationem Monaſteriorum, quæ actu Conventum habent, *Concedendo*; quæ Conventum actu non habent, *negando*: quia eiuſmodi Monaſteria etiam minori 14. annorũ conferri poſſunt, Rot. Rom. *deciſ.* 9. *n.* 7. *apud Tambur. d. Tom.* 3. *de iure Abbat.* ex Vitalin. in *Clem.* 1 § *cæterũ.* 11. *in ſeqq. de ſtatu Regular.* Frederic. *conſ.* 49. *n.* 12. *& alijs.*

Deinde ad *Minorem* Reſpondeo, ſimpliciter negando, quod Monachi alienigenæ ſint viri *idonei* ad gubernationem Monaſterij huius loci, ſive illud Originariorum vel incolarum Conventum habeat, ſive non. Ratio eſt, quia ſi Convẽtum haberet, iſti alienigenæ non niſi *in defectum* idoneorum admitterentur, quemadmodum F. Romanus ex perverſo intellectu *c. inter quatuor. de relig. dom. & c. relatum. ne cleric. vel mon.* varijs in locis aſſumit, & alioquin ipſe fatetur. Aſt qui in defectũ aliorum vocãtur, illi ſunt minus idonei, Didac. De Spino, *in ſpec. Teſtam. glo.* 3. *princ. n.* 36. Sin verò conventum non haberet, iſtic non adeſſent, qui gubernarentur, uti in noſtro caſu accidit. Adhæc in Concordatis Germaniæ generatim tantum traditur, *viris idoneis* conferenda eſſe beneficia: quinam vero præcisè ſint viri iſti idonei, non ſpeciatim determinatur, ut ipſemet F. Romanus *q.* 1. *Aſtri n.* 5. §. *Ex quibus. q.* 7. *n.* 22. agnoſcit. Quorſum etenim ipſe laboraret explicare & perſuadere, quinam ſint viri idonei, ſi illi in Concordatis Germaniæ expreſſe fuiſſent determinati? 345. 346.

Deinde in d. Concordatis non definitur, quod quando Monaſterium Conventu caret, quod alienigenæ vel exteri eiuſdem Ordinis Religioſi ad illud ſint habiles; alij verò alterius Ordinis Religioſi à Superioribus iudicati utiles, ſint cenſendi inhabiles; Certe ut idonei quicunque habeantur, id tum ex ipſa *rationè finali* præcipua *fundationis* æſtimabitur; *quæ eſt* honor *Dei & ſalus* animæ, Rota Rom. *deciſ.* 233. *n.* 3. *& ſeqq. part.* 1. *in Recentiſſ.* hac enim motus quis cenſetur ad diſponendum Rot. Rom. *deciſ.* 207. *n.* 2. *d. part.* 1. *in Recentiſſ.* Angel. de Peruſ. *conſ.* 124. *n.* 4. *ante med. verſ. circa quod conſidera.* Mantic. *lib.* 6. *Conect. ult. vol tit.* 14. *n.* 14. tum ex ipſo Superiorum legitimorum ad Reip. & Eccleſiæ utilitatem attendentium iudicio cenſebitur. Siquidem *finis* in omni diſpoſitione venit attendendus. Barboſ. *in tract axiom.* 99. *n.* 3. & ſuperioris magiſtratus eſt reip. & Eccleſiæ bono invigilare, ac cuique prout opus habet, diſtribuere, Act. 2. *v.* 45. 347.

Ad *Confirmationem* 2. *ſupra n.* 13. *c.* 1. propoſitam Reſpondetur. 1. in citatis Concordatorum verbis, agi de electione activa Monaſteriorum, adeoque habentium Conventum, ſeu monaſticum Collegium ſuperſtes, non verò illo carentium ut palam eſt. Igitur &c. 348.

2. Reſpondetur, poſito etiam non conceſſo, Concordata iſtic agere de Monaſterijs Conventu carentibus, quod nihilominus poſſet Pontifex iis derogare, per not. Antonij de Butr. *in c. cum M. Ferra, n.* 11. *de conſtit. ubi,* 349.

perpetua mente tenendum cenſuit, quod licet conſtitutio, privilegium &c. tranſeuntia in contractum fiant irrevocabilia; tamen intelligantur, quoad non ſubjectos; quoad ſubjectos verò poſſint, eis etiam contradicentibus revocari, ſi interveniat cauſa; Cum poſſint interveniente cauſa iure ſuo privari, per not. *de conſtit. quæ in Eccleſ. l. fin. C. ſi contra jus vel util. publ.* idque maximè verum ſit, quando cauſa obligationis à ſolo iure inducta eſt poſitivo; quia iuri à iure, ſeu Conſtitutione poſitiva inducto, poteſt jus poſitivum derogare; & ibi ait Antonius *cit. loc.* dictum illud eſſe ſingulare, Innoc. *de iniur noſtra.* Itaque ipſe intelligit dictum eiuſdem Innoc. *in c. dilectus, de temp. ord.* aſſerentis, quod Epiſcopus contra proprium ſtatutum non poſſit diſpenſare: quia id verum, niſi cauſa interveniat. *Vid.* Antonium *d. loc.* quò facit, quod princeps ſubditis concedendo venationem, cum ijſque concordando, ut ſubditi certo loco vel tempore venentur, poſſit ex cauſa publicæ utilitatis contravenire, ſubditiſque venationem inhibere. per not. Gregorij Mor. de nigro monte *Brigantini in tract. de iure venandi part. 1. cap. 2. n. 59. 60. 61.* Martin. Navarri *in Manual. Confeſſar. c. 17 n. 124.* Bartholom. Chaſſa. *in Conſuet. Burgund. Rubr. 13. §. 7. n. 3.*

350. Unde colligitur, quod princeps conſtitutioni ſuæ, quæ tranſivit in contractum ſeu pactum gratuitum, dummodo ex hoc in alium aliquem non ſit tranſlatum nec transferatur dominium; poſſit ex cauſa derogare, eo quod omnis conſtitutio, diſpoſitio intelligatur, rebus eodem modo ſe habentibus; ſin ſecus, poſſit ab illa, non tantum ipſe; ſed & ipſius ſucceſſor recedere, quando nimirum diſpoſitio ea tranſijt in eiuſmodi contractum, de quo paulo ante, & qui habeat tractum ſucceſſivum, & reſpiciat tempus futurum. *Vid.* Ioan. Baptiſt. Fragos. *part. 1. de Regim. Reip. Chriſt. lib. 1. diſp. 2. § 1 n. 114. ex Bald. conſ. 406. col. 2. vol. 5.* Cardin. *in clem. præſenti, ſub fin. de cenſibus*; quod ſi tamen inter Principem & ſubditos interveniſſet contractus oneroſus, vel etiam gratuitus, unde in ſubditos tranſlatum eſſet dominium, tunc ille à Principe invitis ſubditis revocari non poſſet; niſi aliud natura contractus inferret. per not. Card. Mantic. *tom. 2. de tac. & ambig. convention. lib. 13. tit. 4. n. 8. 9. & ſeqq. & ibi not. c 1. ubi omnes de probat. l. fundi. C. de fundo patrim. lib. 11. l. qui fundos. C. de omni agro deſert eodem lib.*

351. Atqui inpræſentiarum Conſtitutio Nicolai V. Pontificis tranſivit quidem in pactum ſeu contractum cum ſubditis initum, ſed gratuitum, ex quo in ipſos ſubditos contrahentes non eſt tranſlatum dominium, iſque habet tractum ſucceſſivum, ac reſpicit tempus futurum. Igitur ab hac Conſtitutione, quæ tranſivit in pactum gratuitum, ſeu Concordata Germaniæ, poterit ex cauſa Pontifex etiam invitis ſubditis decedere, illiſque derogare, ſed de hoc infra plenius.

352. Quin imo non obſtantibus Concordatis, Pontifex poterit Monaſterijs Conventu deſtitutis de dignioribus & utilioribus perſonis proſpicere; ex eo quod eam poteſtatem ſibi in Concordatis hiſce verbis, *niſi ex rationabili & eviden-*

evidenti cauſſa, ac de dictorum fratrum conſilio, de digniori & utiliori perſona duxerimus providendum, expreſſe reſervaverit, Chokier *in reg.* 8. *Cancell. glo.* 11. *n.* 22. *& ſeq. maxime n.* 26. adeoque Pontifex utendo hoc iure ſibi per contractum reſervato, nec ordinariis nec aliis ejuſdem ordinis, cujus erant defuncti, Religioſis; exiſtentibus & prætendentibus ullam inferret injuriam, contrà ac ſentit F. Romanus *qu. ſua* 1. *n.* 16.

Quæ autem ſint utiliores prò Seminariis regendis, & hiſce temporum circumſtantiis futuræ perſonæ, ſummi Pontificis & Epiſcoporum erit proſpicere, neque ea cura vel ſollicitudo ad F. Romanum, vel ad me ſpectat. Id ſolùm à F. Romano peto, ut S.R.E. Cardinalium Declarationibus acquieſcat, in iis invenio *Seſſ.* 23. *Concil. Trident. de reformatione. c.* 18. *ad verb. quod ſi judicio Epiſcopi, num.* 33. ita decidi; *Ante omnia in Seminariis eſt conducendus Grammaticus & Muſicus, qui pueros inſtruant, & ſi reperiantur* Jeſuitæ, *cæteris anteponendi ſunt.*

Solutioni F. Romani occurritur.

Huic loco minimè ſatisfacit F. Romanus *q.* 2. *n.* 38. reſpondendo, quod 353
qui cæteris in Seminario vult anteponi, debeat eſſe Grammaticus & Muſicus: At Monachi, utpote qui cantui vacant, ſunt optimi Muſici; non autem Societatis homines, qui ex inſtitutione propria nunquam canunt. Ergo &c.

Nam *Major* ipſius propoſitio Declarationi Cardinalium ſuper Conci- 354
lio Tridentino non congruit, ideoque negatur; ſiquidem Concilium Tridentinum non vult unum & eundem debere eſſe Grammaticum & Muſicum, ut malè aſſerit F. Romanus, ſed eos ſtatuit diverſos, ut arguit verbum pluralis numeri, *inſtruant*, quod geminat ſignificationem ſingularis. *glo. verb. omnes in l. hoc articulo ff. de hæred. inſtit.* Daoyz *in indice juris civilis*, uti hic, duos Grammaticum & Muſicum reſpiciens & determinans, *per not.* Bart. *in l. fin. C. de ſent. & interloc.* atque ita ipſimet declararunt ibidem Cardinales, *ad verba Concilij Tridentini, ut ſingula Cathedrales in §. ſi duæ Cathedrales. verſ. ſi verò non poterit erigi, in quaque erunt deputandi duo Magiſtri*, unus Garmmaticæ, alter Muſicæ, *ſumptibus ſeparatis cujuſque civitatis.* Et turſus *ad verba Concilii, ſi verò in aliqua provincia. §. in Eccleſiis, ubi adeo tenues ſunt reditus, ut huiuſmodi Seminaria erigi non poſſint, provideatur ſaltem expenſis beneficia obtinentium de duobus Magiſtris*, altero Grammaticæ, altero Muſicæ. Unde iterum liquet, Cardinales de Grammatic. & Muſico tanquam de diverſis loqui.

Adhæc in Societate etiam boni non deſunt Muſici, quin etiam Muſicam apud Societatem florere nemo inficias ibit.

Denique eſto, ſint Monachi inſignes Muſici, adhuc vult S.R.E. Cardi- 355
nalium Congregatio, illis præponendos Ieſuitas. *Si reperiantur*, inquiens, *Ieſuitæ, cæteris anteponendi ſunt.* Cæterorum verò appellatione omnes alios

contineri ſcribit M. Teren. Clemens *in l. cum optio 17. ff de opt. legat.* vel includi, ut notat Marcellus *apud Vlpianum in l. cæterorum. ff. de V. S.* Unde ſi omnibus aliis vult Congregatio Ieſuitas anteponi, etiam Monachis Muſicis eos antepoſitos volet.

Atque hoc eſt Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium de minimæ Societatis noſtræ religioſis judicium, quamvis hi nullos ea in re quærant honores, nullum commodum, ſed ſuos Eminentiſſimis Cardinalibus labores, pro utilitate publica & bono communi Eccleſiæ Catholicæ ad majorem Dei gloriam animarumque ſalutem offerant.

Ex quibus omnibus relinquitur, Concordata Germaniæ vel nihil ad rem facere, vel ſi ponantur huc conferre, etiamſi revera non conferant; tamen unioni & aſſociationi Monaſteriorum Conventu deſtitutorum ab aliis independentium ad alium Religioſum Ordinem factæ minime obſtare, imò ejuſmodi Summi Pontificis diſpoſitionem expreſsè confirmare.

356 *Commentū Hayan.* F. Romanus *ex adverſum hic varia iterum confusè proponit.* Nam Alleg. 143. dicit, *quod ego allegem ſeſſ. 28. Concil. Trident. quod tamen non niſi 25 ſeſſiones habuit.*

Reſp. At ipſe poterat ex utriuſque numeri 5. & 8. aliqua ſimilitudine errorem iſtum typographicum, qui irrepſit, deprehendiſſe, & alias *c. admonet.* 8. de Seminariis iſtis agens, ſatis notum erat.

357 *Diſcutitur*

358 *Aliud Comm.* Iterum *in horti Confinibus*, in quibus Præmonſtratenſes laborarunt, ſub *allegat.* 477. *Tit. Concordata Germaniæ*, omnia hactenus dicta & refutata ad nauſeam repetuntur, ideoque indigna, quæ huc referantur. Ex iis, quæ *n. 1. 2. 3. 4. 5.* de *Monaſterio Eberſpergenſi* viſiones & ſomnia enarrantur, in tractatu 3. *c. 1. ſect. 1. §. 1.* ſicut *in tract. 4. lib. 2.* aliæ ipſius & hæreticorum fabulæ ac calumniæ legitimis documentis refelluntur, ac priori in loco docetur, Eberſperg non attenta prima fundatione in Benedictinos olim fuiſſe tranſlatum.

359 Eodem *n. 5.* F. Romanus duo urget, alterum quod *Concordata diſponant, ut dignitatibus & beneficiis quibuſcunque ſæcularibus & regularibus vacaturis* (interponit hic F. Romanus) Apoſtolicæ Sedi immediate non ſubjectis, *jure ordinario provideatur per illos inferiores, ad quos aliàs pertinet*, quæ ibidem vult *Monaſterio Eberſpergenſi* applicata. *Alterum eſt*, quod *Concordata nationis Germanicæ, quæ vim pacti habent ſint obſervanda, quibus etiam Pontifex de jure naturali ac gentium obligetur &c. ut ait* Paulus Layman, *juſta defenſ. fol. 185. & 282.*

360 N. 6. addit, quod *his Concordatis in Bulla* Eberſpergenſis unionis *expreſſè non ſit derogatum, ideoque locum habeat decretum irritans à Nicolao V. Concordatis adjectum, quod ipſum quoque Pontificem ligat,* ut docet Chokier *in reg. 8. Cancell. glo. 11. n. 7. per. c. quodam. ubi* Dominic. *de præb. in 6.* Ex quo capite *noviſſimo anno.* 1633. *cum dicti patres aliquot Bullas Apoſtolicas pro uniendis ſibi quibuſdam Monaſteriis Hildeſienſis diœceſis, nominatim* Dernburg, *Ord. Ciſter. aliiſque ab*

Vrba-

Digitized by Google

Vrbano VIII. *ſub variis prætextibus boni publici & erectionis Seminariorum inſciis partibus impetraſſent, à Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Principe & Epiſcopo Oſnabrugenſi, Mindenſi & Verdenſi velut Apoſtolico & Cæſareo Commiſſario* (ut accepit ipſe F. Romanus) *non acceptata, nec executioni mandata, ſed repudiatis earum impetrantibus, antiqui Ordines, quibus præfata Monaſteria vigore primæ fundationis & Concordatorum Nationis Germanicæ debebantur, in poſſeſſione eorundem Apoſtolicâ & Cæſareâ autoritate reſtituti fuerunt.*

N. 7. *Rectèque id factum* dicit; *quia princeps non poteſt venire contra contractum vel pactum; quia eſt jus naturale, quod non poteſt tolli, niſi contingat illud tendere in damnum publicum &c. nec poteſt princeps alicui jus ex contractu quæſitum auferre invito contrahente &c. quæ jam ſupra ex* Filiuc. *atque aliis ſunt relata.* Petr. Anton. de Petra. *de poteſt. princ. c. 32 n. 283 infert, Principi nullo* modo licere à contractu proprio reſilire, idque ne ex cauſa quidem n. 150. (*ſubintellige, ait F. Romanus*) *qualibet in Papa, qualis eſt inſtantia impetrantis, quam vel reſpectus potentiæ vel importunitas facilè comitantur &c.* Et *cauſa in principe jus alienum auferente non præſumitur.* Petr. *c. 24 n. 84. & n. 9.* 361 *Princeps contractu obligatur.*

Inſuper addit F. Romanus, *quod fundationes* Monaſteriorum *ſint de jure gentium, de quibus ſupra.*

8. Ex his particularibus F. Romanus infert generatim, *cum igitur impoſſibile de jure dicatur, quod eſt de jure (vel per Concordata) prohibitum; cit.* Petr. *c. 3. q. 3. n. 23. ſequitur eſſe impoſſibile, ut huiuſmodi* Monaſteria *Germaniæ transferantur ad* Soc. *Ieſu aut eiuſdem Seminaria vel alias, niſi contingat, ut ſupra dictum, obſervationem* Concordatorum *tendere in damnum publicum.* Quæ omnia ipſe dicit *ſe fuſius deduxiſſe* in aſtro. q. 3. n. 5. §. ſed inſuper. & q. 4. n. 51. §. Ad concordata.

Pergit n. 9. *Nec ſatisfaciunt*, inquiens, *qui apud d.* Chokier. *n.* 18. *& ſeqq. obiiciunt, decretum irritans* Concordatis *inſertum, non ligare Papam.* 1. *eò quod decretum non dicat, etiam per Nos, aut ſucceſſores noſtros contigerit attentari &c.* 2. *quia* Concordata, *non ſunt leges generales, ſed tantum avocationes quædam proviſionis beneficiorum per Papam ad ſe facta, adeoque leges non poſſunt nominari, ſed potius quædam gratia.* 3. *quia Nicolaus V. non potuit ſuis ſucceſſoribus aliquam legem imponere, quàm ipſi de neceſſitate tenerentur ſervare quia par in parem non habet imperium, per leges ibid. alleg.* Ad. 1. *enim R. licet Domini de Rota, ab eodem* Chokier *ibi citati, fuerint aliquando iſtius opinionis, tamen poſtea Paulus V. Pontifex* Max. *in Bulla* ſua revocationis de Anno 1615. 5. Cal. April. *contrarium tenuit, ut ibid. refert* Chokier *n. 23. ubi motu proprio declaravit, ſe non intendere, nec ſuos prædeceſſores intendiſſe lædere* Concordata. *Quamvis enim Dn. Quirinus Bilſtein Clericus Leodienſis à* Clemente VIII. *& d. Paulo V. collationem* Canonicatus *cuiuſdam & præbendæ & Scholaſtriæ Tungrenſ. cum expreſſa derogatione* Concordatorum *Germaniæ obtinuiſſet, tamen Paulus V. huiuſmodi collationem* Concordatis *contravenire animadvertens, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolica poteſtatis plenitudine,*

eam

eam non ſolùm revocavit, caſſavit & annullavit; ſed etiam nullius roboris vel momenti unquam fuiſſe declaravit; adeoque decretum irritans Concordatis inſertum, etiam ad Papam extendi intellexit. Id quod ante ipſum Iulius III. ſpeciali ſuâ Conſtitutione, quæ incipit, Decet Romanum Pontificem &c. expreßè quoque declaravit: & Pius IV. in ſua revocatione, motu ſimiliter proprio facta derogatione Concordatorum Nationis Germanicæ declaravit, intentionis ſuæ non fuiſſe nec eſſe, Concordatis prædictis derogare, aut alias illis in aliquo præiudicare; ſed eandem prætenſam derogationem, ob expeditorum inadvertentiam & præoccupationem obreptam, tanquam contra intentionem & voluntatem ſuam extortam, nullam, invalidam, ac nullius roboris vel momenti fuiſſe aut eſſe. Et ita quidem apud d. Chokier declararant Summi Pontifices, de expreßis derogationibus Concordatorum. Quanto minus lædere velle Concordata præſumentur, ubi de nulla derogatione huiuſmodi, in Bullis fit mentio, qualis illa fuit Clementis VIII. de translatione Monaſterij Eberſperg ad Societatem Ieſu.

362. 10. At inquies, Pontifices Maximos, huiuſmodi derogationes declaraſſe fuiſſe nullas, ſolummodo ex defectu voluntatis contraveniendi, non autem ex decreto irritante. R. quod ex utroquè, per illa verba, Si ſecus ſuper his à quoquam ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, eo quod Concordata veluti pactum publicum ſeu contractus, utramque partem contrahentem æqualiter complectantur & obligent, (niſi cauſa graviſsima derogationem Papæ militantis Eccleſiæ Paſtori, extorqueant) quandoquidem, ut ait d. Chokier n. 24. ſunt individua & correſpectiva c. pervenit. 2. ibid. nec tu ei etiã ſi promiſſũ de iureiur. Mohed. deciſ. 10. n. 1. de ſent. & Re iud. Rolãd. à Valle, conſ. 60. n. 15. 11. & 12. & conſ. 4. n. 42. vol. 4. adeoq; contractus claudicaret, ſi Summus Pontif. liberè poſſet contravenire Cõcordatis, & viciſſim omne illud eſſet irritum & inane, quod ex parte ſolum Nationis Germanicæ contra fieret. Et quomodo à Clemente VIII. in ſuo Brevi, ad Rudolphum II. ſuperius in Aula, &c. n. 125. allato, dicerentur eiuſmodi Concordata tanto pondere ſancita fuiſſe, niſi pondus illis adderet irritans utrinque decretum & inviolabile pactum? Quare, in contractibus inter ipſam Sedem Apoſtolicam & alios, cum dicta Sedes ſit pars contrahens, & in tali contractu princeps habeat rationem privati hominis potius quam publici ſeu principis, ut ait Reginald. lib. 13. cap. 17. n. 168. & Azorius 1. part. moral. inſtit. l. 5. c. 11. q. 1. non procul à princ. referens plures præſertim cum eiuſmodi Concordata (ut mox dicetur) vim legis obtineant, cui ſe ſponte Sedes Apoſtolica ſubmiſit; non eſt neceſſe, ut decretum irritans contineat hanc clauſulam, etiam per Nos aut ſucceßores Noſtros, ſed ſufficit clauſula generalis, ſi ſecus ſuper his à quoquam (intellige iuxta F. Romanum, contrahentium) quavis auctoritate (tam Imperiali ſcilicet iuxta F. Romani interpolationem aut privata, quam Apoſtolica) ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, &c. Ita ſentiunt Probus ad Monach. in c. ſi tibi qui n. 5. & 21. de Reſcript. in 6. Rebuff. in Concord. Tit. de firma. & irrevocab. Concord. ſtab. in princ. Menoch. conſ. 83. n. 6. lib. 1. In alijs autem, ubi Papa non eſt pars contrahens, locum obtinet ſupradicta ſententia Rotæ & Garziæ apud d. Chokier.

11. Ad

Digitized by Google

11. *Ad 2. Reſp,Concordata Germaniæ non eſſe nudam avocationem proviſionis* 363
beneficiorum per Papam ad ſe facta,ſed eam eſſe veſtitam pacto ſeu contractu cum d.
Natione *Germanica,à quo & accipit, ut inter contrahentes obtineat vim legis,ſi non ci-*
vilis,ſaltem naturalis,obligantis de jure naturali,ac gentium. Et *eſto primitus ex parte*
concedentis Papæ fuerint potius gratia,quam lex, eo quod Apoſtolica ſedes plenitudinem
ſuæ poteſtatis, in favorem Nationis *Germanicæ, ſibi nonnihil mitigari & reſtringi*
(quod non tenebatur) libenter permiſerit; tamen poſteaquam in contractum tranſie-
*runt,potius ſunt lex, quam gratia;per not.*Gail.*lib. 2.obſ.127.n.8. ubi ait, quod con-*
tractus per eos celebrati, qui poteſtatem legis condendæ habent,vim legis obtinent, text.
in l. Cæſar.ff.de publ.& vectigal.& in l.pen. C.de donat.inter vir.& ux. Bart. *ibid.*
*n.4.& in l. 24. §. actor.n.9.ff.de Re jud.*Alexand. *in d.l.4.n.21.*Zaſ.*conſ.1. vol.*
1.& Socin.Iun. *conſ.143.vol.1. per allegat.ibid.&* Iulius Pacius *tract.1.de contra-*
ctibus.n.65. ait, non eſſe dubitandum, quin contractus principis habeat vim legis:&
hanc ſententiam communiter probari à Dd. allegans inſuper Matth. de Afflict.
deciſ.299. adeoque licet contractus ab initio ſint voluntatis, poſt tamen ſunt neceſſi-
tatis,& promiſſum cadit in debitum l. in commodato. §.ſicut. ff.commodat.
& in ſpecie ita ſcribunt omnes *in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſol,matr.*Menoch.*lib.*
4.præſumpt.109.n.3.& præſumpt.110.n.3.

12. *Hinc docent communiter Dd. quod ex contractu principis cum ſubdito, prin-* 364
ceps obligetur ſaltem naturaliter,adeo etiam ut ſucceſſor ejus teneatur ad ipſius obſervan-
*tiam.*Cyn.*in l.digna vox.verb ultimo ſciendum C.de legibus.*Pan. *in c.1.de probat. n.*
1.latè Felin.*ibidem.n.3.verſ.modo adverte.*Io.de Imol.*ibid. verſ. nota quod ex con-*
*tractu.*Pan. *in c.1.n.7.de conſtit. & hanc* communem *opinionem Doctorum eſſe*
inquit Dec. *in d.c.1.de probat.n.1.verſ.ſubjicit Dn. Abb. & moderni hoc ſequuntur,*
ubi plures auctoritates Dd.adducit. Quæ obligatio naturalis tamen eum obligat effica-
citer,vel,utilis, & efficax eſt ad agendum,ſecundum communiorem ſententiam , refe-
rente Vaſquio Menchacenſi *in li.1.controverſ.illuſtr.c.3.n.1.Licet autem nonnulli alii*
(ut Iul,Pacius, *d.lib.1.de contract.n.64.*Baldus, Abbas, Alb. & Gomezius *per*
eum allegati,& Franc.Suar. *lib.3.de legib.c.35.n.22.) noluerint, illum quoque civi-*
liter obligari, per pulchra fundamenta,quæ cum authoribus referuntur à Hieron.
Schurf. *in conſ.72.n.8.& ibi illa doctrina egregiè ab eo explicatur,in 2 centur. con-*
ſil. In hac ſententia omnes Dd. perſiſtunt,principem tam efficaciter, ſecundum ſententi-
am Doctorum communiori calculo approbatam,obligari, ut nec de Poteſtate abſoluta,
poſſit à tali contractu recedere,aut illum ulla ex parte violare. Paul. de Caſtr.*in d.l.*
digna vox.n.5.ubi ipſe allegat doctrinam Bart.*in l.omnes.in 3.q.principali.n. 21. cum*
ſeqq. Si ſtatutum tranſiviſſet in contractum , illud non potuiſſe à ſtatuentibus re-
vocari,ff.de juſt.& iure, Doctores communiter *in d.c.1.de Conſtit.in d. c.1. de pro-*
bat.& ibi Dec. *multas authoritates Doctorum adducit.Similiter in conſ 5 8. num 6.*
580.n 1.& 600. n.3.Pulchrè Iaſon.*in l.1.poſt alios. ff. de pact. in princ. & in conſ.*
1.n.1.2.& 3. imò per totum conſ. in 1.vol. Ludov.de Gozad.*conſ.9 num. 44. &*
45. Marian. Socin. jun, *conſ.60.n.15.16.&17.in 3. tom,conſ.* Reſtaurus

Caſtaldus *in ſuo tract. de* Imper. *q.* 3. *verſ.* 81. *principi non poteſt, etiam de plenitudine poteſtatis contravenire contractui proprio, & q* 116. *dicis principem etiam civiliter obligari ex contractu, in* 12. *vol. tract.* Hieron. Schurff. *conſ.* 7. *n.* 1. *&* 2. *& conſ.* 59. *n.* 4. 5. 6. *&* 7. *in* 1. *centur. & conſ.* 53. *n.* 16. *& in d. conſ.* 72. *n.* 8. *in* 2. *cent.* Nic. Everhard. *in locis ab argu. legalibus, loco à plenitudine poteſtatis n.* 30. *cum ſeqq. verſ. ſecundò limitatur, ut non procedat quoad legem contractus; & valde eleganter* Andr. Alciat. *in reſponſ.* 167. *verſ. circa tertium dubium n.* 10. *conſulendo ſcribit, in alio caſu fidem domino non ſeruanti, impune non ſervari. Hucuſque* Laur. Kirchovius *in theſaur. commun. opin. verb. princeps.* §. *principem ex contractu. Vnde viciſſim, ſi fidem non ſervent facientes* Concordata *cum Sede Apoſtolica, non eſt illis fides ſervanda; ut ait* Chokier. *in reg.* 8 *glo.* 11. *n.* 24. *quia ut, iam dictum, concordata ſunt individua & correſpectiva; & correlativorum* idem *eſt iudicium.* Io Nic. *in l. generaliter. n.* 26. *C. de ſecund. nupt dicens eſſe communem: & quod contraveniens contractui, non poſſit ex eo iuvari, dixit* Rota *deciſ.* 158. *n.* 1. *&* 204 *n.* 1. *apud* Coccin *per l. Iulianus.* §. *offerri. ff. de act. empt. & ex multis regulis iuris fuit reſolutum in cauſa Ibbe vetana Caſtrorum* 11 *Ian.* 1572. *coram* 60. *me. (error. corrig. bon. mem.)* Oradino. *Quare non ſine ratione timendum eſt, ne principes Germaniæ, qui Auguſtanam Confeſſionem receperunt, & in diverſis Germaniæ Metropolitanis & Cathedralibus Eccleſiis, ius adminiſtrationis exercent, & collationes Apoſtolicas vigore Concordatorum factas, hactenus admiſerunt & receperunt, ubi animadverterint, per huiuſmodi translationes incorporationes, aut uniones extinctivas (qualis eſt Eberſpergenſis, aliorumque Monaſteriorum) ad cuiuſcunque demum interceſſionem aut petitionem facta fuerint, per Sedem Apoſtolicam ſæpè dictis Concordatis toties (ſaltem ipſo facto) derogari, hinc occaſione ſumpta eiuſdem ſanctæ Sedis collationibus & proviſionibus deinceps in Eccleſiis, quas obtinent, locum non concedant. Sed de hoc iterum inferius in peripetaſ.*

365 13. *Ad* 3. *R. Illud, par in parem non habet poteſtatem, hic non obtinere locum; quandoquidem Nicolaus V. cum conſilio & aſſenſu. S. R. E. Cardinalium, nomine Sedis Apoſtolicæ ſeu Romanæ Eccleſiæ (quæ nunquam moritur nec habet ſucceſſorem) contraxit. Vnde dicit* Iaſon *eſſe communem, quod princeps obligetur per ſuum contractum, & aſtringat ſucceſſorem in dignitate. conſ.* 10. *vol* 3. Cyn. Imol. Felin. & Pan. *paulò ſupra citati. Vide cumulum allegationum apud* Tiraquell *in tract. de primogen.* 35. *q. num.* 23. *&* 24. *Alter enim Natio Germanica fuiſſet circumventa, & ipſa Concordata redderentur deluſoria. Quinimò ex vi argumenti oppoſiti ſequeretur, quod cum in nulla Eccleſia in tota Chriſtianitate translationes, alienationes, permutationes, aliæve contractus aut pacta fieri poſſent citra periculum eluſionis apud ſucceſſores, quod abſurdum meritò vitari debet. Vnde d. Nicolaus V. in Bulla Concordatorum Germaniæ apud Henric. Canſ. in ſumma Iuris Canonici. Nuper ſiquidem, inquit, chariſſimus in Chriſto filius noſter, Fridericus Romanorum Rex Illuſtris, & nonnulli alij dilecti filij Eccleſiaſtici & ſeculares principes inclytæ Nationis Germanicæ, ex una, ac dilectus filius noſter Ioannes Sancti Angeli Diaconus Cardinalis, in partibus illis Apoſtolicæ*

Sedis

Digitized by Google

Sedis de latere Legatus,per Nos ad dictas partes miſſus, ſufficienti deſuper à Nobis & SEDE APOSTOLICA authoritate ſuffultus, ex alia , partibus , ROMANÆ ECCLESIÆ & dictæ Nationis NOMINIBUS pro IPSIUS ECCLESIÆ unione, pace & tranquillitate, inter ECCLESIAM, & Nationem PERPETUO SOLIDANDIS, & conſovendu diverſa rationabilia & utilia,ordinationes & ſtatuta è partibus ipſis hinc inde approbata , laudata,concluſa, acceptata & concordata fecerunt ac ediderunt. Nobiſque humiliter ſupplicari fecerunt , ut illis pro firmiori eorum ſubſiſtentia,robur Apoſtolicæ firmitatis adiicere, nec non authoritatem potiorem & decretum interponere dignaremur.

Nos itaque qui ſtatuta, ordinationes & concordata prædicta,per nonnullos ex Venerabilibus fratribus noſtris. S.R.E. Cardinalibus, magnarum maturitatis, authoritatis & literaturæ viros diligenter examinari & diſcuti fecimus, eaque rationabilia & ſalubria tam ECCLESIÆ , quàm Nationi præfatæ comperimus; de dictorum & aliorum Venerabilium fratrum noſtrorum prædictæ Eccleſiæ Cardinalium CONSILIO & ASSENSU Apoſtolica authoritate & ex certa ſcientia approbamus, ratificamus, laudamus,& acceptamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, iuxta modum & formam ſubſequentes. Placet nobis &c. & in fine. Inſuper quoque irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari,&c. Data Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, 1447. ſeptimo Cal. April. Pontificatus noſtri anno ſecundo. Et hæc quantum ad Concordata , ex parte Summi Pontif. & Apoſtolicæ Sedis obiter dicta,ſufficiant.

14. Ad impetrantem Bavariæ Ducem Guilielmum, veluti ſpectabile membrum 366
Nationis Germanicæ quod attinet,cum ſui anteceſſores & progenitores,dudum in Concordata Nationis,una cum cæteris S.R.I. Principibus,ultrò conſenſerint. ab eo pacto reſilire,& interceſſionales Patribus Societatis jure concedere non potuit; tum per præfatam clauſulam irritantem, ſi ſecus ſuper his à quoquam,quavis authoritate &c. tum quia quod ſemel placuit,amplius diſplicere non poteſt, reg jur.21. in 6. quam Dynus ibid. n.9.& Hen. Caniſius aliique Dd. communiter exponunt præcipuè , ut quod ſemel placuit in contrahendo. re non amplius integra (ut hic) amplius diſplicere non poſſit, ut C.de action & obligat l.ſicut & C.de reſcind. vend.l.de contract. Nullus enim poteſt venire contra factum ſuum, adeoque pœnitentia partis, nedum membri partis, non admittitur. Cum etiam id, quod omnes tangit, ab omnibus debeat approbari. reg. jur. 29.in 6. & eſt text.in l.in concedendo 8.ff.de acq.plu.arc. (Error. Romani pro ff.de aq.plu,arcend.) & relaxatio Concordatorum, non dependeat ex voluntate unius principis Germaniæ, ſed totius Nationis, veluti Univerſitatis; ſicut viciſſim, ex parte Romanæ Eccleſiæ, non dependet à voluntate unius S. R. E. Cardinalis : Unde ſicuti contractus communi conſenſu celebratus fuit, ſic non poteſt, niſi communi conſenſu diſſolvi. Specul.tit.de loc. & conduct.§.6.verſ.128. quia unus Cardinalis, unus princeps, unus Epiſcopus, Comes aut Dynaſta, non eſt tanta potentiæ, ut à contractu, cum tota Natione inito, pro arbitrio poſſit reſilire, Intereſt enim Nationis , præſertim invi-

Digitized by Google

tis Regularibus Ordinibus, qui per Concordata jus quæſitum obtinuerunt, ut vi illorum, Dignitatibus & Beneficijs Regularibus vacaturis quibuſcunque, Apoſtolicæ Sedi immediate non ſubjectis: (qualis fuit Abbatia Eberſpergenſis & aliæ jure ordinario provideretur per illos inferiores, ad quos aliàs de jure communi pertinet (& ſic jus commune, tranſiit hic in contractum:) auferretur enim jus illorum, ſibi de jure naturali & gentium ex contractu quæſitum.

367 15. Nec intereſt, teſte Mandoſio q.3. an jus illud ſit quæſitum principaliter, an verò, IN CONSEQUENTIAM. d. Chokier in reg. 16. alias 17. Cancell. Apoſt. n. 12. & 14 ſufficit, illud expreſſe in Concordatis contineri: quia expreſſum dicitur id, quod ab expreſſo reſultat, ut ait Rota, deciſ. 66. n. 12 apud Oliver. Beltram. per l. ſi ita §. qui filio ff. de bon. poſſ. ſecund tab. Bald. in l. fin. n. 23 in fin. C. de hered. inſtit. Soc. in l. in ambiguo n. 7 ff. de reb. dub. Dec. conſ. 68. n. 3. Unde ſi ſingulis Ducibus, Principibus & Comitibus (quibus tamen jus nullum eſt in Monaſteriorum fundationes & proviſiones) liceret hoc modo peſſimo poſteritatis exemplo à Concordatis pro libitu reſilire, in tam grave præjudicium Paternarum fundationum, & regularium, qui ſunt æque membra Nationis incluſa contractus, eaque non infima, utpote habentia ſeſsionem inter ſtatus, & principes, ipſa concordata paulatim redderentur deluſoria, & per partes evaneſcerent, docerenturque poſteri, exemplo præſentium, eorum quandoque conſtituta convellere. Tacet furti ſpeciem eſſe, de alieno largiri, ut ait Petr. Anton. de Petr. de jure quæſit. non toll. fol. (ipſi F. Rom. 586.) n. 56. Cum Scriptura dicat, Honora Deum de tua Subſtantia. Tacet huiuſmodi translationibus Monaſteriorum ad Societatem JESU exemptam, locorum Ordinarijs, per Germaniam, jus, & juriſdictionem in Monaſteria Sedi Apoſtolicæ immediate non ſubiecta, etiam per ipſa Concordata firmatam, & aſſecuratam, circumſcribi, minui, imò totaliter auferri. Et hanc quidem cupiditatem dictæ Societatis, ſucceſsibus potius accendi experimur, quam extingui, ut iam pro dote unius Collegii, non ſuſſiciant unius translati Monaſterii reditus, ſed duæ, tres, quatuor, aut plures petantur Abbatiæ; inſuper, & Eccleſia Collegiata, pro duodecim quondam Canonicis fundata, ad unicum Collegium Societatis cum annexo Seminario puerorum ſuſtentandum, prout nuper in Comitatu Naſſovienſi accidiſſe, paulo ſupra, ſub allegat. 461. docuit. ℞. ſed de hoc in tract. noſtro 4. videbitur. ideo hic non repeto.

368 §. Pergit F. Rom. n. 16. & quæ hactenus tradidit, locum, ut ait, obtinent non modò in Eberſpergenſi, ſed in omnibus quoque aliis Germaniæ vacantibus, & vacaturis ſimilibus Monaſteriis, ſiue deſtituta ſint, ſive non. Nam inter hæc, Concordata non diſtinguunt. Unde elucet, quàm periculoſum ſit, Concordata Nationis tam populoſæ, veluti pacta fundamentalia, ad inſtantiam partis privatæ convellere, ut per non obſeruantiam in contemptum, & vilipendium denique abeant, quæ authoritate Apoſtolica, & Imperiali, tanto pondere olim ſancita, hucuſque ſollicite obſeruata, & ad poſteros fideliter transmiſſa, hactenus pro norma, & Regula dignitatum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum in Germania habeantur: Ita ut Imperatorem Electores, alioſque Principes tam Eccleſiaſticos, quàm ſæculares, Comites, & Dynaſtas pro interceſsionalibus translationum

Digitized by Google

lationum ad Societatem præfatam, ſollicitare, in facto non ſit aliud, quàm eoſdem ad tranſgreſſionem Concordatorum Germaniæ,*eiſque inſertam geſtorum nullitatem incitare; ut mirum non ſit, à defunctorum manibus eam nullitatem conclamari.* De Concordatis *vid. plura à n. 118. Aulæ ipſius Eccleſiaſt. Loquitur autem ipſe, ut ait, in hac tota materia doctrinaliter, non iudicialiter, libenter ſolidiora docentem ſecuturus.*

17. *Concludit ipſius diſcurſum* Hugo Capetius *Francorum Rex, ultima exhortatione ad Robertum Pium, filium ſuum; ô optime fili, aiebat piiſſimus parens inter ipſa mortis confinia, per Sanctam, & individuam Trinitatem te obteſtor, ne quando animus ſubrepat acquieſcere conſilijs adulantium, vel muneribus, doniſque venenatis, Te ad vota ſua maligna adducere cupientium, ex ijs Abbatijs, quas tibi poſt Deum perpetualiter delego, neve animi levitate ductus,* QUOLIBET MODO DISTRAHAS, *diripias, aut ira excitante diſſipes. Specialiter verò tibi inculco, nullo pacto ducem omnium, Patrem dico* BENEDICTUM *à te patiaris divelli: illum apud communem iudicem, ſalutis aditum, tranquillitatis portum poſtque carnis obitum ſecuritatis habiturus aſylum. Helgaudus Monachus Floriacenſis in vita Roberti Pij. Quos reges mirum non eſt, tam pios fuiſſe, cum alter horum, moderatorem vitæ habuerit S. Fulbertum Monachū Cœnobij S. Petri apud Carnutum, Ord. S. Benedicti; poſt Epiſcopum Carnotenſem, tantæ ſanctitatis virum, ut quandoque graviter ex morbo decumbenti per viſum apparens Beatiſſima Regina Cœlorum Virginea ubera ſugenda aperuerit, ut habet Cæſar* Cardinalis Baronius *in* Annalib. Eccleſiaſt. in Anno Chriſti 1007. & 1028. *& Helg. Vbi ſupra. Pro eorundem Concordatorum obſervatione ipſe F. Romanus* in Anchora n. 125. 126. *diverſa refert Brevia Apoſtolica, quibus Clemens* VIII. *Rudolpho Imperatori in cauſa Præpoſituræ Metropolitanæ Bremenſis, in quam Acatholici excluſo Catholico Apoſtolicè proviſo Weſſelo de Brugeneio, cognomento Haſencamp, Ducem Lunaburgicum introduxerant Anno 1603. 15. Ianuar. & Vrbanus VIII. Ferd. II. Imperatori in cauſa Præpoſituræ Halderſtadienſis, quam affectabat Regis Daniæ filius, reſcripſerunt, & commendarunt, ut Concordata Germaniæ obſervari curet.* 369. 370.

Hæc F. Romanus *ad Reſponſionem meam primam.*

Deinde ad *alteram meam reſponſionem* ipſe *allegat* 480. reponit, *quod* 371.
Chokier & Concordata *loquantur de digniori, & utiliori perſona eiuſdem qualitatis ſeu regularitatis, cuius eſt ipſum beneficium, ſive dignitas, cui providetur, & non alterius diverſa. Per reſervationes ait cit.* Chokier. n. 25. & 26. *vigore Concordatorum Germaniæ, ſi extra curiam vacare contingat Epiſcopatum vel Monaſterium, & Prælatus qui deceſſit, non fuerit Cardinalis vel Officialis Curiæ, Electio Canonica permittitur fieri in partibus, iuxta Concordata, ibi. Item placet Nobis, quod in Metropolitanis &c. In quo tamen notes, Pontificem non ſic electione eſſe ligatum, quin ex evidenti ſeu rationabili cauſa, poſtpoſito* ELECTO, *Eccleſiæ de alio* PRAELATO *poſſit* PROVIDERE, *ut ſatis oſtendunt verba ipſa Concordatorum: Niſi ex Rationabili &* EVIDENTI *cauſa, ac dictorum Fratrum*

(Cardinalium) conſilio, de DIGNIORI *&* UTILIORI *perſona duxerimus providendum. Vbi manifeſtè ſermo eſt de digniori & utiliori perſona eiuſdem qualitatis, cuius erat alter, per Capitulum antea electus; perſona enim inhabilis & non qualificata tali Pralatura, non poteſt dici dignior & utilior habili & qualificata: nec hic per Concordata ſibi Papa reſervat extinctionem dignitatis aut Monaſterij ſed proviſionem; qua Dignitatem vel Monaſterium in ſuo antiquo Regularitatis &c. ſtatu conſervari praſupponit. Quare cum fratres Societatis* JESU *à tali Capitulo Regulari, in Abbates eligi non poßint, ſequitur eos nec eſſe perſonas illas digniores & utiliores, de quibus Chokier & Concordata loquuntur.*

372. *Tacet hanc reſervationem de digniori & utiliori perſona in Concordatis Germania ſolummodo factam eſſe in Eccleſijs Cathedralibus, & Monaſterijs eidem Sedi Apoſtolica immediatè ſubiectis, non verò in cateris Monaſterijs ſacrarum virginum aut virorum. Legantur ipſa Concordata & d. Chokier* cit glo. 11. n. 3. *Tacet denique cauſam huiuſmodi proviſionis Apoſtolica, de digniori & utiliori eiuſdem qualitatis à Concordatis requiri evidentem. Qua omnia in translationibus Monaſteriorum ad Societatem, eorumque Seminaria locum non inveniunt, &c.*

373. *Tertio quo ad declarationem Cardinalium* allegat. 347. 348. 349. *occurrit in margine notando aſtrum inext. atque in textu ipſo dicendo, me Theſin hoc loco poſuiſſe ex Declarationibus Cardinalium* in ſeſſ. 23. Concil. Trid. c. 18. de Reform. n. 33. *At verum non eſſe ait, ſe reſpondiſſe, Ieſuitam, qui cateris in Seminario* VULT *anteponi, debere ſimul eſſe Grammaticum & Muſicum. Nec verum eſt ſe dixiſſe, Monachos eſſe optimos Muſicos: nec denique verum eſt, ſe voluiſſe hanc propoſitionem ex ipſo Concilio Trid. eſſe deſumptam. Ita ipſa verba ſua expandit: Debet igitur juxta mentem Sacra Congregationis, Ieſuita eſſe Muſicus, &c. puerosque inſtruere in arte Muſica, &c. qui vult in Seminario cateris anteponi, quod utrum melius poßint illi, qui atatē in choro conſumunt, & ex inſtituto cantui vacant, an illi qui ex vocatione propria nunquam canunt, Eminentißimi Cardinales non expreſſerunt, ſed facile judicabunt. Quod ſi vero loquamur de iis, qui Seminaria gubernant, victus ac inprimis pietatis & educationis rationem habent, falſum eſt, Sacram Congregationem cenſuiſſe, Ieſuitas in hoc, cateris Ordinibus eſſe praferendos. Hac in aſtro, ubi ego, neſcit ipſe ex quo Daſipodio, ſignum &c. Volo ſignificare & Grammaticum.*

374. 3. *Toto cœlo exorbitari dicit. Quilibet verborum ſuorum eſt interpres, quare jubet me propius accedere, ut me manu ducat ad ſenſum illius &c. Ieſuita, ajebat, debet eſſe Muſicus & alius Grammaticus, puerosque inſtruere in arte Muſica, & alter in Grammatica, qui vult in Seminario iuxta Grammaticum cateris anteponi. Quod vtrum melius poßint illi, qui atatē in choro conſumunt &c. Quid iam ſupereſt &c. quod opponam?*

4. *Illud hic unicè placere dicit, quod mox ſubnectam,* Ad hæc, inquiens, ex Socie-

375. tatis hominibus, etiam multi ſunt Muſici. Et apud quos magis floret Muſica, quam apud Societatis Religioſos? *Iam cantare incipiunt aves &c. ſit benedictus Deus Gratulatur ex animo Societatis Religioſis pro tam praſtanti & canora Muſica, quam tamen ab ipſorum ore manibusve reſonantem audiret libentiſſime, neſcius ſi quis mor-*

Digitized by Google

mortalium ſe meminerit audire. Et ſi ita eſt,cur obſecrat,decretis Sacra Congregationis Cardinalium morem non gerunt? Cur nullus Magiſter Ieſuita viſitur in Seminarijs, qui pueros inſtruat in arte Muſica,quemadmodum in Grammatica? num tanta id non eſt importantiæ? num plures declarationes Cardinalium placent urbi? Laur. Forer. theſi 9. de Abbatib.

5. *Porrò Eminentiſſimi Cardinales,ſi bene penſamus,loquentes de Muſica in Seminariis docenda,non utique loquuntur de cantu figurato & flexili,ſed de firmo & Grego-* 376.
riano. Nam hic, non prior ille,neceſſarius eſt in Parochiis & Eccleſiis,ad quas pueri in Seminariis educantur & diſponuntur; hunc autem apud Religioſos Societatis magis florere,quàm apud alios Regulares Choro addictos,nemo hactenus affirmavit, &c.

Denique generalem concluſionem,quam ex omnibus præmiſſis ſupra deductis inferebam,illam ipſe *ſub allegat.* 477.*Tit. Palea,& borti paradox.*14. 377.
refert,quaſi ego eandem ex hac unica propoſitione præcedente,*In Seminariis Ieſuita cateris anteponendi ſunt*,inferrem, *Ergo Monaſteria etiam non exempta non obſtantibus Concordatis ad Ieſuitas transferenda ſunt*; qui duntaxat ex ſupra deductis colligebam,Monaſteria Conventibus ob mortem omnium incolarum deſtituta, Ieſuitis vel aliis Religioſis à Superioribus legitimis neceſſitate vel utilitate exigente conferri poſſe; non autem neceſſariò debere, ſecus ac F. Romanus jactitat.

Reſponſiones ad hacce F. Romani commenta.

Hactenus F. Romani diſcurſus. In quibus illi proprium eſt,ut vel divagetur,vel mea immutet,vel iis aliquid addat vel detrahat, vel interpolet,ut ſemper aliquid novi afferre videatur. 378. *Diſcutiuntur.*

Ad *primum* F. Romani *oppoſitum* de Concordatis Germaniæ quod attinet,non illud ex ipſis Concordatis eorumque verbis,ſed ex Hayana Concordatorum interpretatione,quæ nobis minimè pro Concordatis eſt, deſumitur,ideoque nihili æſtimandum eſt. Deinde Concordata Nationis Germanicæ noſtro caſui præſenti minimè poſſunt applicari ; quia illa teſte F. Romano,*de dignitatibus*,iiſque ut de beneficiis ſæcularibus & regularibus vacaturis aut vacantibus earumque proviſionibus loquuntur. At nos de Monaſteriis Conventu & curâ ob mortem omnium incolarum religioſorum deſtitutis,adeoque de iis locis,ubi nec datur dignitas,nec beneficiorum ſæcularium aut regularium vacatio, agimus. Igitur &c. Ut proinde falſum ſit F. Romani aſſumptum, quaſi Concordata de Monaſteriis ſive deſtitutis ſive non deſtitutis indiſcriminatim loquerentur; Item quaſi utrorumque non eſſet diſpar ratio,cujuſmodi tamen hic datur *per not.*Bald. conſ.327.n.3.vol.1.

Quòd verò in Monaſteriis Conventu deſtitutis non detur *dignitas*,patet ex eo,quia licet ipſa Monaſteria deſtituta,nomen adhuc Abbatiarum & Prioratuum retineant, adeoque videantur nomen *dignitatis* habere; attamen *dignitas* non à ſola *nominatione*, ſed ab *effectu*, id eſt, *tribus* ſignis ad 379.
digni-

dignitatem conſtituendam omnino ſubſtantialiter requiſitis deſumitur.

Cuiuſmodi ſignum *primum* eſt, ut habeat adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum cum iurisdictione ſibi perpetuo aſſignatam; *alterum*, ut habeat nomen dignitatis & prærogativas ſeu præcedentias in Eccleſia tam in choro, quàm in Capitulo; *Tertium*, ut ex Eccleſiæ conſuetudine habeatur pro dignitate. Rot. Rom. *deciſ.4.& 5.n.1.2.5.6.7.9.10. deciſ.6.n.1. item deciſ.9. apud Tamburin. tom.3. de iure Abbat.* Ubicunque igitur hæc tria dabuntur ſigna dignitatis, ibi dabitur & ipſa dignitas, Rot. Rom. *dd. deciſ.*

At ubi Monaſteria carent Conventu & cura, iſtic ea tria ſigna ſubſtãtialiter requiſita non adſunt, ut patet, ac definit S. Rota Rom. *deciſ.6.n.1. deciſ.9.n.3.4.5.6.7.* Igitur ubi Monaſteria carent Conventu & cura, ibi non dabitur dignitas. Fac. *& not.* Bald *conſ.327.n.3. lib.1.*

Accedit quod in Monaſterijs nec dentur beneficia, quemadmodum ex horum definitione ſupra *in reſolutione q.1.c.2.* allata fuit demonſtratum.

380. Taceo, quod F. Romanus ipſemet *in allegat.* 195. *n.3. & allegat.* 287. in Monaſterijs Conventu deſtitutis non agnoſcat ulla beneficia regularia, prout alibi & paulò poſt monui. Vt proinde perperam ipſe Concordata Germaniæ de beneficijs loquentia ad Monaſteria Conventibus deſtituta trahat & retorqueat.

381. Deinde poſito, non conceſſo, quod in Monaſterijs dentur beneficia, attamen *eorundem vacatio* non datetur. Cum Tituli in Eccleſijs non numeratis cum ipſis perſonis extinguantur & recreentur *c. dilecto. de preb. in 6.* Anton, *in c. ex parte, in princ. de conceſſ. preb. & ibi* Can, ut in reſolut. q.1. c.2. oſtenditur,

382. Quinetiam Concordata loquuntur de proviſionibus non vacantiũ, ſed vacaturorum beneficiorum, ut illæ à Pontifice non niſi quando beneficia re ipſa vacant & quidem tunc alternativis menſibus fiant; itaque per Concordata illa *gratiæ* duntaxat *exſpectativæ*, ſeu promiſſiones beneficiorum vacaturorum, & reſervationes in caſibus non exceptis impediuntur. Siquidem conventum eſt, ne Papa omnia beneficia in Germania per *preventionem* & *reſervationem* conferat. Chriſtin. *deciſ.358. vol.1. per tot.* Chokier. *in reg. 8. glo.25. n.15. & ſeqq.* Vid. *ſupra in reſolutione q.4. c.2. n.13.*

383. Inſuper ut ex prædeductis ſubſumam, hîc *non de beneficijs, ſed* ut author eſt F. Romanus *d. allegat.* 194. *n.3. & alleg.* 287. de *proprietate* ac *patrimonio*, nec de *proviſione per preventionem* ac *reſervationem* à Pontifice facienda agitur; præterquam quod F. Romanus allegans Concordata non docuerit, nec doceat, ea in locis, de quorum Monaſterijs agitur, fuiſſe recepta, quemadmodum docere tenebatur, iuxta tradita à Chriſtinæo *d. deciſ.* 358. *vol.* 1. Siquidem Concordata Germaniæ non cum tota Natione Germanica,

nec

Digitized by Google

nec cum ea ut univerſa, aut ejus univerſitate, cujus Dux Bavariæ membrum fuerit, ſunt inita. Nam 1. ex hiſtorijs certum eſt, quod Natio Germanica univerſa id temporis, quo Concordata ſunt inita, cum Eugenio IV. & Friderico Auſtriaco non fecerit; eò quod pars illius Nationis cũ Ludovico Bavaro, Concilio Baſileenſi adhæſerit; neque etiam Ludovicus Bavarus tanquam membrum ſeſe illis ſubmiſerit. Ut proinde F. Romanus cœcè omnino de illis Concordatis ac Ludovico Bavaro veluti Duce & membro duntaxat loquatur, contraque ipſum pronunciet. Cujuſmodi certè judicium ad doctrinam ſolam nequaquam ſpectat, ſed arguit, F. Romanum hîc ſibi judicis partes uſurpare. Sed iſthoc miſſo, ex ipſis Concordatorum verbis oſtenditur, quod Concordata ea non cum tota Natione Germanica ſint inita. Siquidem teſte ipſomet F. Romano in *allegat.* 477. *n.* 13. Nicolaus V. expreſsè teſtatur, quod inter Fridericum (Auſtriacum) Rom. Regem & NONNULLOS ALIOS Eccleſiaſticos & ſæculares Principes Nationis Germanicæ ex una, ac Ioannem ſancti Angeli Diaconum Cardinalem nomine ſuo & Sedis Apoſtolicæ &c. ex alia partibus, Concordata ſint inita. Num *nonnulli* alij F. Romano intelligentur *Vniverſi*. Sed ex quo Calepino vel Daſypodio, vel etiam alio aliquo authore? *Nonnullus*, ut ait Albeticus *in Dictionario ſuo* & *quidam* æquipollent, *de tut. & rat. diſtrah. l.* 2. §. *ſed nonnullus.* Adeoque particularem conſtituit propoſitionem, non verò univerſalem; neque etiam hanc infert, ut in Logicis, etiam tyronibus eſt notum.

Quin & univerſalis propoſitio in univerſo, particularis verò in ſingulis duntaxat operatur, ut notat Brixienſis *in repertor. verb. particulare.* Unde 384
efficitur 1. Quod Status Germaniæ, qui cum Nicolao V. Concordata Germaniæ inierunt, conſiderandi ſint ut ſinguli, non ut univerſi, ſecus ac F. Romanus perperam aſſerebat 2. Quod cum in Concordata Germaniæ non omnes conſenſerint Principes, neque etiam ubique per Germaniam ſint recepta, hinc qui ea allegat, ipſi onus probandi incumbat & docendi de expreſſa earundem acceptatione, vel tacita, quæ ex obſervantia ſubſecuta ut plurimum argui ſolet; cum id, quod obſervari videmus, ſoleat inter partes actum eſſe & conventum, *ſecundum l. quædam in fin. ff. de reb. dub.* alioquin ea allegans non poterit iiſdem gaudere. Chriſtin. *d. deciſ.* 358. *vol.* 1. Chokier & Gonzal. *ſupra cit. loc.* 3. Quod cum in Concordata Germaniæ Ludovicus Bavarus non conſenſerit, neque etiam doceatur à F. Romano, Concordata in Bavaria unquam fuiſſe acceptata, ideo ea fruſtra contra translationem Monaſterij Eberſpergenſis in Ducatu vel Electoratu Bavariæ ſiti, à Clemente Papa VIII. factam allegantur.

Taceo, quod nuſquam in Concordatis habeatur, aut legatur, quod 385
Monaſteria ob mortem omnium originariorum, vel incolarum, Conventu deſtituta, ſint alienigenis & exteris aliorum Monaſteriorum ejuſdem Ordi-

Similiter non obſtat, quod à F. Romano aſſerantur in d. Monaſterio
391 adhuc 8. fuiſſe perſonæ, tum quia multitudo perſonarum peccantium non parit delicti impunitatem; tum quia tantò gravius erat ſcandalum, quo plures iſtic relictæ perſonæ peccato luxuriæ indulgebant. Quòd verò F. Romanus *ibidem n. 7.* aſſerit, *quaſi cauſa translationis illius, aliorumq̃ Monaſteriorum in Papa, fuerit impetrantium inſtantia quam vel reſpectus potentiæ vel importunitas facilè comitantur*, eſt mera calumnia, ſi Societati F. Romanus illud velit hic applicare. Quia Societas noſtra pro Monaſterio Eberſpergenſi, nunquam apud ſuā Sanctitatem vel ullum Principem inſtitit; imò nec illud oblatum quidem voluit acceptare, ſed recuſavit, uſque dum à ſua Sanctitate ipſum acceptare cogeretur: quemadmodum ex Authentico documento litterarum Ducis Bavariæ Guilielmi ad Reverendiſſimum & Sereniſſimum Electorem Colonienſem Erneſtum *f. rec. 19. Febr.* 1597. datarum, atque à Laymanno in juſt. defenſ. litt. GG. editarum patet, quas ex ipſo Archivo Bavariæ, ego ſuæ integritati reſtitui, pro ut in tract. noſtro 3. videre eſt. Ut proinde his contraria F. Romani aſſertio maxime hæreticorum cogitatus involvens, ſit temeraria, atque omnino calumnioſa, ideoque merito reijcienda, neque ullatenus Concordatorum verbis fulciatur, quemadmodum jam fuit oſtenſum.

392 Et alioquin videre eſt, quod pacta luxurioſæ vitæ minimè patrocinētur, quo minus de ea ſupplicium, ac meritæ penæ ſumantur.

Quando igitur Pontifex Monachos illos ob luxurioſam vitam amovit, alioſque alterius Ordinis Religioſos, ut fructum ferrent, ibidem ſubſtituit, non fuit opus ulla Concordatorum derogatione; prout perperam hac in translatione Monaſterij Eberſpergenſi F. Romanus requirebat; Cum ſe ipſos Monachi Eberſpergenſes flagitioſâ ſuâ vitâ indignos titulis ac bonis illis reddiderint.

§. Figmentum eſt Hayanum, quod ex *Defunctorum manibus* nullitas
393 translationis conclametur, ſicut & quod de *Interceſſionalibus Principum* refertur. vid. tract. 3. & 4.

Neque opus eſt, ut ſuppreſſio & extinctio titulorum explicitis fiat verbis; Cum virtualis ſufficiat, quæ per abſolutam excluſionem, ac introductionem aliorum alterius Ordinis Religioſorum inducitur, ut *ſup. in reſolut. q. 1. c. 2.* doctum fuit.

394 Quod F. Romanus refert, uniones variorum Monaſteriorum Societati in Bullis Apoſtolicis factas, & quidem nominatim *Griffen*, Præmonſtratenſis, & *Arnoldſtein* S. Benedicti Ordinum in Carinthia, per Epiſcopum Bambergenſem, tum *Albæ Dominarum* ejuſdem Ordinis S. Benedicti, per Eminentiſſimum Archiepiſcopum Trevirenſem & Principem Electorem; nec non *Dernburg* in Diœceſi Hildeſienſi, per Illuſtriſſimum Epiſcopum & Principem Oſnaburgenſem &c. impeditas fuiſſe, eſt Relatio à Cretenſibus hauſta, quibus nihil eſt fidei tribuendum, prout in *tract. 3. cap. 1. ſect. 1. §. 2.* oſtendetur.

Si-

Digitized by Google

Siquidem Monaſterium *Griffenſe* non Societati à Clemente VIII. fuit unitum, ſed duntaxat in alimoniam pauperum ſtudioſorum Græcii fuit aſſignatum. Prout in *Tractatu tertio* videbitur.

De Monaſterio *Arnoldſtein*, quod exile admodum eſt, ne quidem fuit cogitatum, ut illud Societati aſſociaretur, nec unquam F. Romanus contrarium nudè & temerè aſſerens (quemadmodum *ex l. 2. ff. de probat.* tenebatur) docere ac probare poterit; ſicuti nec de Monaſteriis *Alba Dominarum*, & *Dernburg*. Cum neque illius neque hujus in deſignatione Apoſtolicâ & Cæſarea Monaſteriorum quorundam Societati uniendorum & unitorum, ulla omnino fiat mentio, quemadmodum ex deſignatione eadem ad Acta Compulſoria coram admodū Reverendo & Eximio Domino *Ioanne Maes*, P. M. SS. Theologiæ Licentiato ad D. Cuniberti Decano & Compulſore Apoſtolico exhibita manifeſtum eſt, ſicut mihi Nobilis ac Clariſſimus *D. Petrus Maes* modo nominati Prælati Germanus frater, in cauſa Beſelicenſi olim Referendarius, ac Sereniſſimi Archiepiſcopi Colonienſis, S. R. Imp. Principis Electoris Conſiliarius & Commiſſarius Aulicus teſtis eſſe poteſt. Et alioqui exadverſum non oſtenditur, ullū in Diœceſi Trevirenſi extare Monaſterium, quod Alba Dominarum vocetur. Olim illuſtriſſimus Princeps Elector *D. Ioannes à Petra* ſive Von der Leyen/ Archiepiſcopus Trevirenſis moderni Eminentiſſimi Principis Electoris *D. Caroli Caſpari à Petra*, ſive Von der Leyen agnatus, Collegio Trevirenſi à Summo Pontifice incorporationem *Monaſterii S. Barbaræ* obtinuit, quod etiamnum beneficio Electoralium ſuarum Celſitudinum & Eminentiarum Societas noſtra poſſidet. Cæteroqui Monaſterium *Alba* Dominarum in diœceſi Spirenſi quod attinet, de eo *in ſuprad. tract. 3. cap. 1. ſect. 1. §. 2.* oſtendetur, quod nihil ſimile ſubſit. Vt proinde contraria F. Romani ac quatuor Prælatorum ex diverſis Ordinibus in libello ſuo ſupplici Imperatori ac Statuum Imperii Delegatis Ratiſponæ ſub an. 1641. exhibito, facta relatio falſis narratis innitatur, adeoque ſit ſub- & obreptitia, ſeu à veritate longe aliena, quemadmodum pluribus in tract. 3. oſtendetur.

Hugo Capetus de Monaſterijs Conventu inſtructis, non deſtitutis loquitur, ideoque nihil ad rem præſentem facit. Similiter quod Pontifices proviſionem ſuam de Præpoſituris Metropolitanæ Bremenſis & Cathedralis Halberſtadenſis Eccleſiarum, ſecundum concordata Germaniæ juſſerint manuteneri, in Collegio non emortuo, quomodo huc applicari queat, nemo videt, ut proinde fruſtra ea huc allegentur. 395

Reliqua F. Romani contra 2. meam Reſponſionem commenta diluuntur.

Quod F. Romanus circa *alteram* meam Reſponſionem movet, *alleg.* 480. quaſi ego *Societatis noſtræ Religioſos cæteris digniores & utiliores* aſſeram, fallacia eſt. Siquidem non meum hîc interpoſui judicium, ſed ſenſum duntaxat retuli S. R. E. Cardinalium, qui Societatis noſtræ Religioſos cæteris in 396

tis Regularibus Ordinibus, qui per Concordata jus quæſitum obtinuerunt, ut vi illorum, Dignitatibus & Beneficijs Regularibus vacaturis quibuſcunque, Apoſtolicæ Sedi immediate non ſubjectis: (qualis fuit Abbatia Eberſpergenſis & aliæ) jure ordinario provideretur per illos inferiores, ad quos aliàs de jure communi pertinet (& ſic jus commune, tranſit hic in contractum:) auferretur enim jus illorum, ſibi de jure naturali & gentium ex contractu quæſitum.

367 15. *Nec intereſt, teſte* Mandoſio q.3. *an jus illud ſit quæſitum principaliter, an verò*, IN CONSEQUENTIAM. d. Chokier in reg. 16. alias 17. Cancell. Apoſt. n. 12. & 14 *ſufficit, illud expreſſe in Concordatis contineri: quia expreſſum dicitur id, quod ab expreſſo reſultat, ut ait* Rota, deciſ. 66. n. 12 *apud Oliver. Beltram.* per l. ſi ita §. qui filio ff. de bon. poſſ. ſecund tab. *Bald.* in l. fin. n. 23 in fin. C. de hered. inſtit. *Soc.* in l. in ambiguo n. 7 ff. de reb. dub. *Dec.* conſ. 68. n. 3. *Vnde ſi ſingulis Ducibus, Principibus & Comitibus (quibus tamen jus nullum eſt in Monaſteriorum fundationes & proviſiones) liceret hoc modo peſſimo poſteritatis exemplo à Concordatis pro libitu reſilire, in tam grave præjudicium Paternarum fundationum, & regularium, qui ſunt æque membra Nationis incluſa contractui, eaque non infima, utpote habentia ſeſſionem inter ſtatus, & principes, ipſa concordata paulatim redderentur deluſoria, & per partes evaneſcerent, docerenturque poſteri, exemplo præſentium, eorum quandoque conſtituta convellere. Tacet furti ſpeciem eſſe, de alieno largiri, ut ait* Petr. Anton. de Petr. de jure quæſit. non toll. *fol. (ipſi F. Rom. 586.)* n. 56. *Cum Scriptura dicat, Honora Deum de tua Subſtantia. Tacet hujuſmodi tranſlationibus Monaſteriorum ad Societatem* JESU *exemptam, locorum Ordinarijs, per Germaniam, jus, & juriſdictionem in Monaſteria Sedi Apoſtolicæ immediate non ſubjecta, etiam per ipſa Concordata firmatam, & aſſecuratam, circumſcribi, minui, imò totaliter auferri. Et hanc quidem cupiditatem dictæ Societatis, ſucceſſibus potius accendi experimur, quam extingui, ut jam pro dote unius Collegii, non ſufficiant unius tranſlati Monaſterii reditus, ſed duæ, tres, quatuor, aut plures petantur Abbatiæ; inſuper, & Eccleſia Collegiata, pro duodecim quondam Canonicis fundata, ad unicum Collegium Societatis cum annexo Seminario puerorum ſuſtentandum, prout nuper in Comitatu Naſſovienſi accidiſſe, paulo ſupra, ſub* allegat. 461. *docuit. R.* ſed de hoc in tract. noſtro 4. videbitur. ideo hic non repeto.

368 §. Pergit F. Rom. n. 16. *& quæ hactenus tradidit, locum, ut ait, obtinent non modò in Eberſpergenſi, ſed in omnibus quoque aliis Germaniæ vacantibus, & vacaturis ſimilibus Monaſteriis, ſive deſtituta ſint, ſive non: Nam inter hæc, Concordata non diſtinguunt. Vnde elucet, quàm periculoſum ſit, Concordata Nationis tam populoſæ, veluti pacta fundamentalia, ad inſtantiam partis privatæ convellere, ut per non obſeruantiam in contemptum, & vilipendium denique abeant, quæ authoritate Apoſtolica, & Imperiali, tanto pondere olim ſancita, hucuſque ſollicite obſeruata, & ad poſteros fideliter tranſmiſſa, hactenus pro norma, & Regula dignitatum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum in Germania habeantur: Ita ut Imperatorem Electores, alioſque Principes tam Eccleſiaſticos, quàm ſæculares, Comites, & Dynaſtas pro interceſſionalibus tranſlationum*

Digitized by Google

lationum ad Societatem præfatam, ſollicitare, in facto non ſit aliud, quàm eoſdem ad tranſgreſſionem Concordatorum Germaniæ, eiſque inſertam geſtorum nullitatem incitare; ut mirum non ſit, à defunctorum manibus eam nullitatem conclamari. De Concordatis vid. plura à n.118. Aulæ ipſius Eccleſiaſt. Loquitur autem ipſe, ut ait, in hac tota materia doctrinaliter, non iudicialiter, libenter ſolidiora docentem ſecuturus.

17. *Concludit ipſius diſcurſum Hugo Capetius Francorum Rex, ultima exhortatione ad Robertum Pium, filium ſuum; ô optime fili, aiebat piiſſimus parens inter ipſa mortis confinia, per Sanctam, & individuam Trinitatem te obteſtor, ne quando animus ſubrepat acquieſcere conſilijs adulantium, vel muneribus, doniſque venenatis, Te ad vota ſua maligna adducere cupientium, ex ijs Abbatijs, quas tibi poſt Deum perpetualiter delego, neve animi levitate ductus,* QVOLIBET MODO DISTRAHAS, *diripias, aut ira excitante diſſipes. Specialiter verò tibi inculco, nullo pacto ducem omnium, Patrem dico* BENEDICTVM *à te patiaris divelli: illum apud communem iudicem, ſalutis aditum, tranquillitatis portum poſtque carnis obitum ſecuritatis habiturus aſylum. Helgaudus Monachus Floriacenſis in vita Roberti Pij. Quos reges mirum non eſt, tam pios fuiſſe, cum alter horum, moderatorem vitæ habuerit S. Fulbertum Monachū Cœnobij S. Petri apud Carnutum, Ord. S. Benedicti; poſt Epiſcopum Carnotenſem, tantæ ſanctitatis virum, ut quandoque graviter ex morbo decumbenti per viſum apparens Beatiſſima Regina Cœlorum Virginea ubera ſugenda aperuerit, ut habet Cæſar* Cardinalis Baronius *in* Annalib. Eccleſiaſt. in Anno Chriſti 1007. & 1028. *& Helg. Vbi ſupra. Pro eorundem Concordatorum obſervatione ipſe F. Romanus* in Anchora n.125.126. *diverſa refert Brevia Apoſtolica, quibus Clemens* VIII. *Rudolpho Imperatori in cauſa Præpoſituræ Metropolitanæ Bremenſis, in quam Acatholici excluſo Catholico Apoſtolicè proviſo Weſſelo de Brugeneio, cognomento Haſencamp, Ducem Lunaburgicum introduxerant Anno* 1603. 15. *Ianuar. & Vrbanus VIII. Ferd.* II. *Imperatori in cauſa Præpoſituræ Halderſtadienſis, quam affectabat Regis Daniæ filius, reſcripſerunt, & commendarunt, ut Concordata Germaniæ obſervari curet.* 369. 370.

Hæc F, Romanus *ad Reſponſionem meam primam.*

Deinde ad *alteram meam reſponſionem* ipſe *allegat* 480. reponit, *quod* Chokier & Concordata *loquantur de digniori, & utiliori perſona eiuſdem qualitatis ſeu regularitatis, cuius eſt ipſum beneficium, ſive dignitas, cui providetur, & non alterius diverſa. Per reſervationes ait cit.* Chokier. n.25. & 26. *vigore Concordatorum Germaniæ, ſi extra curiam vacare contingat Epiſcopatum vel Monaſterium, & Prælatus qui deceſſit, non fuerit Cardinalis vel Officialis Curiæ, Electio Canonica permittitur fieri in partibus, iuxta Concordata, ibi. Item placet Nobis, quod in Metropolitanis &c. In quo tamen notes, Pontificem non ſic electione eſſe ligatum, quin ex evidenti ſeu rationabili cauſa, poſtpoſito* ELECTO, *Eccleſiæ de alio* PRAELATO *poſſit* PROVIDERE, *ut ſatis oſtendunt verba ipſa Concordatorum:* Niſi *ex Rationabili &* EVIDENTI *cauſa, ac dictorum Fratrum* 371.

(Cardinalium) conſilio, de DIGNIORI *&* UTILIORI *perſona duxerimus providendum. Vbi manifeſtè ſermo eſt de digniori & utiliori perſona eiuſdem qualitatis, cuius erat alter, per Capitulum antea electus; perſona enim inhabilis & non qualiſicata tali Prælatura, non poteſt dici dignior & utilior habili & qualificata: nec hic per Concordata ſibi Papa reſervat extinctionem dignitatis aut Monaſterij ſed proviſionem; quæ Dignitatem vel Monaſterium in ſuo antiquo Regularitatis &c. ſtatu conſervari præſupponit. Quare cum fratres Societatis* JESV *à tali Capitulo Regulari, in Abbates eligi non poſſint, ſequitur eos nec eſſe perſonas illas digniores & utiliores, de quibus Chokier & Concordata loquuntur.*

372. *Tacet hanc reſervationem de digniori & utiliori perſona in Concordatis Germaniæ ſolummodo factam eſſe in Eccleſijs Cathedralibus, & Monaſterijs eidem Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis, non verò in cæteris Monaſterijs ſacrarum virginum aut virorum. Legantur ipſa Concordata &* d. Chokier cit glo. 11. n. 3. *Tacet denique cauſam huiuſmodi proviſionis Apoſtolicæ, de digniori & utiliori eiuſdem qualitatis à Concordatis requiri evidentem. Quæ omnia in translationibus Monaſteriorum ad Societatem, eorumque Seminaria locum non inveniunt, &c.*

373. *Tertio quo ad declarationem Cardinalium* allegat. 347. 348. 349. *occurrit in margine notando aſtrum inext. atque in textu ipſo dicendo, me Theſin hoc loco poſuiſſe ex Declarationibus Cardinalium* in ſeſſ. 23. Concil. Trid. c. 18. de Reform. n. 33. *At verum non eſſe ait, ſe reſpondiſſe, Ieſuitam, qui cæteris in Seminario* VULT *anteponi, debere ſimul eſſe Grammaticum & Muſicum. Nec verum eſt ſe dixiſſe, Monachos eſſe optimos Muſicos: nec denique verum eſt, ſe voluiſſe hanc propoſitionem ex ipſo Concilio Trid. eſſe deſumptam. Ita ipſa verba ſua expandit: Debet igitur juxta mentem Sacræ Congregationis, Ieſuita eſſe Muſicus, &c. pueroſque inſtruere in arte Muſica, &c. qui vult in Seminario cæteris anteponi, quod utrum melius poſſint illi, qui ætatē in choro conſumunt, & ex inſtituto cantui vacant, an illi qui ex vocatione propria nunquam canunt, Eminentiſſimi Cardinales non expreſſerunt, ſed facile judicabunt. Quod ſi vero loquamur de iis, qui Seminaria gubernant, victus ac inprimis pietatis & educationis rationem habent, falſum eſt, Sacram Congregationem cenſuiſſe, Ieſuitas in hoc, cæteris Ordinibus eſſe præferendos. Hæc in aſtro, ubi ego, neſcit ipſe ex quo Daſipodio, ſignum &c. Volo ſignificare & Grammaticum.*

374. 3. *Toto cœlo exorbitari dicit. Quilibet verborum ſuorum eſt interpres, quare jubet me propius accedere, ut me manu ducat ad ſenſum illius &c. Ieſuita, ajebat, debet eſſe Muſicus & alius Grammaticus, pueroſque inſtruere in arte Muſica, & alter in Grammatica, qui vult in Seminario iuxta Grammaticum cæteris anteponi. Quod vtrum melius poſſint illi, qui ætatē in choro conſumunt &c. Quid iam ſupereſt &c. quod opponam?*

4. *Illud hic unicè placere dicit, quod mox ſubnectam,* Ad hæc, *inquiens,* ex Socie-
375. tatis hominibus, etiam multi ſunt Muſici. Et apud quos magis floret Muſica, quam apud Societatis Religioſos? *Iam cantare incipiunt aves &c. ſit benedictus Deus Gratulatur ex animo Societatis Religioſis pro tam præſtanti & canora Muſica, quam tamen ab ipſorum ore manibuſve reſonantem audiret libentiſſime, neſcius ſi quis*

mor-

Digitized by Google

mortalium ſemi mineri audire. Et ſi ita eſt,cur obſecrat,decretis Sacra Congregationis Cardinalium morem non gerunt? Cur nullus Magiſter Ieſuita viſitur in Seminarijs, qui pueros inſtruat in arte Muſica,quemadmodum in Grammatica? num tanta id non eſt importantiæ? num plures declarationes Cardinalium placent urbi? Laur. Forer. theſi 9. de Abbatib.

5. *Porrò Eminentiſſimi Cardinales,ſi bene penſamus,loquentes de Muſica in Seminariis docenda,non utique loquuntur de cantu figurato & flexili,ſed de firmo & Gregoriano. Nam hic, non prior ille,neceſſarius eſt in Parochiis & Eccleſiis,ad quas pueri in* 376. *Seminariis educantur & diſponuntur; hunc autem apud Religioſos Societatis magis florere,quàm apud alios Regulares Choro addictos,nemo hactenus affirmavit, &c.*

Denique generalem concluſionem,quam ex omnibus præmiſſis ſupra deductis inferebam,illam ipſe *ſub allegat.* 477.*Tit. Palea,& horti paradox.*14. 377. refert,quaſi ego eandem ex hac unica propoſitione præcedente,*In Seminariis Ieſuitæ cæteris anteponendi ſunt*,inferrem, *Ergo Monaſteria etiam non exempta non obſtantibus Concordatis ad Ieſuitas transferenda ſunt*; qui duntaxat ex ſupra deductis colligebam,Monaſteria Conventibus ob mortem omnium incolarum deſtituta, Ieſuitis vel aliis Religioſis à Superioribus legitimis neceſſitate vel utilitate exigente conferri poſſe; non autem neceſſariò debere, ſecus ac F. Romanus jactitat.

Reſponſiones ad hæcce F. Romani commenta.

Hactenus F. Romani diſcurſus. In quibus illi proprium eſt,vt vel divagetur,vel mea immutet,vel iis aliquid addat vel detrahat, vel interpolet,ut ſemper aliquid novi afferre videatur. 378. *Diſcutiuntur.*

Ad *primum* F. Romani *oppoſitum* de Concordatis Germaniæ quod attinet,non illud ex ipſis Concordatis eorumque verbis,ſed ex Hayana Concordatorum interpretatione,quæ nobis minimè pro Concordatis eſt, deſumitur,ideoque nihili æſtimandum eſt. Deinde Concordata Nationis Germanicæ noſtro caſui præſenti minimè poſſunt applicari ; quia illa teſte F. Romano,*de dignitatibus*,iiſque ut de beneficiis ſæcularibus & regularibus vacaturis aut vacantibus earumque proviſionibus loquuntur. At nos de Monaſteriis Conventu & curâ ob mortem omnium incolarum religioſorum deſtitutis,adeoque de iis locis,ubi nec datur dignitas,nec beneficiorum ſæcularium aut regularium vacatio, agimus. Igitur &c. Ut proinde falſum ſit F. Romani aſſumptum, quaſi Concordata de Monaſteriis ſive deſtitutis ſive non deſtitutis indiſcriminatim loquerentur; Item quaſi utrorumque non eſſet diſpar ratio,cujuſmodi tamen hic datur *per not.*Bald. conſ.327.n.3.vol.1.

Quòd verò in Monaſteriis Conventu deſtitutis non detur *dignitas*,patet ex eo,quia licet ipſa Monaſteria deſtituta,nomen adhuc Abbatiarum & Prioratuum retineant, adeoque videantur nomen *dignitatis* habere; attamen *dignitas* non à ſola *nominatione*,ſed ab *effectu*, id eſt, *tribus* ſignis ad 379.

digni-

Digitized by Google

dignitatem conſtituendam omnino ſubſtantialiter requiſitis deſumitur.

Cuiuſmodi ſignum *primum* eſt, ut habeat adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum cum iuriſdictione ſibi perpetuo aſſignatam; *alterum*, ut habeat nomen dignitatis & prærogatívas ſeu præcedentias in Eccleſia tam in choro, quàm in Capitulo, *Tertium*, ut ex Eccleſiæ conſuetudine habeatur pro dignitate. Rot. Rom. *deciſ.* 4. *&* 5. *n.* 1. 2. 5. 6. 7. 9. 10. *deciſ.* 6. *n.* 1. *item deciſ.* 9. *apud Tamburin, tom.* 3. *de iure Abbat.* Ubicunque igitur hæc tria dabuntur ſigna dignitatis, ibi dabitur & ipſa dignitas, Rot. Rom, *dd. deciſ.*

At ubi Monaſteria carent Conventu & cura, iſtic ea tria ſigna ſubſtãtialiter requiſita non adſunt, ut patet, ac definit S. Rota Rom. *deciſ.* 6. *n.* 1. *deciſ.* 9. *n.* 3. 4. 5. 6. 7. Igitur ubi Monaſteria carent Conventu & cura, ibi non dabitur dignitas. Fac. *&* *not.* Bald *conſ.* 327. *n.* 3. *lib.* 1.

Accedit quod in Monaſterijs nec dentur beneficia, quemadmodum ex horum definitione ſupra *in reſolutione q.* 1. *c.* 2. allata fuit demonſtratum.

380. Taceo, quod F. Romanus ipſemet *in allegat.* 195. *n.* 3. *& allegat.* 287. in Monaſterijs Conventu deſtitutis non agnoſcat ulla beneficia regularia, prout alibi & paulò poſt monui. Vt proinde perperam ipſe Concordata Germaniæ de beneficijs loquentia ad Monaſteria Conventibus deſtituta trahat & retorqueat.

381. Deinde poſito, non conceſſo, quod in Monaſterijs dentur beneficia, attamen *eorundem vacatio* non datetur. Cum Tituli in Eccleſijs non numeratis cum ipſis perſonis extinguantur & recreentur *c. dilecto. de preb. in* 6. Anton, *in c. ex parte, in princ. de conceſſ. preb. & ibi* Can, ut in reſolut. q. 1. c. 2. oſtenditur,

382. Quin etiam Concordata loquuntur de proviſionibus non vacantiũ, ſed vacaturorum beneficiorum, ut illæ à Pontifice non niſi quando beneficia re ipſa vacant & quidem tunc alternativis menſibus fiant; itaque per Concordata illa *gratiæ* duntaxat *exſpectativæ*, ſeu promiſſiones beneficiorum vacaturorum, & reſervationes in caſibus non exceptis impediuntur. Siquidem conventum eſt, ne Papa omnia beneficia in Germania per *præventionem* & *reſervationem* conferat. Chriſtin. *deciſ.* 358. *vol.* 1. *per tot.* Chokier. *in reg.* 8. *glo.* 25. *n.* 15. *& ſeqq.* Vid. *ſupra in reſolutione q.* 4 *c.* 2. *n.* 13.

383. Inſuper ut ex prædeductis ſubſumam, hîc *non de beneficijs, ſed* ut author eſt F. Romanus *d. allegat.* 194. *n.* 3. *& alleg.* 287. de *proprietate* ac *patrimonio*, nec de *proviſione per præventionem* ac *reſervationem* à Pontifice facienda agitur; præterquam quod F. Romanus allegans Concordata non docuerit, nec doceat, ea in locis, de quorum Monaſterijs agitur, fuiſſe recepta, quemadmodum docere tenebatur, iuxta tradita à Chriſtinæo. *d. deciſ.* 358. *vol.* 1. Siquidem Concordata Germaniæ non cum tota Natione Germanica, nec

Digitized by Google

nec cum ea ut univerſa, aut ejus univerſitate, cujus Dux Bavariæ membrum fuerit, ſunt inita. Nam 1. ex hiſtorijs certum eſt, quod Natio Germanica univerſa id temporis, quo Concordata ſunt inita, cum Eugenio IV. & Friderico Auſtriaco non fecerit; eò quod pars illius Nationis cũ Ludovico Bavaro, Concilio Baſileenſi adhæſerit; neque etiam Ludovicus Bavarus tanquam membrum ſeſe illis ſubmiſerit. Ut proinde F. Romanus cœcè omnino de illis Concordatis ac Ludovico Bavaro veluti Duce & membro duntaxat loquatur, contraque ipſum pronunciet. Cujuſmodi certè judicium ad doctrinam ſolam nequaquam ſpectat, ſed arguit, F. Romanum hîc ſibi judicis partes uſurpare. Sed iſthoc miſſo, ex ipſis Concordatorum verbis oſtenditur, quod Concordata ea non cum tota Natione Germanica ſint inita. Siquidem teſte ipſomet F. Romano in *allegat.* 477. *n.* 13. Nicolaus V. expreſsè teſtatur, quod inter Fridericum (Auſtriacum) Rom. Regem & NONNULLOS ALIOS Eccleſiaſticos & ſæculares Principes Nationis Germanicæ ex una, ac Ioannem ſancti Angeli Diaconum Cardinalem nomine ſuo & Sedis Apoſtolicæ &c. ex alia partibus, Concordata ſint inita. Num *nonnulli* alij F Romano intelligentur *Vniverſi*. Sed ex quo Calepino vel Daſypodio, vel etiam alio aliquo authore? *Nonnullus*, ut ait Albericus *in Dictionario ſuo & quidam* æquipollent. *de tut. & rat. diſtrah. l.* 2. §. *ſed nonnullus.* Adeoque particularem conſtituit propoſitionem, non verò univerſalem; neque etiam hanc infert, ut in Logicis, etiam tyronibus eſt notum.

Quin & univerſalis propoſitio in univerſo, particularis verò in ſingulis duntaxat operatur, ut notat Brixienſis *in repertor. verb. particulare.* Unde 384
efficitur 1. Quod Status Germaniæ, qui cum Nicolao V. Concordata Germaniæ inierunt, conſiderandi ſint ut ſinguli, non ut univerſi, ſecus ac F. Romanus perperam aſſerebat 2. Quod cum in Concordata Germaniæ non omnes conſenſerint Principes, neque etiam ubique per Germaniam ſint recepta, hinc qui ea allegat, ipſi onus probandi incumbat & docendi de expreſſa earundem acceptatione, vel tacita, quæ ex obſervantia ſubſecuta ut plurimum argui ſolet; cum id, quod obſervari videmus, ſoleat inter partes actum eſſe & conventum, *ſecundum l. quadam in fin. ff. de reb. dub.* alioquin ea allegans non poterit ijſdem gaudere. Chriſtin. *d. deciſ.* 358. *vol.* 1. Chokier & Gonzal. *ſupra cit. loc.* 3. Quod cum in Concordata Germaniæ Ludovicus Bavarus non conſenſerit, neque etiam doceatur à F. Romano, Concordata in Bavaria unquam fuiſſe acceptata, ideo ea fruſtra contra translationem Monaſterij Eberſpergenſis in Ducatu vel Electoratu Bavariæ ſiti, à Clemente Papa VIII. factam allegantur.

Taceo, quod nuſquam in Concordatis habeatur, aut legatur, quod 385
Monaſteria ob mortem omnium originariorum, vel incolarum, Conventu deſtituta, ſint alienigenis & exteris aliorum Monaſteriorum ejuſdem Ordi-

Digitized by Google

nis & qualitatis genericæ conferenda; neque etiam quod illi alij exteri aliorum Monaſteriorum ejuſdem Ordinis Religioſi, ſint per ſe ex fundatione idonei, quibus Monaſteria Conventibus deſtituta conferri debeant. Cum ejus contrarium ex Didac. de Spino, *in Spec. teſtam. glo. 3. princ. n. 32. c. hortamur. 71. diſt.* atque Alexandro Papa VI. tum etiam ex Trithemio *cit. locis in reſol. q. 3. & hujus q. 6.* oſtenderim.

386 Ex quibus ſupra deductis conſequens eſt, quàm multis ex capitibus F. Romanus in applicatione Concordatorum ad præſentem caſum noſtrum deficiat; illud verò pro nobis contra ipſum faciat, quod cui verba Concordatorum (uti hic) applicari nequeunt, illi nec ipſa Concordata conveniant. *per l. 4. §. toties ff. de damn. infect.* Neque illud diſſimulandum, quod F. Romanus *pro mea propoſitione de Monaſterijs morte omnium originariorum vel incolarum deſtitutis, ibique nullis alienigenis vel exteris aliorum Monaſteriorum ejuſdem Ordinis ſubſtitutis loquente* perperam ſubſtituat aliam omnino diverſam ad Monaſterium Eberſpergenſe aliaque ipſi ſimilia cœnobia limitatam propoſitionem.

387 Et eſto, quod ego de caſu, non quo omnes mortui, ſed malè duntaxat & flagitiosè viventes ſupponuntur, agerem, illicque Concordata Germaniæ acceptata eſſent, uti in Bavaria non ſunt acceptata, nihilominus ne tunc quidem Concordata Germaniæ (ſi probentur iſtic recepta eſſe) mihi in eo caſu adverſabuntur. Quia licet Concordata & pacta conventa inter principem & ſubditum, inter Dominum directum & Vaſallum inita, ſint ſanctè ſervanda *c. 1. de pact. & ibi. Can. l. Iuriſgentium 7. §. ait prætor. ff eod.* attamen ſubditus flagitiosè vivens, & Vaſallus in Dominum peccans, non obſtantibus Concordatis, & pactis conventis, jure vel feudo ſuo privari poterit. *per not.* Bald. *conſ. 483. n. 1. lib. 1.* quando nimirum hic Dominum ſuum directe vel indirecte in perſonis ipſi ſubjectis vel affectis, vitiatis graviter lædit, atque ita Dominum ſuum cucurbitat. *per c. un. §. item ſi fidelis. quib. mod. feud. amitt. 1. feud. tit. 5. & c. un. §. rurſus. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. & ibi Interpp.* quos ſequitur Vult. *de feud. c. 11. n. 31. & ſeqq.* Sonsbec. *de feud. part. 12. n. 16.* Zaſ. *part. 10. n. 24.* Schrader. *part. 9. c. 2. per tot.* Roſenthal. *c. 10. concl. 27. 28. & 29.* vel quando res ipſius Domini diſſipat, aut notabiliter deteriores efficit. *per c. un. §. è contrario. de inveſt. de re alien. fac. 2. feud. tit. 8. c. un. §. præterea ſi Vaſallus.* ibi *aut patrimonij grandem jacturam facere molientem, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. c. un. §. quicumque advocatiam*, ibi, *vel aliquod aliud beneficium inornate (alij legunt inordinate) tractaverit. de pace tenenda. 2. feud. tit. 27.* Vult. *d. c. 11. n. 39.* Zaſ. *part. 10. n. 54. & part. 7. n. 54.* Sonsbec *part. 12. n. 67.* Schrader *part. 9. c. 6. n. 59. & ſeqq.* Roſenthal. *c. 10. concl. 33. per tot.*

Similiter emphyteuta re Emphyteuticâ malè utens, eam amittit. *Auth. qui rem. C. de S S. Eccl. Novel. 120. c. 8.* Baſileen. *tom. 5. diſput. 42. cap. 11. theſ. 14. 15. diſp. 43. theſ. 10. 11.*

388 Unde à pari, quando Monachi Eberſpergenſes Domnum Papam indire-

Digitized by Google

directè in perſonis ipſi ſubjectis & affectis Chriſtoque deſponſatis eas vitiando, graviter læſerunt, ac quaſi cucurbitarunt, tum res Eccleſiaſticas malè ac luxurioſè vivendo deteriores effecerunt, juſtè à S.mo D. N. Clemente VIII. non obſtantibus Concordatis Germaniæ & pactis Conventis, quæ tamen iſtic in Bavaria non erant recepta, rebus beneficiarijs, (ut appellat F. Romanus) quæ tamen pro ipſis Benedictinis non erant omnium primò fundatæ, privati fuerunt. *per not.* Anchar *in c. Religionum. ſub n. 2. de Rel. dom. in 6.* Siquidem pacta conventa & concordata, non niſi de rebus honeſtis aut ſaltem indifferentibus, minimè autem de rebus inhoneſtis ac ſceleribus iniri poſſunt, atque honeſtè inita, ſceleribus minimè patrocinari debent, quippe aliàs futura captioſa, & Reip. damnoſa; adeoque nulla. Io. Andr. Hoſt. Anton. de Butr. *in d. c. 1. de pact.* Onnat. *in tractat. de contract. diſp. 16 ſect. 8. num. 125. & ſeqq. tom. 1.* Conſequenter, d. Concordata nulla, in tali caſu, Pontificem, Eccleſiæ univerſalis caput, ac malefactorum vindicem nequaquam impedire poſſunt, quo minus de flagitioſis pœnas meritas ſumeret. Cum quod nullum eſt, nullum præſtet, (uti hîc juſtitiæ vindicativæ) impedimentum. *per c. non præſtat impedimentum. De R. I. in 6.* *Pacta quando obligent, quando non.*

Nunc verò, quòd Monachi Eberſpergenſes ſcandaloſè vixerint, ac Domnum quaſi cucurbitarint, eſt nimis manifeſtum ex litteris Sereniſſimi D. D. Guilielmi Ducis Bavariæ ad Sereniſſimum & Reverendiſſimum D. D. Erneſtum, Archiepiſcopum Colonienſem S. R. I. Principem Electorem. 19. Febr Anno 1597. datis, atque ex Archivo Electorali Bavarico mecum communicatis, quas hactenus noſtri quoad clauſulam huc concernentem ſuppreſſerant, egoque lubens ſupprimere cogitaram, niſi à F. Romano propter importunam ejuſdem inſtantiam, illas ſuæ integritati nunc redonare fuiſſem coactus. Eas cum alijs documentis Benevolus Lector *in tractatu noſtro 3.* videre poterit. 389

Neque obſtat, quod Cyriacus Empel ultimus Monaſterij Eberſpergenſis Adminiſtrator poſt factam ejuſdem Monaſterij translationem, ad Monaſterium Woltenburg ejuſdem Ordinis S. Benedicti vocatus fuerit, ut iſtic Adminiſtrator præeſſet, beneque uſque ad annum 1610. præfuerit; quia ipſe prius in Monaſterium Eberſperg miſſus fuerat, teſte Hundio *in Metropoli Salisburgenſi*, tertius Adminiſtrator, ut illud in moribus reformaret; At cum nihil proficeret, eò quòd Monachi incolæ in ſua luxurioſa vita perſeverarent, juſtiſſimè Clemens Papa VIII. motus fuit, ut ad tollenda tam gravia ſcandala Conventus Religioſorum inde ſummoveretur, ac locus ipſe alijs alterius Ordinis Religioſis concederetur, qui vitæ exemplo ac doctrina, exteros offenſos reædificarent, atque erigerent, *per not. Ud. in c. 2. de nov. oper. nunc. c. relatum. ne clerici vel Monachi.* Socin. *in c. dilecta n. 92. de exceſſ. Prel.* Anton *in c. 2. de donat.* Afflict. *lib. 3. feud. de capitul.* Corradi. *in verb. & iterum ſi clericus fiat. n. 2. verſ. ſecundo caſu.* 390

o 2 Simi-

Similiter non obſtat, quod à F. Romano aſſerantur in d. Monaſterio
391 adhuc 8. fuiſſe perſonæ, tum quia multitudo perſonarum peccantium non parit delicti impunitatem; tum quia tantò gravius erat ſcandalum, quo plures iſtic relictæ perſonæ peccato luxuriæ indulgebant. Quòd verò F. Romanus *ibidem n. 7.* aſſerit, *quaſi cauſa translationis illius, aliorumq́ Monaſteriorum in Papa, fuerit impetrantium inſtantia. quam vel reſpectus potentiæ vel importunitas facilè comitantur*, eſt mera calumnia, ſi Societati F Romanus illud velit hic applicare. Quia Societas noſtra pro Monaſterio Eberſpergenſi, nunquam apud ſuā Sanctitatem vel ullum Principem inſtitit; imò nec illud oblatum quidem voluit acceptare, ſed recuſavit, uſque dum à ſua Sanctitate ipſum acceptare cogeretur: quemadmodum ex Authentico documento litterarum Ducis Bavariæ Guilielmi ad Reverendiſſimum & Sereniſſimum Electorem Colonienſem Erneſtum *f. rec. 19. Febr.* 1597. datarum, atque à Laymanno in juſt. defenſ. litt. GG. editarum patet, quas ex ipſo Archivo Bavariæ, ego ſuæ integritati reſtitui, pro ut in tract. noſtro 3. videre eſt. Ut proinde his contraria F. Romani aſſertio maxime hæreticorum cogitatus involvens, ſit temeraria, atque omnino calumnioſa, ideoque merito reijcienda, neque ullatenus Concordatorum verbis fulciatur, quemadmodum jam fuit oſtenſum.

392 Et alioquin videre eſt, quod pacta luxurioſæ vitæ minimè patrocinentur, quo minus de ea ſupplicium, ac meritæ penæ ſumantur.

Quando igitur Pontifex Monachos illos ob luxurioſam vitam amovit, alioſque alterius Ordinis Religioſos, ut fructum ferrent, ibidem ſubſtituit, non fuit opus ulla Concordatorum derogatione; prout perperam hac in translatione Monaſterij Eberſpergenſi F. Romanus requirebat; Cum ſe ipſos Monachi Eberſpergenſes flagitioſâ ſuâ vitâ indignos titulis ac bonis illis reddiderint.

393 §. Figmentum eſt Hayanum, quod ex *Defunctorum manibus* nullitas translationis conclametur, ſicut & quod de *Interceſſionalibus Principum* refertur. vid. tract. 3. & 4.

Neque opus eſt, ut ſuppreſſio & extinctio titulorum explicitis fiat verbis; Cum virtualis ſufficiat, quæ per abſolutam excluſionem, ac introductionem aliorum alterius Ordinis Religioſorum inducitur, ut *ſup. in reſolut. q. 1. c. 2.* doctum fuit.

394 Quod F. Romanus refert, uniones variorum Monaſteriorum Societati in Bullis Apoſtolicis factas, & quidem nominatim *Griffen*, Præmonſtratenſis, & *Arnoldſtein* S. Benedicti Ordinum in Carinthia, per Epiſcopum Bambergenſem, tum *Albæ Dominarum* ejuſdem Ordinis S. Benedicti, per Eminentiſſimum Archiepiſcopum Trevirenſem & Principem Electorem; nec non *Dernburg* in Diœceſi Hildeſienſi, per Illuſtriſſimum Epiſcopum & Principem Oſnaburgenſem &c. impeditas fuiſſe, eſt Relatio à Cretenſibus hauſta, quibus nihil eſt fidei tribuendum, prout in *tract. 3. cap. 1. ſect. 1. §. 2.* oſtendetur.

Si-

Digitized by Google

Siquidem Monaſterium *Griffenſe* non Societati à Clemente VIII. fuit unitum, ſed duntaxat in alimoniam pauperum ſtudioſorum Græcii fuit aſſignatum. Prout in *Tractatu tertio* videbitur.

De Monaſterio *Arnoldſtein*, quod exile admodum eſt, ne quidem fuit cogitatum, ut illud Societati aſſociaretur, nec unquam F. Romanus contrarium nudè & temerè aſſerens (quemadmodum *ex l. 2. ff. de probat.* tenebatur) docere ac probare poterit; ſicuti nec de Monaſteriis *Albæ Dominarum*, & *Dernburg*. Cum neque illius neque hujus in deſignatione Apoſtolicâ & Cæſarea Monaſteriorum quorundam Societati uniendorum & unitorum, ulla omnino fiat mentio, quemadmodum ex deſignatione eadem ad Acta Compulſoria coram admodū Reverendo & Eximio Domino *Ioanne Maes*, P. M. SS. Theologiæ Licentiato ad D. Cuniberti Decano & Compulſore Apoſtolico exhibita manifeſtum eſt, ſicut mihi Nobilis ac Clariſſimus *D. Petrus Maes* modo nominati Prælati Germanus frater, in cauſa Beſelicenſi olim Referendarius, ac Sereniſſimi Archiepiſcopi Colonienſis, S.R. Imp. Principis Electoris Conſiliarius & Commiſſarius Aulicus teſtis eſſe poteſt. Et alioqui exadverſum non oſtenditur, ullū in Diœceſi Trevirenſi extare Monaſterium, quod Alba Dominarum vocetur. Olim illuſtriſſimus Princeps Elector *D. Ioannes à Petra* ſive Von der Leyen/ Archiepiſcopus Trevirenſis moderni Eminentiſſimi Principis Electoris *D. Caroli Caſpari à Petra*, ſive Von der Leyen agnatus, Collegio Trevirenſi à Summo Pontifice incorporationem *Monaſterii S. Barbaræ* obtinuit, quod etiamnum beneficio Electoralium ſuarum Celſitudinum & Eminentiarum Societas noſtra poſſidet. Cæteroqui Monaſterium *Albæ* Dominarum in diœceſi Spirenſi quod attinet, de eo *in ſuprad. tract. 3. cap. 1. ſect. 1. §. 2.* oſtendetur, quod nihil ſimile ſubſit. Vt proinde contraria F. Romani ac quatuor Prælatorum ex diverſis Ordinibus in libello ſuo ſupplici Imperatori ac Statuum Imperii Delegatis Ratiſponæ ſub an. 1641. exhibito, facta relatio falſis narratis innitatur, adeoque ſit ſub- & obreptitia, ſeu à veritate longe aliena, quemadmodum pluribus in tract. 3. oſtendetur.

Hugo Capetus de Monaſterijs Conventu inſtructis, non deſtitutis loquitur, ideoque nihil ad rem præſentem facit. Similiter quod Pontifices proviſionem ſuam de Præpoſituris Metropolitanæ Bremenſis & Cathedralis Halberſtadenſis Eccleſiarum, ſecundum concordata Germaniæ juſſerint manuteneri, in Collegio non emortuo, quomodo huc applicari queat, nemo videt, ut proinde fruſtra ea huc allegentur. 395

Reliqua F. Romani contra 2. meam Reſponſionem commenta diluuntur.

Quod F. Romanus circa *alteram* meam Reſponſionem movet, *alleg.* 480. quaſi *ego Societatis noſtra Religioſos cæteris digniores & utiliores* aſſeram, fallacia eſt. Siquidem non meum hîc interpoſui judicium, ſed ſenſum duntaxat retuli S.R.E. Cardinalium, qui Societatis noſtræ Religioſos cæteris in 396

Digitized by Google

Seminariis anteponendos eſſe declararunt. An non aliud eſt, referre, quid Cardinales de noſtræ Societatis Religioſis ſentiant, & aliud, quid ego de iiſdem Religioſis judicem. Quod ſi F. Romanus de eo dubitet, poterat illud à Chriſto ipſomet, ejuſque Diſcipulis Apoſtolis doceri, qui prius relatis variis hominum de Chriſto filio hominis judiciis, ubi demum ſuam rogati fuerunt, dixêre ſententiam, eorumque nomine illam Sanctus Petrus expoſuit. *Marc.* 8.27. ut oſtenderetur, aliud eſſe aliorum, & aliud proprium de aliquo judicium.

Deinde quod F. Romanus per *digniorem & utiliorem* in Concordatis Germaniæ, *perſonam ejuſdem Qualitatis & Ordinis, cujus erat præcedens*, intelligat, eſt manifeſtè falſum. Siquidem ſua Sanctitas beneficium in Capitulo *Monaſterienſi* Weſtphaliæ, ubi non niſi *Nobiles Equeſtris Ordinis* ex ſtatuto per Sedem Apoſtolicam approbato admittuntur, vacans, non Nobili, *ſed litterato* alicui ex hac ipſa clauſula contulit, qui etiam fuit admittendus, prout ex Chokier *ad Regul.* 16. *Cancellar. de non toll. jure quaſ. n.* 20. atque ex Rot. Rom. *deciſ.* 492. *in* 2. *part. lib.* 3. *diverſ.* manifeſtum evadit.

Utrum verò clauſula illa *de digniori & utiliori perſona* loquens debeat ad Cathedrales Eccleſias & Monaſteria immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjecta reſtringi, non eſt F. Romani definire, ideoque eiuſdem definitio nihili eſt facienda.

397 Sed ne F. Romanus circa hæc & ſupra deducta tricari poſſit, poſito etiam, non conceſſo, quod Concordata de Monaſteriis Conventu deſtitutis loquerentur; uti non loquuntur, tunc notandum eſt, *duplex* in iis intervenire *pactum*, quorum alterum teneat ſe ex parte Summi Pontificis *negativum*; ne videlicet ipſe Pontifex ſua poteſtate in beneficiis vacantibus & vacaturis conferendis (quâ Epiſcopis præeminet & cum iiſdem concurrere poteſt. *c. dudum, de præb. in* 6.) indiſcriminatim pro omni loco & tempore, ſed in quibuſdam locis Germaniæ, certis duntaxat in menſibus alternativis, iiſque prioribus, *nimirum Ianuario, Martio, Majo*, &c. non verò poſterioribus *Februario, Aprili, Iunio, &c.* & quidem quoad beneficia vacantia, minimè quoad vacatura uteretur; Conſequenter gratiæ tollerentur præventivæ Chriſtin. *d. deciſ.* 358. *vol* 1. Chokier *in regul.* 8. *Cancellar. glo.* 11. *n.* 16, 18. Alterum *pactum* tenet ſe ex parte Epiſcoporum & Prælatorum quorundam Germaniæ, eſtque *affirmativum*, ut videlicet, Epiſcopi & Prælati illi Germaniæ in ſuis Epiſcopatibus & diſtrictibus &c. beneficia vacantia alternativis menſibus poſterioribus, nim. *Febr. April Iun.* ſine concurſu Pontificis, conferre poſſint, ut ita in Concordatis Germaniæ non æqualis nec eadem ſit Pontificis & aliorum quorundam Epiſcoporum ratio, quemadmodum F. Romanus gratis aſſumit.

398 Quamvis autem per prius pactum *negativum* Pontifex obligetur, ne in certis locis Germaniæ menſibus alternativis poſterioribus cum ordinariis

in

in beneficiorum vacantium proviſione concurrat, neque etiam per gratias expectativas præveniat, eò quòd pacta ex ratione naturali veritatis & fidelitatis ſanctè ſint obſervanda, *Prov.6.1. 1.Theſſ.4. v.6.c.1. de pact. & ibi* Can. *l. Iuriſgentium 7. §. ait prætor. ff. eod.* ne alioquin quis alterum in ſuis promiſſis fallat aut decipiat, *contra l. ſi quis in conſcribendo.* C. *& l.1. ff. de pact.* quæ ratio vel maximè in principe obtinet, ut ſit in verbis verax atque in promiſſis fidelis; cum eius cōtrarium quàm maximè principem dedeceat, ac fidem fallendo lætiferè ſit peccaturus. *d. c. 1. & ibi Can. de pact.* Bald. *conſ.326. & conſ. 327. n. 1. & ſeqq. vol.1.* ubi *n.4.* dicit, quod *principem deceat habere unum calamū, & unam linguam, non verò plures calamos, ut ita dicat, quod ſcripſi, ſcripſi; nec plures linguas, ut de ipſo aſſeri poſſit, quæ proceſſerunt de labiis meis, non faciam irrita, ideoque princeps erit immobilis, ſicuti lapis angularis & ſicut polus in cœlo, quia varietas & vacillatio eſt legibus inimica, & doli mali materia,* ut not. *in Auth. de Religioſis § fin. & c.* Accedit, quod ex jure naturæ quis obligetur, ut quod quis ſibi nō vult fieri, alii non fecerit, *glo. in §. juris præcepta. verb. alterū non lædere, Inſt. de Iuſt. & jure in l. Iuſtitia §.1. verb. in decretis, ff. eod. in princ. ff. quod quiſque jur. in al.* Matth.7. v.12.

Attamen ſi publica Eccleſiæ utilitas vel neceſſitas pro locorum & temporum circumſtantiis exigeret, ut de beneficiis vacantibus aut vacaturis itemque de Monaſteriis Conventu deſtitutis aliter videretur diſponendum, poterit Pontifex non obſtantibus Concordatis ſeu pactis cum ſubditis initis & Conventis, etiam aliter diſponere; tum quia Pontifex quà Pontifex exiſtens & manens per pactum prius *negativum* poteſtatem ſuam, quam immediatè à Chriſto tanquam ejus *caput miniſteriale* & *Vicarium* de bonis Eccleſiæ ſubditæ in ejuſdem utilitatem diſpenſandi accepit, à ſe abdicare ſeu renūtiare nec voluit, nec potuit; eò quòd quis juri privato pro ſe & in ſuam privatam utilitatem; non verò juri publico & quidem ut hic, divino, publicam Eccleſiæ utilitatem concernenti renuntiare poſſit, *per l. jurisgentium §. ait prætor. & c. ff. de pact. Fac. not.* Bald. *conſ.326. n.5.6. & c. vol.1.* Et implicet, ut *caput corporis hierarchici* vel ſacri politici, quà tale conſideratum non ſit caput nec habeat poteſtatem capiti ejuſdem corporis hierarchici jure divino competentem; cū per illam poteſtatem in eſſe capitis conſtituatur. per *l. poteſtatis & ibi Dd. ff. de V.S.* Faciunt. not. Theol. *in 2.2.* Bald. *conſ.483. vol.1.* tum quia pacta utilitati publicæ adverſantia, ſunt ipſo jure nulla *d. l. jurisgentium 7 §. ait prætor. & § ſi paciſcar. l.38. l. inter debitorem 42. ff. de pact. l. nec ex prætorio. ff. de R. I.* Ioan. Andr. Hoſt. Anton. de Burr. *in d. c.1. de pact* Felin. Panorm. Barbar. & alii *in c.1. de probat.* ubi ex profeſſo hæc materia à Canoniſtis tractatur. Bald. *d. conſ.483. n.1. vol 1* Petrus Onnate *de contract. tom.1. diſput.16. ſect.8. num.125. & ſeqq.* Quia pacta, ut ſint ipſo jure valida, requirunt, ut in ipſis legitimus duorum pluriumve conſenſus de aliquo poſitivè vel negativè præſtando interveniat; Cū hujuſmodi legitimus conſenſus ſit intrinſeca & eſſentialis forma, per quam pacta in eſſe ſuo conſtituantur *l.1. ff. de pact. c.1. extra eod. & utrobique Dd.* 399

Digitized by Google

Dd. Tholoſan. *in Syntagm. jur. can. lib.*3.*Tit.*1.*c.*1.*&* 2. At ubi duorum pluriũve de aliquo poſitivè vel negativè præſtando, quod utilitati publicæ Eccleſiæ adverſatur vel repugnat, conſenſus intervenit, iſtic non intervenit legitimus de eo præſtando conſenſus, *dd. jurib.* Igitur ubi duorum pluriumve de aliquo poſitivè vel negativè præſtando, quod utilitati publicæ Eccleſiæ adverſatur vel repugnat, conſenſus intervenit, iſtic non erunt ipſo jure pacta valida adeoque ipſo jure erunt nulla. Conſequenter non obſtantibus hujuſmodi pactis Conventis ſeu Concordatis utilitati publicæ repugnantibus, poterit Pontifex in utilitatem Eccleſiæ ſuâ poteſtate (quæ alias quoad exercitium quorundam actuum per pacta legitima impediebatur) uti, atq; Eccleſiam Parochialem, vel etiam beneficiũ aliquod ſæculare Monaſterio vel alicui alii loco pio propter Eccleſiæ utilitatem unire, ut concedunt omnes, quorum ſententia etiam ex eo *confirmatur*, quod in d. pactis Conventis, ſeu Concordatis Pontifex non ſeſe obligarit, quod velit beneficia in *ſtatu collativo* vel *electivo* relinquere, neque pro Eccleſiæ utilitate ſtatum ſæcularitatis vel regularitatis mutare; Ut proinde ex Concordatis Germaniæ non poſſit dici, Pontifici ejuſmodi impoſitam fuiſſe obligationem.

400 Accedit, quod per hujuſcemodi unionem Epiſcopis, qui contraxerũt, nihil juris decedat, ſecus ac F. Romanus perperam volebat. Siquidem hi *ex dd. Concordatis* jus & poteſtatem acceperunt beneficia vacantia in ſuo ſtatu relicta certis menſibus alternativis conferendi; non autem de ijs, quorum ſtatus à Sede Apoſtolica fuit mutatus, diſponendi; neque etiam in ijſdêm ſtatuitur, quod Pontifici de Monaſteriis aut Eccleſiis Conventu, clero, ac populo deſtitutis, adeoque quæ ſtatum ſuum negativè duntaxat mutatunt, non liceat diſponere, aut etiam pro utilitate Eccleſiæ eorundem ſtatum poſitivè ſubſtituendo alios alterius Ordinis immutare: Conſequenter quando Pontifex etiam de Monaſteriis Conventu deſtitutis pro utilitate Eccleſiæ vel ea aliis alterius Ordinis Religioſis domibus uniendo, vel alia ratione diſponit, minimè Concordatis Germaniæ aut pactis Conventis, ſi ea iſtic recepta eſſe probarentur, contraveniet, ſed ſuo duntaxat utetur jure ac poteſtate, quâ legitime utendo, nemini facit injuriam *per l. Nullus dolo. ff. de R. I.*

401 Ita nec Concordatis Germaniæ ſeu pactis Conventis Superior Eccleſiaſticus contraveniret, ſi Eccleſiaſticos vel Religioſos ſive ſingulos, ſive ut univerſos alicujus loci incolas ſibi ſubditos, ob flagitioſam vitam, beneficiis, ac titulis privarit, ac Monaſteriis excluſerit, tum de iis in alium uſum piũ pro Eccleſiæ utilitate diſpoſuerit: quia alias d. Concordata ſeu pacta conventa forent captioſa ac damnoſa Eccleſiæ, adeoque nulla per *not.* Ioan. Andr. Hoſt. & Anton. de Butr. *in d. c.*1. Petri Onnati *ſupra d. loc.* Ratio enim eadem, quæ paulo ante fuit allata, hic militaret, ut manifeſtum eſt. Vt proinde

Digitized by Google

proinde ubi eadem militat ratio, etiam idem jus obtineat *l. illud. Ad l. Aquil. l. 1. §. 1. de fonte.*

401 Quin, non nemo in controverſiam vocare poſſet, *utrum Nicolai V. Concordatis, quæ ipſe cum Natione Germanica iniit, alii Pontifices, quatenus illis Concordatis Pontificiæ poteſtatis uſus in aliquibus impeditur, neque ea ab ipſis fuerunt ſponte acceptata, teneantur*; nam quatenus Epiſcopos alioſque Prælatos Germaniæ, qui ex iiſdem jus, beneficia certis alternativis menſibus vacantia conferendi acquiſitum habent, concernunt, videntur iis ſe obligaſſe Epiſcopi. *per not. Dd. apud Petr. Onnat. ſupra cit. loc.* & Porc. *lib. 5. comm. opinion. concl. 18.* Pontifices verò ſucceſſores iis non obligantur, ſed poterunt pro Eccleſiæ neceſſitate vel utilitate de bonis ac beneficiis Eccleſiaſticis diſponere. Ratio eſt, quia Pontifices ſucceſſores non à prædeceſſoribus ſuis, nec à Prælatis Germaniæ, ſed à Deo immediatè hoc ipſo, quod ſint legitimè electi in caput Eccleſiæ, ſuam accipiunt poteſtatem, Fac. *c. venerabilem. de elect. c. ſignificaſti eod. c. ubi periculum. eod. in. 6. c. ad Apoſtolicæ. de re jud. eod. lib. Clem. ne Romani. de elect.* adeoque ejus poteſtatis uſum non videntur prædeceſſores ipſius vel Prælati Germaniæ per pactum reſtringere & impedire poſſe. Canon. *in c. 1. de probat. & ibi.* Ioan. Baptiſt. Ferret. *n. 6.* ubi hanc difficultatem movet ex Bald. *in l. 1. ff. de conſtit. princ.* ubi quidem ratione Imperatoris eam ſolvit Reſpondendo, quod licet Imperatoris ſucceſſor non à prædeceſſoribus ſuis, ſed per electionem jus in Imperiũ conſequatur; tamen ſi ipſe nomine Imperii contrahat, tunc etiã ſucceſſor Imperatoris ligetur, & rectè; quia jus aliquod ad Imperium ab ipſo accipit, at ibi nihil ſimile de Pontifice ejuſque ſucceſſore definit, ubi ſecus ſe res habet. Cum Pontifex jus ſuum non ab Eccleſia, ſed immediatè à Chriſto accipiat. Eò facit, quod princeps regalia principalis ſtatus, vel jus regium in præiudicium ſui ſucceſſoris, qui ab ipſo titulum non habet, per pactum abdicare & renunciare non poſſit. Felin. *in c. 1. de prob.* Porc. *d. loc. & ibi Dd. cit.* Igitur à pari nec videtur Pontifex prædeceſſor, qualis fuit in hiſce Concordatis Nicolaus V. ſupremam poteſtatem in præiudicium ſucceſſoris, qui ab ipſo titulum non obtinet, per pactum abdicare & renunciare poſſe.

402 Sed quidquid de hoc ſit, ſaltem ex prioribus relinquitur, quod pactum utilitati publicæ adverſans vel damnoſum non valeat, adeoque non impediat, quò minus Pontifex in utilitatem Eccleſiæ poteſtate ſua uti poſſit; Cũ *non præſtet impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum. de R. I. in 6.* Bald. *conſ. 483. vol. 1.* Alia eſt ratio contractuum ſive lucrativorum ſive oneroſorum cum ſubditis initorum, ex quibus dominium &c. ſubditis eſt acquiſitum; hi enim per ſucceſſorem nonniſi graviſſimis ex cauſis revocari poſſent, *per not.* Canon. *in d. c. 1. de probat.* atque de his ſolum, non autem de aliis F. Romani rationes concludunt.

403 *Commenta Hayana.*

Tertiò quod F. Romanus *allegat.* 347. 348. 349. circa Grammaticum

Digitized by Google

& Muſicum *ex ſui Aſtri.q.2. n.*38. affert, hoc ipſum meam non evertit, ſed cõfirmat deductionem; quâ oſtendebam Cardinalium declarationem ab ipſo perperam accipi. ſiquidem verba d. declarationis de Muſico & Grammatico in plurali de Ieſuitis diſponentia, ipſe *cit. loc.* in ſingulari, quaſi de uno Ieſuita loquentia refert. *Debet igitur*, inquiens, *juxta mentem Sacræ Congregationis Ieſuita eſſe Muſicus &c.* Deinde dictio illa &c. poſt relatam partem diſpoſitionis ſeu declarationis Cardinalium comprehendit etiam verba ſequentia in illo actu diſpoſitionis, *per not.* Barb. *in clauſ. cæterata.n.*10.

His duabus rationibus ubi advertit F. Romanus ſe non poſſe ſatisfacere, ipſe iis diſſimulatis, nunc recurrit ad interpretationem conceptus ſui in mente retenti, ſed verbis non expreſſi obtendens, quod quilibet verborum ſuorum ſit interpres.

404 Verum quomodo F. Romane, hæc verba *Aſtri* in ſingulari numero prolata, *Ieſuitæ debet eſſe Muſicus &c.* dices, te nunc interpretari; quibus in ſuo

Diſcutiũtur.

ſenſu relictis aliam omnino addis propoſitionem antea verbis non expreſſam? Tum ego à te quæro, quod ſi alium intellexiſti Grammaticum, & alium Muſicum, quomodo igitur per Monachum Muſicum voluiſti excludi Ieſuitam Grammaticum, qui in Seminario aliis ex Cardinalium declaratione venit anteponendus? Quorſum enim hæc tendunt, quæ ibidem in Aſtro ſubjicis, *quod utrũ melius poſſint illi* (*videlicet inſtruere* in arte Muſica) *qui ætatem in choro conſumunt, & ex inſtituto* CANTVI VACANT; *an illi qui ex vocatione propria* NVNQVAM CANVNT, *Eminentiſſimi Cardinales non expreſſerunt*, ſed *facile judicabunt.* Annon per hoc eos, qui in choro Cantui vacant, præferri cupis iis, qui nunquam in choro canunt, eò quod illi in arte Muſica melius inſtruere poſſint? quod ſi de ſolo Muſico loquaris, nec Grammaticum ſimul intelligas, quomodo jam Ieſuitas voles excludere, aut quid ad rem affers? certè nihil. Manet igitur in ſua integritate hæc Cardinalium declaratio. *Ante omnia in Seminariis eſt conducendus Grammaticus & Muſicus.* Qui *pueros* INSTRVANT, *& ſi reperiantur* IESVITÆ, *cæteris anteponendi ſunt.*

405 Quod verò objicit F. Romanus, *quaſi nullus in Seminariis viſatur Ieſuita, qui pueros inſtruat in arte Muſica, loquendo de cantu firmo & Gregoriano, non de figurato & flexili*, eſt aſſertio omni deſtituta veritate. Non quidem Societatis noſtræ Religioſi in Seminariis quibuſdam Monachorum viſentur; at ſecus eſt in Seminariis compluribus Clericorum ac ſtudioſorum, ubi ipſos, plures ex noſtris in artibus liberalibus ac pietate inſtruunt, quemadmodum quotidiana experientia conteſtatur.

406 Neque video, quid contra hanc Cardinalium declarationem faciat illud, quod *plures deciſiones placeant Vrbi, non Orbi*, niſi quod per eandem modò allatam Cardinalium declarationem evertere cogitet, quàm bene autem, ipſe viderit.

Neque eſt, quod illud dictum P. Forero, quaſi ab ipſo profectum invidioſè

Digitized by Google

dioſè aſſeribat; Cum ſit Doctiſſimi Martini Navarri, qui *lib. 5. conſil. titul. de ſent. excomm. conſ. 11. §. Tum quia ſicut nō omnes*, in eadem materia iſtud uſurpaverat, prout apud ipſum Navarrum *cit. loc.* videri poterit; vel certe apud Stephanum D. Alvino *in tract. de Epiſc. Abb. & Abbatiſſ. poteſt. cap. 28. fol.* (*mihi*) 176, 177. qui ibidem iſtud ex d. Navarro retulit.

Porrò quod F. Romanus *ſub allegat.* 477. *Tit. Palea & Herti paradox.* 14. *n.* 30. 31. cum Alphonſo Vargas *in c.* 41. aſſerit, quaſi ego concluſionem hanc meam (*unde relinquitur, Pontificem poſſe, non obſtantibus Germaniæ Concordatis, Monaſteriis etiam non exemptis de utilioribus proſpicere perſonis*) ex immediatè præcedente Reſponſione ad objectionem F. Romani circa declarationem Cardinalium datâ inferam, eſt omnino cavillatoria & frivola aſſertio, omnia alia ſupra deducta, ex quibus ipſa deducebatur, præſecans; quæ tamen omnia, particula (*unde*) ſimul includebat. Cum dictio (*unde*) non tantùm idē, quod *ex quo, vel ex qua* immediate præcedente, ſed etiam *ex quibus præmiſſis*, ſignificet. Vid. Barboſ. *in dictione. unde* 433. *n.* 3. ut proinde hic illius ſit ac fuerit ſenſus; *Ex quibus præmiſſis relinquitur.* &c. Deinde verbum (*relinquitur*) junctum clauſulæ (*non obſtantibus Germaniæ Concordatis*) arguebat, quod hæc concluſio non ad immediate præcedentem, ſed ad priores §§. præmiſſos, in quibus de Concordatis Germaniæ agebatur, ſit referenda. Nec tamen §. immediate præcedens propterea impertinenter fuit allegatus; quia cum oſtenderetur, quod nō obſtantibus Concordatis, Pontifex poſſet Eccleſiæ de utiliori perſona providere, incidebat quæſtio, quænam igitur *viderentur utiliores perſonæ* eſſe, quæ quæſtio incidens dum ſimul cū *principali* quæſtione reſolvitur, non poteſt dici impertinens eſſe, nec impertinenter reſolvi. Cum aliquo modo ad ipſam principalem quæſtionem ſpectaret. 407

Sed ut abſurdum F. Romani argutandi modum cuivis ob oculos ponam, adjicio, quod ipſe non aliter arguteretur, ac ſi quis in ratione pluribus ex ordine recēſitis numeris & ſubductionibus factis, tandem poſt n. 70. ſubjiceret, unde relinquitur, non obſtantibus variis ſubductionibus, mihi adhuc deberi 1000. Alius verò ſic poſtmodum argutaretur, *reliquum illud non eſſe juſtum, eò quod ex immediate præcedentibus* 70. non poſſint 1000. relinqui. Annon hic ab omnibus rideretur, quod ex 70. immediatè præcedentibus velit 1000. reliquos concludi; cum ij ex omnibus omnino ſive mediatè ſivè immediatè præcedentibus numeris concludantur. Demum quod F. Romanus ordine & ſenſu planè perverſo *in ſupra cit. paradox. ait*: digniores & utiliores, de quibus Concordata loquuntur, de Muſico & Grammatico intelligi, eſt figmētum Hayanum; cui nihil fidei eſt tribuēdum: tum quod aliis utilius vel æquè utiliter ſcholas cum *Alphonſo de Vargas* authore damnato concredi exiſtimet, jam *ſupra* §. 9. vide refutatum, ideo hîc non repetitur. 408

Similiter quod de fratribus Societatis, Patres & Sacerdotes intelligens, ineptiendo affert, *in Tract.* 4. eſt refutatum.

Digitized by Google

Ex ſupra deductis relinquitur, quàm variè multipliciterque F. Romanus à veritate aberret, & quamvis multa præter rem afferat, vel verba immutet, iis detrahat, addat, vel etiam ipſa in alienum & perverſum ſenſum detorqueat, nihil tamen omnibus ſuis falſitatibus proficiat, aut etiam ſuis fallaciis conſequatur.

§. XXIII.

Prælatus & Conventus enormiter viventes poſſunt non attentis concordatis expelli, aliique ſubſtitui.

409 Attuleram ferè ea, quæ paulò ante de Monaſterio Eberſperg inculcavi, videlicet, quod ſi alicubi Monachi malæ vitæ atque incorrigibiles reperiantur, vel reperti fuerint, nō propterea *exteri* aliorum Monaſteriorum ejuſdem Ordinis habeant *de Fundatione & Concordatis Germaniæ* gloriari; eò quòd fundatio *exteros* illos non comprehendat, ipsàque ex liberalitate fundatoris procedente ſe incolæ Religioſi instituti, propter malam ſuam vitam atque ingratitudinem indignos reddāt, ut meritò illis in fundatione donatum auferatur *arg. l. 1. C. de donat. quæ ſub mod. tot. tit. ff. de his quæ ut indign. l. 1. l. ult. C. de revoc. don.* Cum quiſque rerum ſuarum traditioni legem, quam vult, apponere queat, dummodo juri non ſit contraria. *l. legem C. de pact.* & fundans tradat rem Religioſis incolis, dummodo ejus per ingratitudinem non faciant ſe incapaces; ſicut & Dominus Vaſallis ſuis feudum concedere intelligitur, dummodo ſe non valde ingratos Domino directè vel indirectè exhibeant; aliàs feudo excidant, eorumque agnati minimè admittantur. *arg. c. 1. §. fin. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* Franc. Curt. jun. *in tract. de feud. in 5. part. concl. 1. ex communiore Dd.*

410 Neque his Concordata Germaniæ adverſantur, utpote quæ delictis non patrocinantur; aliàs certè Reip. Eccleſiaſticæ futura captioſa & damnoſa. Neque enim legibus (Concordatorum) juvari decet, qui contra illa peccat. *l. auxilium. de Minor.*

Unde, ajebam, relinquitur, quod quando Monachi alicubi non regulariter viventes, ſint incorrigibiles, facta iis donatio & fundatio ob ingratitudinem avocetur. Vivian. *in c. delictum. de R. I. in 6. & ibi.* Franc. F. Rom. *q. 1. n. 59. per l. fin. C. de revoc. don.* ubi hæc ratio ſubditur; *ne ſcilicet cuiquam ſit licentia alienas res capere & frugalitatem irridere donatoris, & ipſum donatorem ſuaſque res perdere d. l. fin.* Cum liberalitas donantis magis ad obſequia inclinare donatarium; quàm ad inſolentiam erigere deberet, ut dicitur in *l. 1. C. de revoc. don.*

411 F. Romanus allegat. 191. 192. 193. dicit, *quod ego omnia verba concluſionis & illationis meæ, quaſi eſſent formalia Viviani & Franci,* & F. Romani, *in margine duabus lunulis notaverim.* *Cum neque Vivianus, neque Francus, nec ipſe de Monachis*

Commenta Hayana.

non

non regulariter viventibus aut incorrigibilibus, nec de fundatione Monaſteriorum revocanda, ullam fecerint mentionem. Leguntur verba ipſius Viviani in Aſtro.q.& n. *prædictis.*§. Sed quid ſi Prælatus, *quo me remittit, præſertim* ad illa Viviani, *ſed* ubi propter delictum Prælati & Capituli Eccleſia veniret privanda omnibus bonis ſuis (*id eſt, omni fundatione*) vel majori ex parte, ita, quod non poſſet Eccleſiæ ſerviri in divinis, vel veniret deſtruenda ipſa Eccleſia in totum, tunc delictum Prælati & Capituli NON NOCET ECCLESIÆ, *Franc.* hic & *Spec.* in tit. de donat. verb. aliquis Baro. *ubi ſubjungit Francus & Spec.* Quod ſi Baro ædificavit & ditavit Monaſterium, quod ratione ingratitudinis Abbatis & Capituli, NON REVOCATVR talis donatio, *& ſic Monaſterium non deſtruetur, nec bona revocabuntur. Tacet, ſub nomine ingratitudinis, quæ directè tendit contra benefactorem, per ſe loquendo, non ſignificari lapſum in diſciplina regulari.* Cætera quæ ibidem apud F. Romanum ſequuntur, nugis ſunt plena & relatu indigna.

R. Verum quod ad ſupra allegata attinet, in ijs F. Romanus ſolenne ſuum ſervat, ut errorem typographi in tranſpoſitis ſicilicis (quæ ad rationem duntaxat ex F. Romano *q.1.n.59.* allatam adijcienda erant, atque ad concluſionem ſeu illationem tranſpoſita fuerant) perſequatur, indeque cavillandi occaſionem arripiat, quaſi ea concluſio tanquam verbis F. Romani concepta afferretur; quod ſecus ſe habet; neque natura & vis ſicilici eſt illa, ut verba quaſi alicujus formalia enotet, quemadmodum ſupra ex Dauſquij Orthographia contra D. Prælatum Ordinis Præmonſtratenſis fuit demonſtratum. 412 *Diſcutiuntur.*

Deinde non ego docui, ob ingratitudinem & delictum Monachorum alicujus loci, donationem & fundationem piam in ſe revocari, ita ut exinde amplius Eccleſiæ deſerviri nequeat, ſed ab ijs videlicet, qui ſunt ingrati & delinquunt, avocari donationem & fundationem; quia illi veniunt fundatione privandi & expellendi, uti ipſemet F. Romanus *allegat.*209. ex Anton. de Butr. *in c. adhæc. de dol. & cont. n.* 12. docet; cujus verba recitavi *in reſolut. q. 2. ſect.* 3. *c.* 2. §. 4. ibique addidi eundem Anton. *in c.2. de donat.* Afflict. *lib.3. feud. de Capitulo Corradi. in verb. Et iterum ſi Clericus fiat. n.* 2. *verſ. ſecundo caſu.* Ex quibus etiam pateſcit, longè *aliud* eſſe à Conventu peccante donationem avocari vel revocari, & *aliud* ab Eccleſia donationem revocari. Ego hic de priori, non poſteriori revocatione agebam; at F. Romanus pro priori poſteriorem lectori ex ſuo Aſtro obtrudit, ut eum amphiboliâ involvat. Adhæc neque ego de quacunque regulari nô obſervantia egi, quaſi propterea Monachi ex ſuo Conventu expelli poſſint, uti patet ex *ſupra d. Reſolutione q.2. ſect.* 3. *c.* 2. §. 4. Novi enim, quod *juſtus ſepties in die cadat, Proverb.*24.16. nec propterea gratia apud Deum excidat; Neque etiam ſi Conventus aliquis quaſdam admittat imperfectiones, propterea veniat bonis ſuis à Superioribus privandus; quin potius defectus ipſi ſint dimittendi, juxta illud *Matt.*18.22. attamen ſi Conventus aliquis ſimi- 413

P 3 lem

Digitized by Google

lem cum Monachis Eberſpergenſibus ductus eſſet vitam ſcandaloſam, quis eum meritò bonis ſuis exui negaret? Sed de his vide plura in *Tractatu tertio.*

§. XXIV.

Delictum communitatis communitati præjudicat.

414 Supradictis conformiter docebam, quod licet una vel altera perſona Eccleſiæ, ſeu Collegio Eccleſiaſtico, aut etiam Conventui præjudicare nequeat, attamen ſecus futurum ſit, ſi *omnes Incolæ* Religioſi alicujus loci ſimul enormiter peccarent; tunc enim illud Alexandri III. hic obtentutum eſſet, quod *Monachi non regulariter viventes per alterius debeant Ordinis inſtitutionem puniri c. relatum ne cler. vel Mon in append.* *Concil. Lateranenſ.* III. de quo pluribus ſup. *in reſolut. q. 2. ſect.* 3. *c.* 2. § 3. eſt actum.

§. XXV.

De iure juriſdictionis Epiſcopi, ſi exemptus ſubſtituatur in locum non exempti.

Tertium exadverſum allatæ *probationis principalis* caput ex *jure Epiſcoporum* 415 petitum aggrediebar, Reſpondebamque F. Romanum de Monaſterijs vel exemptis vel non exemptis loqui; ſi de *exemptis*, non apparere, quid juris Epiſcopis, introductione aliorum alterius Ordinis Religioſorum vel etiam inſtitutione Seminarij Clericorum in Monaſterium aliquod Conventu ob mortẽ omnium Incolarum deſtitutum *decedat*, vel illis Pontifex auferat. Si de *non-exemptis*, ad F. Romanum id non ſpectaret. Cum conſtet, quid jura & Dd. determinent *eo caſu*, quo non exempta Monaſteria vel loca exemptis Religioſis conferrentur, quo me breuitatis cauſa remitto. Videantur autem Dd. in *c. quia Monaſterium, de Rel. dom.* Chokier. *de juriſd. Ord. in exempt. part.* 4. *q.* 10. Petrus Antibol. *tract. de muner. part.* 3. § 4. *n.* 52. 53. 56. *& ſeqq.*

416 Quin etiam *urgebam*, quid abſurdi inde ſecuturum eſſet, ſi Pontifex 417 Summus ex cauſis *in Clem. dudum. de ſepult.* recitatis, hunc vel illum locum propter ſubſtitutos exemptos Religioſos *ab ordinarij juriſdictione* eximeret? Annon Papa etiam *Vniverſitates Scholarium* earumque loca citra injuriam ab Ordinariorum eximit juriſdictione? Et cum *à Pontifice* tanquam *fonte* ipſorum Ordinariorum *juriſdictio* proficiſcatur & pendeat, quid mirum ſi à Pontifice Ordinariorum juriſdictio quoad *certa loca*, & bona certarum perſonarum aut Congregationum *certis de* cauſis reſtringatur aut limitetur. Eam in rem citaveram Auguſtinum de Ancona, qui *in tract. de poteſt. Eccleſ. q.* 61. *conſid.* 2. *ad* 2. *& in conſid.* 5. *Reſponſ.* ita loquebatur; *Reſpondeo dicendum quod ordinatio* 418 *ſubditorum ſub Prælato facta eſt* in commodum ipſorum ſubditorum, & eorum uti-

Vniverſitates Scholarium Ordinariorum juriſdictione ſine ulla læſione iuris eximuntur.

Digitized by Google

utilitatem *potiſſime, idque quantum ad* tria; Primò *quantum ad delinquentium correctionem.* Secundò *quantum ad bonorum promotionem & eorum quietam contemplationem.* Tertio, *quantum ad Collegiorum ſeu Monaſteriorum vel Eccleſiarum tutiorem gubernationem, quæ quidem tria contingit quandoque impediri per immediatam juriſdictionem ipſorum Epiſcoporum. Et ideo per Papam, cui cura debet eſſe de omnibus: Congruum eſt aliqua Collegia & aliquas perſonas eximi: ut in his, quæ dicta ſunt, quietius & ſecurius poſſint promoveri. Nec in hoc debent Epiſcopi gravari vel perturbari,* 419
ſi ſine eorum culpa, perſona aliqua vel Collegia ſubtrahantur à juriſdictione ipſorum: quia cum ſubditi non ſupponantur eis in eorum commodum, *nullum præjudicium præſtatur eis; Imo magnum beneficium; Cum tales ſubditi ab eorum juriſdictione ſubtrahuntur. Illis autem præſtatur præjudicium, qui non quærunt, quæ* Ieſu Chriſti, *ſed quæ* 420
ſua, ſicut enim dicit Gregor. ſuper illo *Exod.* 11. quid æmularis pro me, quis tribuat, ut omnis populus prophetet. *Pia,* inquit, *mens paſtorum, quæ non propriam gloriam, ſed auctoru quærit, ab omnibus vult juvari quod facit. Nam fidelis prædicator optat, ſi fieri valeat, ut veritatem, quam ſolus loqui non ſufficit, ora cunctorum ſonent.*

Hactenus Anconita, Cujus rationes initio allegatæ etiam *ſecundùm proportionem* aliquam bonis in religioſorum ſuſtentationem cedentibus, applicari poterunt. Cum bona & res cenſeantur *alter ſanguis* & vita hominum *effective* videlicet, ſintq; media ad vitā degendā neceſſaria iuxta Cicer. 1. *offic.* 421

Quæ cum eſſent adeo clara, ut ad ea nihil poſſet F. Romanus reſpondere, tantum in genere movet, quaſi jus Epiſcopale hic verteretur, quod introductione Societatis Ieſu eſſet intervertendum, quaſi ipſe Epiſcopis multum juris in ſui aliorumque Ordinum Monaſterijs tribueret. Cum tamen ijs concedat nihil, quemadmodum *ex reſolut. q.* 8. apparebit. Ut ita F. Romanus ſolo juris *nomine* Epiſcopos eludere videatur. 422

Mirum autem quod jus Epiſcoporum ipſe hic alleget, conſcius, quod opponens de jure tertij, quo non excluditur intentio agentis, (prout hic ea non excluditur) non ſit audiendus, per not. Dd. *in l. 2. ff. de except. rei jud.* & Oliver. Beltram. *ad deciſ. Gregorij XV.* 415. *n.* 6. & ita Greg. XV. *deciſ.* 582. *n.* 7. ut ſic pateat, F. Romanum ſemper aliena agere & proferre. 423

§. XXVI.

Prælatus quale vinculum cum Eccleſia ſua contrahat, ex c. inter corporalia, de translat. & an in eo Pontifex diſpenſare poſſit?

Proponebam, quod ſi quis ita cum F. Romano *q.* 1. *n* 43 *in fin.* & alibi obijceret, Vinculum contracti matrimonij carnalis eſt juris divini, in quo Pontifex ſine cauſa non poſſit diſpenſare. Ergo & vinculum contracti matrimonij ſpiritualis erit juris divini, in quo ſimiliter Pontifex ſine cauſa non poſſit diſpenſare; conſequenter nec vinculum, quod inter intitulatum Prælatum ſponſum & reliquum Clerum, Eccleſiæ, ſponſam fuit contractum, poterit Pontifex ſine cauſa diſſolvere. Unde nec coram Deo tutus ille erit, cum quo Pontifex diſpenſarit, ut ait Abbas Princeps Canoniſtarum, F. Rom. *d. loc.* 424

Et 425

Et Reſpondebam, negata paritate, ex tali antecedente conſequens illud non inferri, quia inter Prælatum Eccleſiaſticum & Eccleſiam non intercedit ejuſmodi vinculum *jure divino indiſſolubile*, ut arguit Titulus juris Canonici de renunciatione. Unde jure *communi* poterit Prælatus *ſuâ ſe abdicare Prælaturâ*, & ſimiliter Clerici aut Beneficiati *ſuis beneficijs* aut officijs. Atque ita ſentit Everard. in *loc. à matrim. carnal. ad ſpirituale n. 10. differentia duodecima*, Carnale, *inquiens*, matrimonium *jure divino* introductum; ſpiritale *jure poſitivo*, quo *& Status Beneficiorum* introductus eſt, ut bene declarat Pan. in *c. poſtulaſti. de reſcript.*

426 Quod ſi F. Romanus Prælatum & Clericos intelligat Regulares &c. jam Prælatus Regularis cum Conventu Religioſo non contrahit *vinculum jure divino indiſſolubile*; Cum poſſit ſe ipſe abdicare, vel ab alijs Prælaturâ amoveri, quin & ad aliam transferri.

427 At objicies *c. inter corporalia. de translat.* ubi dicitur, quod fortius ſit vinculum Matrimonij ſpiritualis, quàm carnalis.

428 *Reſpondeo*, Vinculum matrimonij ſpiritualis eſſe fortius vinculo matrimonij carnalis *ſecundùm quid*, non verò *abſolutè*. Nam ſi matrimonium carnale conſideretur ut ratum, apparet, quod illo matrimonij ſpiritualis vinculum ſecundum quid, fortius ſit, ex eo, quod Prælatus vinculo illo ligetur neque ſe ſolo, neque cum conſenſu ſuæ Eccleſiæ poſſit prælaturæ ſuæ renunciare; ſed opus habeat conſenſu ſuperioris, qui reſpectu Epiſcopi eſt Pontifex, quin idem etiam eſt reſpectu Prælaturarum ac dignitatum primarum poſt Pontificalem in cathedralibus, & reſpectivè principalium in Collegiatis reſignandarum videlicet reſpectu harum in menſibus alternativis, *Ianuario, Martio, Majo, Iulio, Septembri & Novembri*, idque ex Concordatis Germaniæ Branden. *q. 12. in Concordat. German. n. 1.* Reſpectu verò aliorum beneficiorum ſæcularium *Epiſcopus*; ac reſpectu Regularium Pontifex *Dd. in tit. de Renunc.* Atqui matrimonium ratum poteſt ſolâ unius partis voluntate, per ingreſſum in religionem diſſolvi *c. ex parte 2 de converſ. conjug.*

429 Deinde matrimonium inter infideles initum & conſummatum, ſi alter conjugum ad fidem convertatur Chriſtianam, & alter maneat infidelis, nec cum fideli velit cohabitare, poterit à fideli ſolvi, minimè autem ſi à fidelibus ſit initio initum, quamvis inter hos etiam vinculi effectus quoad cohabitationem poſſit relaxari, ut mutuo conſenſu ſeſe deſerere & religionem ingredi poſſint, ibique ſine ulla Pontificis diſpenſatione profiteri *c. dudum. de converſ. conjug.* At Prælatus etiam cum conſenſu ſuæ Eccleſiæ non poteſt eam ſine licentia Papæ deſerere.

Unde apparet, quod vinculum matrimonij ſpiritualis *ſecundum quid*, non
430 verò abſolutè vinculo matrimonij carnalis ſit fortius, ut plures Canones, nedum quotidiana experientia comprobant. Vid. Joan. And. Anton. Hoſt. Pan.

Pan.*n.31.in d.c.inter corporalia.* Honor. 3. *Sum.decretal.tit.32.n.8.* vel etiam poteſt reſponderi, quod vinculum ſpirituale fortius ſit non in ratione *vinculi*, nec *in obligando*: Ita enim conſtat, quod vinculum matrimonii carnalis conſumati etiam poſt voluntarium utriuſq; conjugis in Monaſterium ingreſſũ maneat; ſed fortius ſit in *activitate* ſua ſeu in agendo; quia vinculum ſpirituale maximè per Religioſam profeſſionem contractum, impedit vinculi & obligationis matrimonii carnalis effectum, & dominii corporalis ex obligatione illa carnali translati uſum, ut per ſe notum eſt. Ex quo etiam ſolvitur alia Theologorum objectio; qua inquirunt, quod cùm per vinculum matrimonii carnalis ſit dominium corporum in ſe mutuò translatum, quomodo per vinculum matrimonii ſpiritualis ſubſequens poſſit alii dominium corporum transſcribi; Cùm prius illud dominium corporum translatum maneat ac perduret. Nam Reſpondetur, quod *dominium* corporum *directum* apud conjuges quidem maneat; aſt *dominium utile* & quidem ſubalternum corporum in Religionem à profeſſo conjuge tranſcribatur, hocque faciat, ut uſus dominij directi corporum apud conjuges ſit impeditus; uſus verò eorumdem corporum ſubordinatus, ſpiritualibus exercitiis vel miniſteriis in Religione ſit traditus & expeditus.

Porrò quale vinculum, quove jure Regulares vi votorum ſuorum contrahant, *in tractatu* 4.*lib.*1.*c.*6. diſcutietur.

Et licet ipſi Regulares ac Monachi vi votorum ſolemnium indiſſolubile cum ſuo Monaſterio contrahant vinculum; attamen inde non ſequitur, quod mortuis ipſis contrahentibus Regularibus ac Monachis vinculum matrimonii ſpiritualis nõ diſſolvatur, cum mors etiam matrimoniũ carnale dirimat. §.*deinceps. Auth.de nupt.* Conſequenter ſi vinculum illud morte omnium incolarum Prælati & totius Conventus eſt ſolutum, poterunt bona illa, quæ tanquam dos vinculum matrimoniale ſubſequuntur, relicta vacua aliis alterius Ordinis Religioſis citra ullius injuriam à ſuperiori conferri, maximè cùm nullus adſit, qui eis dicatur privari. Et privatio non detur, niſi exiſtente ſubjecto ad formam vel habitum contrarium apto, vel ut ICti loquuntur, privatio dari nequit, ubi dari nequit habitus. Everard. *in loc. à privat. ad habit. n.5. per l. decem. ff. de V.O. l. Iulianus. ff. de divort. glo. in l.1.C. de arbitr.*

Atqui mortuis omnibus alicujus loci Religioſis incolis tam Prælato, quàm cæteris Cõventualibus, nemine omnino ibidem ſuperſtite, non poteſt illic dari habitus; quod non Entis nec ſint, nec eſſe queant ullæ qualitates *l. ejus qui in provincia. ff. ſi cert pet.* Igitur Religioſi iſtius loci incolæ nunc mortui non poſſunt dici ſuo jure privari, quando Monaſteria eorum Conventu nunc deſtituta aliis alterius Ordinis Religioſis vel Seminariis Clericorum aſſociantur vel uniuntur. 431

Atq; hinc F. Romani *argumentum* ſup. *propoſitum* nihil contra nos concludit;

Digitized by Google

432 cludit; cum de Monaſterio adhuc conſtituto agat, ſeu ubi datur Prælatus
ac Regulares intitulati, qui in noſtro caſu minimè adſunt, eò quod con-
ſtet, ipſos nullo ſuperſtite eſſe mortuos; Nec alios aliorum Monaſte-
riorum ejuſdem Ordinis Monachos exteros eſſe in hoc Monaſterio inti-
tulatos, cum legitimè huc à Superiore non ſint tranſlati, uti opus erat ex
c. cum ſingula §. prohibemus. de preb. in 6. Alex. VI. *in ſaped. Conſtit. Accepimus.*
dat. 1497. nec ſint in eo de novo profeſſi, uti ex *c. Abbate de V. S.* requirunt
433 Dd. communiter, quemadmodum ſup. in *q. 1.* fuit oſtenſum.

Comment. Hayana.

F. Romanus *allegat.* 479. dicit: *falſum eſſe, quod reſpectu Regularium Prælatorum renunciantium ſuperior ſit Pontifex. Nullus enim ex omnibus Dd. ait abſolutè; Superiorem Reſignationis Regularium eſſe Pontificem; ſed benè quidem Regularium Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectorum, uti conſtat ex* c. fin. de renunc. ubi glo. in verb. in manibus, *ad quem pertinet confirmatio, ad ipſum pertinere debet reſignatio, hoc eſt, reſignationis admiſſio:* 18. q. 2. Abbas & Clem. un. de renunc. verb. manibus *& Dd.* ibid. *Reſpectu proinde Regularium non exemptorum, talis Superior eſt Epiſcopus; reſpectu verò exemptorum, Superiores ſuorum Ordinum, à quibus electi confirmationem accipere ſolent, unde nec verum eſt abſolute, quod hic ſubjungam Prælatum etiam cum conſenſu ſuæ Eccleſiæ non poſſe ſine licentia Papæ deſerere Eccleſiam. Nam & Abbates non exempti, aliique Regularium præpoſiti, nominantur, & de jure ſunt Prælati.*

434 Pergit more cancrorum & ordine inverſo *allegat.* 197. dicit *quod Ho-*
norius 1. ſumm. decret. tit. 9. n. 9. *non loquatur abſolutè de omni prælato. ut faciam*
ego, cujus mea indefinita æquivalet univerſali. Rota deciſ. 32. circa med. de
procur. & deciſ 19. de cauſ. poſſ. & prop. n 3. in nov. *Honorij verba ſunt;* co-
ram Summo Pont. debent fieri reſignationes Epiſcopatuum & Superio-
rum dignitatum; Adjicit F. Romanus *ut Archiepiſcatuum, Patriarchatuum &c.*
Item *reſignationes beneficiorum Exemptorum &c. quia ad quem ſpectat confirmatio,*
ad eum ſpectat reſignationis admiſſio. c. Abbas 18. q. 2. glo Clem. 1. verb. in ma-
nibus. de renunc. & ibi *Can. Conſequenter Prælatus Regularis Sedi Apoſtolicæ im-*
mediatè non ſubjectus, ſed ab alio ſuam accipiens confirmationem poteſt ſine remora ſeu
licentia Papæ Prælaturam reſignare, quod ipſum jus commune & praxis docet Ec-
cleſiæ.

435 Porrò *allegat.* 4-9. contra id, quod dixi, mortuis omnibus alicujus lo-
ci Religioſis cum Prælato, nemine ſuperſtite, non poteſt illic dari habitus;
quod non Entis nullæ ſint, nec eſſe queant qualitates. *l. ejus qui in provincia.*
ff. ſi cert. pet. Reponit, *hanc legis allegationem hic perperam applicari, ſicut ego ipſe-*
met fatear fol. 9 col. 2. in fin. *aſſerens Collegium mortuis omnibus Collegis, licet a-*
ctu deſierit, HABITU *tamen* MANERE, *quando ſubeſt ſpes juridica illius reparandi,*
436 *ut hic.*

Diſcurſuum nr.

Demum *allegat.* 108. circa *c. Abbate de V. S.* idem ingeminat, quod *ſup. in*
reſolut. q. 5. c. 3. n. 11. fuit relatum & reſolutum.

Digitized by Google

Id ſolum hic notandum eſt,quod ipſe F.Romanus citavit *q. meam* 3. NB.
c.8.*n*.11.Cum tamen in propatulo ſit,quod ego *tria* duntaxat capita in illa quæſtione numerarim.Cætera videantur *cit.loc.*

437 Hocce autem loci cum ego de vinculo matrimonii ſpiritualis & carnalis agam, ***utrum fortius liget***, atque oſtendam. vinculum matrimonii ſpiritualis ***ſecundum quid***, fortius ligare vel etiam ſecundum activitatem & effectum aliquem operari,interque alia afferam,quod in matrimonio carnali rato per ingreſſum etiam unius conjugis in religionem vinculum ſolvi poſſit,in matrimonio autem conſummato ejus effectus ſeu dominii in corpora ſua mutuò tranſlati uſus per ſolam voluntariam utriuſque conjugis profeſſionem Regularem impediri poſſit; non item in matrimonio ſpirituali,ubi Prælatus Regularis nec ſe ſolo,nec cum conſenſu ſui Conventus ſeu Eccleſiæ Regularis ſuæ Prælaturæ renunciare poteſt, ſed conſenſu Superioris,Papæ *v.c.*&c.opus habet,itaque planè incidenter & per accidens duntaxat de renuntiationis admiſſione, à quo illa fieri debeat, loquar;non fuit ratio,cur ego iſtic accuratè inculcare debuerim,***coram quo Superiore,vel ad cujus manus renunciatio facienda vel à quo admittenda ſit***,niſi velit F.Romanus,omnia uno in loco confuſè tradi & pertractari poſſe ac debere.Sed ipſe in ſua manat confuſione ; nos ordinata omnia amamus, ut quoad fieri poteſt,ſuo quæcunque loco pertractentur. Sed F. Romanus ea ratione ***fortioris vinculi*** oblitus,ad ea quæ incidenter duntaxat proponebantur & uno quaſi verbo per accidens inſinuabantur, ***ſponte dilabitur***, ut cum ad ***principale*** propoſitum nihil poſſet reſpondere, ſaltem ex incidentibus quæreret evagandi & carpendi occaſionem.

438 Deinde quia ego in probationem ejus duntaxat,quod vinculum ſpiritualis matrimonii fortius operetur, quam vinculum matrimonii carnalis.adduxerim hanc rationem quod Prælati Regulares exempti ſuam Eccleſiam ſuumve Conventum non niſi obtenta à Pontifice licentia deſerere queant,non potuit,ac debuit ea ratio probatoria indefinita pro univerſali accipi. Cum indefinita in probatoriis pro univerſali non accipiatur. ***Indefinita non ſemper æquivalet; univerſali.*** Barboſ.*in axiom.indefinita* 123.*limitat*.3.*n*.14. Rot.Rom. *deciſ*.509 *n*.5.*part*. 1.*&* *deciſ*. 687.*n*.20.*part*.2.*in recentior.item deciſ*.205.*n*.2. *part*.1.*in recentiſſ*.ex Dec.*conſ*.146.*n*.15. Crauet.*conſ*.53.*num*. 16. Alex.*conſ*.68.*n*.8.*lib*.2. Cæſar de Graſſ.*deciſ*.32.*n*.3. Nam cum indefinita non ex propria ſua ſignificatione,ſed ex benigna quadam interpretatione,atque ita ex ***conjectura voluntatis*** vim univerſalis habeat,cujuſmodi conjectura ***in probatoriis*** minimè ſufficit,Inde fit ut in probatoriis indefinita minimè univerſali æquipolleat. Barboſ.*d.loc.& ibi cit*.Dd. Dec.*conſ*.3.*n*.5.Unde cum F.Romanus hanc meam propoſitionem indefinitam in materia probatoria pro vniuerſali accipiat,perperam eam contra Dd.& præjudicia judicialia S. Rotæ Romanæ accipit.

439 Novi ego,nec uſquam negavi,quod Abbatiæ & Prioratus ac cæteræ Prælaturæ ſæculares,quarum collatio aut proviſio ad Summum Pontificẽ ſpectat,*non niſi in manibus ſolius Papæ* reſignari poſſint,eò quod illarum inſtitutio & deſtitutio ad ſolum Summum Pontificem pertineat.Tambur. *de jure Abbat.tom.1.diſp.13.q.1.n.7.* aliarum verò Abbatiarum & Prælaturarum reſignatio ad eorum Superiorum manus fieri debeat, qui jus ipſos inſtituendi & deſtituendi , non autem qui ſolum jus providendi & non deſtituendi habeant. Tambur. *d.loc.n 3 glo.in Clem.1.verb.in manibus.de renunc.& in Clem,1.de rer.permut.* Mihi inpræſentiarum ſufficit,oſtẽdiſſe,quod licet Abbates & Prælati in Germania vel alibi à Collegiis Canonicorum vel Monachorum Conventibus eligantur,non tamen in manibus eorundem Collegiorum vel Conventuum ſuis Prælaturis renunciare poſſint,Tambur.*cit. loc.n.8.*ut inde pateret, vinculum matrimonii ſpiritualis inter Prælatum & Conventum vel Collegium initi *ſecundum quid & ſecundum activitatem ſuam & aliquem effectum* fortius,quàm vinculum matrimonii carnalis operari.Qui verò ſint Prælati,jus inſtituendi & deſtituendi habentes,non attinet huc referre,cum planè ab hoc loco ſit alienum.

440 Quinimo fruſtra etiam de vinculo matrimonii ſpiritualis hic diſceptatur,cùm nec Prælatus,nec Conventus hic detur,ſed uterque ſit extinctus, quemadmodum *in reſolut.q.1.c.1.*& paſſim alibi eſt fusè demonſtratum. Neque etiam ex eo,quod Prælatus ſeu Epiſcopus dicatur cum ſua Eccleſia vinculum aliquod ſpirituale contrahere, ſequitur, quod Pontifex aliquos illius Eccleſiæ non poſſit ab ipſius Epiſcopi jurisdictione eximere.

441 Alia quoque hic notanda eſt F.Romani *impoſtura*,quod Honorium à me citatum ſecundum quem intelligendus eram,ipſe eum,quaſi contra me, non verò mecum ſentiret,allegat,ut ex oculari ejuſdem inſpectione patet. Non ita Lectori illuditur.

442 Præterea,quod ipſe *alleg* 479 propoſitionem hanc meam,*(quod mortuis omnibus alicujus loci Religioſis cum Prælato, nemine ſuperſtite,non poſſe dici illic dari habitum,ſeu habitualem perſeverantiam)* aſſerit perperam huc applicari,prout ego ipſe *fol. 8.col. 2.in fin.ſeu in q 1. Aſtri Eclipſ. c.1.n.12.*confitear, in eo falſus eſt;quia ego *cit.loc.*Collegium morte omnium actu extinctorum dico *habitu* manere non abſolute,nec illiminatè,ſed addita hac limitatione & modificatione ,*quando ſubeſt ſpes juridica probabilis & propinqua illius reparandi*; ſecus quando eiuſmodi ſpes non ſubeſt. Ratio *prioris eſt*, quia licet ipſum tunc *re* ſit extinctum,attamen *non ſpe*,adeoque non videtur penitus extinctum,& conſequenter cenſetur habitu manere. At ſi ſpes illa abſit,tunc eſt abſolutè exſtinctum per not. Alber.de Roſat. *in l. inter ſtipulantem.§.ſacram.ff. de V.O.* Prætereo quod particula (quandò) ſpei juridicæ adiecta importet conditionem,per not:Barbol. *dict.quando* 307. *n 1.per l cum vir.ff.de cond.& demonſtrat.l.quod publicè,ff quando.dies legat. ced.l. fideicommiſſa §.hoc autem.ubi* Bart.*ff.*

de

Digitized by Google

de legat. 3. quæ purificata eſſe hic non oſtenditur. Cum ſup. *in reſolutione q*. 5. doctum ſit, hic nullam ſubeſſe ſpem certam, juridicam proximam. Atque hinc patet, quod F. Romanus extra horti cancellos ludat.

§. XXVII.

De Annatis.

Illud ajebam mirandum eſſe, quod F. Romanus Annata tanquam proventus Epiſcopales Epiſcopis non eſſe auferendas urgeat. Aſt ſi Monaſteria morte omnium Conventualium deſtituta religioſis exemptis conferrentur, annatæ Epiſcopis auferrentur. Igitur &c. 443

Nam vel ipſe F. Romanus loquitur de Monaſteriis *Exemptis*; Et quorſum jam *annata* Epiſcopis non debitæ objiciuntur? vel loquitur de *non Exemptis*. At quid inde? An neſcit F. Romanus, quod SS. Concilium Trid. *ſeſſ*. 24. *c*. 14 *de reform* & Cardinalium cōgregatio *declaratione* 422. in hæc verba reſponderit: *Epiſcopus non poteſt primi anni fructus alicujus beneficii ſibi retinere, ſeu attribuere pro datione poſſeſſionis ei, qui legitimè proviſus eſt*. Zerol. *prax. Epiſc. part*. 2. *verſ. Bulla q*. 3. Annatæ autem ſunt ejuſmodi fructus primi anni ex beneficio legitimè proviſi pro datione poſſeſſionis. glo. pragm. Sanct. *de Annatis verb annatarum, ubi pluribus vide. & verb. conſuetudinis*.

F. Romanus hic in contrarium nullam poteſt adducere conſuetudinem, ex qua *annata* ſaltem media, id eſt, medii fructus primi anni deberi 444 poſſint à beneficiis vacantibus *extrav. Epiſc. de elect. Ioan*. 22. Nauarr. *conſ* 3. *de ſimon*. Cum nulla in noſtro caſu detur vacatio ſed extinctio titulorum, *Vid. reſol. q*. 1. *c*. 1. NB Dixi *media*. Nam añatarum integrarum ſolvendarum conſuetudo reprobata eſt juxta *gloſſ. pragm. ſanct. verb conſuetudinis*. Neque his *Annata integra ſunt reprobata*, obſtant Concordata Germaniæ §. de Eccleſiis Cathedralibus, quia ea loquuntur vel de mediis annatis, in verb. *ſolvamur annata* ſeu *medii fructus*, vel permittunt annatas, niſi ipſæ in Concilio futuro de ipſius Nationis conſenſu immutentur. Atqui *ind. conc. Trid*. ſunt etiam ipſæ annatæ nationis conſenſu immutatæ. Igitur &c.

Econtra F. Romanus *allegat*. 481. 482. 483. dicit, *quod ego non ſolum Mo-* 445 *nachis ſua Monaſteria, ſed & Epiſcopis Germaniæ & antiqua conſuetudine vel Germa-* *Comment. Hayan.* *nia Concordatis numeratas à Monaſteriis annatas, negare præſumam &c*.

Et poſtea reſpondet 1. *Concilium Trid*. loc. cit. *non habere verba illa*; Epiſcopus nō poteſt primi anni fructus beneficii ſibi retinere &c. 2. *Conciliū* eo cap. *nunquam facere mentionem Monaſteriorum nec annatarum inde ſolvendarum, ubi viget conſuetudo*. 3 *ſermonem ibi ſolummodo eſſe (ut patet ex antecedentibus & conſequentibus, ipſoque contextu) de Eccleſiis Cathedralibus, Collegiatis & Parochialibus ſæcularibus, id quod obſervavit Zerola*, eod. lib. part. 2. verb. poſſeſſio beneficii ad 5. ante fin. ibi, *pro poſſeſſione, electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione vel alia proviſione alicujus Eccleſiæ, vel beneficii* CA-

Digitized by Google

NONICATUUM *aut* PRÆBENDARUM *nihil poteſt accipi.* 4. *poſito,ſermonem ibi etiam eſſe de Annatis Monaſteriorum; tamen ſolum illa prohibentur, quæcunque hujuſmodi, ut loquitur Concilium, in uſus pios non convertuntur. Sed nec annatarum hujuſmodi mutationem, in d. Concilio factam fuiſſe Nationis conſenſu hactenus ipſe legit, nec docet conſuetudo. Et ſic ſiniſtra eſt utraque allegatio Concilij.* 5. *Zerolam mox* ibid.ſeq.q.4.*ſe ſuamque mentem declarare, dum ait; Quartò* annata ſeu medii fructus, an poſſint exigi à beneficiis, ubi viget conſuetudo? *Reſpondetur* quod ſic, *extravag. ſuſcepti de Elect. Ioann.* 22. Navarr. *conſ.*3.*de ſimon. quæ omnia ſtudioſe ego diſſimularim, ut Zerolam mihi favere perſuaderem.*

Ad conſuetudinem denique quod ſpectat, quam in his annatis ullam dari nego, ea
446 *in Germania Superiori, per omnia (quod ſciat* F. Romanus) *Monaſteria non exempta tam conſtans eſt, ut contrarium ignoret* Videatur Aſtrum.*q.*4.*n.*51.*ante fin.* §.*Sanè per præfatam*, vbi hac de re pluribus egit.

Iterum F. Romanus *alleg.ſt.*212.dicit, *perperam adduci Navar.* conſ.3. de ſimon. *illo conſilio, ipſi nec apicem exhibens de Annatis, pro quibus citabatur.*

Diſcutiuntur.

Sed F. Romanus ſe ipſum hic refutat, quia paulò ante Navarr. *conſ.*3. *de ſimon.* cum Zerola citabat tanquam de Annatis ibi contra me definien-
447 tem. At ſi Navarrus *cit. loc.* nihil de Annatis habet, quomodo iſtic de Annatis contra me pronuntiare dici poterit?

Forſitan reſpondebit F. Romanus, ut ab hac contradictione ſe libe-
448 ret, ſe *allegatione* 212. *in piſcinis* piſcatum fuiſſe, nihilque deprehendiſſe; At allegationem Zerolæ & Navarri *cit. loc.* in confinibus fortuito caſu apud Præmonſtratenſes deprehendiſſe, ac pro ſymbola attuliſſe. Placet ſolutio, ſi fateatur, ſe in arena piſcarũ fuiſſe, rhapſodiã undiq; emendicaſſe. Sed ad rem.

F. Romanus cùm aſſerat per introductionem aliorum alterius Ordi-
449 nis Religioſorum in Monaſteria morte omnium Conventualium deſtituta, Epiſcopos *jus annatarum* perdere; ideo ipſi F. Romano prius incumbit demonſtrare, quod jus annatarum Epiſcopis competierit, quod ad Kalendas Græcas eſt probaturus. Vel enim Annatæ Epiſcopis competent ex jure *ſcripto*, vel *non ſcripto* ſeu *conſuetudinario*. Atqui Epiſcopis Annatæ non cõpetunt *jure ſcripto*. Ecquo enim? certe nullo. Erubeſcat igitur F. Romanus ſine lege loquens *juxta Auth. de Trient. & ſemiſſ.* §. *conſideremus*. Quinimo Annatæ eiuſmodi *juri ſcripto* adverſantur, quo cavetur, *Vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur*, ut Zypæus, *in jure noviſſimo, ſub hoc ipſo cit. titulo q.*4. rectè annotavit. At ſi Annatæ Epiſcopis competerent eiſque venirent ſolvendæ, tunc certè beneficia non ſine, ſed cum diminutione aliqua conferrentur, quod jùri *in d. tit.* repugnaret.

Epiſcopis an competat annata diſquiritur.

Deinde nec *jure conſuetudinario* Epiſcopis Annatæ competere à F. Ro-
450 mano docentur; quia cum ipſe *d.q.*4. *Aſtri nu.*51. §. *Reſpondeo ad* 3. *verſ. ſanè. q.*6. *n.*4. Epiſcopis Annatas conſuetudine competere aſſerat, neceſſe eſt, ut ejuſmodi conſuetudinem, quæ eſt facti, comprobet, & quidem quod ea ſit univerſa-

Digitized by Google

Conſuetudi generalis juri cõtraria ut probetur, quæ neceſſaria ſint.

verſalis,atq; univerſaliter recepta, maximè cum ſit iuri ſcripto contraria & derogatotia. Ad hoc autem vt ejuſmodi conſuetudo univerſalis & generalis probetur,requiritur. 1. ut ea ſit rationabilis *c.ſin.de conſuet. in* 6. quia aliàs non valeret. 2. Ut uſu & frequentia actuum ſit introducta *l.de quibus* 32.*ff de LL.* ijq; actus non ſint privati Oldend. *conſ.* 3.*n.*30.*vol.*1. *Marpurg.* quia actus privati quantumlibet multiplices extent,cum tendunt contra juris præſcriptum, non introducunt conſuetudinem ſeu legem conſuetudinariam *per c.Cumana.de Elect.* Oldendorp.*d.loc.* ſed requiritur ut ſint notorii,qui in notitiam populi pervenerint,ut ita tacite populi & Superioris, cujus eſt legem condere aſſenſu videantur recepti eſſe Gail.*lib.*2.*obſ.*21.*n.*7. Mynſ.6.*obſ* 41.*n.* 47.*& ſeqq.* Wurmſer.*in diſp.de jure publ.q.*16. ac prætereaut ſint uniformes Nam ſi actus eſſent difformes,ut quia aliquid vario modo obſervaretur, nõ induceretur,nec probaretur conſuetudo. Bart. *in l.*2.*in fin. princ.ff.ſol.matr.* Dec.*conſ.*214.*n.*2.*verſ.*2.*hoc idem per tot.& conſ.*13.*n.*18.*&* 20. ubi quod nullus diſcrepet.*lib* 4. Et quando conſuetudo eſt varia,tunc à jure communi nõ eſt recedendum Natt.*conſ.*2;2.*in fin.& conſ.* 09.*n.*9. Rol.*conſ.*87.*n.*53.*lib.*2. citatà Rot.Ro.*deciſ.Trevirenſis Abbat S.Maximini, Veneris* 24.*Ian.*1625 *n.*10.11. *apud Tamb.to.*3 *de jure Abbat.ubi eſt deciſ.*.23. Rot.Ro.*deciſ.*280. *n.*3.*p.*1.*in recent.*

Tertiò requiritur,ut uſus ille ſit diuturnus,ſeu conſuetudo præſcripta.*d. l de quibus ff.de LL.C.quæ ſit long.conſuet.* Ut verò cenſeatur præſcripta, neceſſe eſt,ut ad conſuetudinem juri communi contrariam & Eccleſiæ oneroſam interveniat tempus immemoriale. Rot.Rom.*deciſ.*274.*n.*1 *part.*2.*in recentiſſ.* ſicut in conſuetudine cauſam diſcontinuam habente. Rot.Rom. *ibid.n.*2. licet aliàs conſuetudo, per quam revertimur ad jus commune,ſpatio decem annorum præſcribatur. Rot.Rom. *d.loc.n.*3.

IV. ut tacito conſenſu populi,ſeu à majori parte populi ea conſuetudo tanquam obligatoria ſit recepta. *c.fruſtra* 7 *diſt.* 8. quia conſuetudo ex actibus indifferentibus ſeu ad unum & alium caſum indifferentibus non inducitur. Rot.Rom.*d.deciſ.*280.*n.*4.*part.*1.*in recentiſſ.*

V. neceſſe eſt,ut accedat ſcientia & patientia Principis ſeu Superioris *d.c.fruſtra.* Rot Rom *deciſ.*479.*n.* .*part.in recentiſſ.*

Nihil autem horum à F.Romano eſt probatum,nec unquam probabitur; ſicuti tamen ipſi tanquam alleganti non verò mihi neganti cõſuetudinem incumbebat eandem probare , maxime actuum uniformitatem & frequentiam. Rot.Rom.*deciſ.*454.*n.*4.*part.*1.*in recentiſſ.* Et quomodo probabit,eam conſuetudinem ubiq; receptam eſſe. Cum notoriè conſtet id falsũ eſſe. An F.Romanus notoriè falſa pro veris venditat, & Epiſcopis illudit, vel palpum illis obtrudit,ut alios excludat? alii iudicent. Neque hujuſmodi conſuetudinem ex eo probat F.Romanus,quod dicat ſe contrarium ignorare. Neque Aſtrum ipſius *q.*4.*n.*51.*ante fin.*§. *ſane.* eandem conſuetudinem probat,licet illam verbis jactet. 431

Poſito

Digitized by Google

452 *Poſito* etiam, *non conceſſo*. quod F. Romanus conſuetudinem illam alicubi probaret, quam necdum probavit, attamen foret ea conſuetudo *particularis*, ex qua non licet indefinitè & univerſaliter inferre, quaſi omnibus Epiſcopis per Monaſteriorum quorundam unionem annatæ intervetterentur. Siquidem à particulari ad univerſale non niſi ineptiſſimè fiet illatio; neque etiam verum eſt, quod per Unionem Monaſteriorum annatæ, ubi eæ receptæ eſſent, intervertetentur, ut mox videbitur, Pro meliori autem *horum omnium* intellectu in gratiam lectorum obiter hic noto. 1. *quid ſint annatæ?* 2 unde & 3 quibus debitæ? 4. Num in Germania receptæ?

Quid ſint annatæ.

453 Quod ad *primam* quæſtionem attinet, Annatæ aliis dicuntur annuum, vel annuum vectigal, aliis penſio, ſuntque fructus integri aut certa porrio, dimidium nempe fructuum, ſeu medii fructus, ut loquuntur, primi anni, ærario ſeu fiſco Apoſtolico à proviſo de Monaſterio, prioratu, præpoſitura, dignitate, adminiſtratione, officio aut beneficio aliquo vacante, in uſum Miniſtrorum Eccleſiæ, vel etiam belli contra Saracenos vel infideles ſuſcepti ſolvendi, Ita deſcribitur ex *Conſtitutione Pauli II. Decet Romanum Pontificem. dat. Idib. Ianuar* 1469. Alii aliter deſcribunt, quos vide apud Flamin Pariſ. *de confid. cap. 9. n 56. & ſeqq.* Azor. *tom. 2. Inſtit. mor. lib. 7. c. 12.* ubi eaſdem Annatas ex allato fine contra hæreticos juſtas & licitas eſſe defendit.

Quindennia quid.

454 Quod ſi beneficia, vel Monaſteria, unde ſolvi ſolebant annatæ, uniantur Collegiatæ Eccleſiæ vel Monaſterio, annatæ non intervertuntur, ſed earum loco ſuccedunt *quindennia*, ſive fructus medii anni ærario Apoſtolico quolibet decimo quinto anno ab iſta Eccleſia Collegiata vel Monaſterio, cui beneficia illa ſunt unita, ſolvendi, ut ex *eadem Conſtitutione Pauli* II. patet.

Annatæ unde debeantur?

455 Quod *ſecundam quæſtionem* attinet, *Reſpondendum eſt*, Annatas ſolvi ex Majoribus beneficiis Conſiſtorialiter conferri ſolitis, videl. Epiſcopatibus, Prælaturis, Monaſteriis virorum valorem 200. floren. aureorum excedentibus, nim. ſi prius ſumptus omnes neceſſarii fuerint ſubtracti, iiſque ſubtractis plus quam 200. floreni aurei ſupereſſent.

Deinde ex Minoribus beneficiis, Monaſteriis virorum in Camera Apoſtolica taxatis, & valorem 24. ducatorum excedentibus, qualem in Germania non excedere ſtatim oſtendetur. At ex cæteris omnibus minoribus beneficiis, Monaſteriis virorum valorem 24. ducatorum non excedentibus annatæ non ſolvuntur. juxta *Concord. German. inter Nicolaum V. & Fridericum Auſtriacum Imperatorem Ann.* 1334. *Kal. Iul. inita*; Qualia in Germania exceptis majoribus & conſiſtorialibus beneficiis cẽſentur reliqua omnia beneficia, & Monaſteria, quod ſubtractis omnibus neceſſariis, oneribus, impenſis &c. valorem 24. ducatorum excedere non æſtimentur, ut patet *ex Concord. Germ. & Conſtit. Pij V. 38. incip. Apoſtolicæ Sedis.* quam firmavit Rota Rom. in Leodienſi *Canonicatus 9. Dec. 1589.* Paderbornenſi *Canonicatus 21. Maij*

Beneficia in Germania non dicuntur valorẽ 24. fl. aureorum excedere.

Digitized by Google

Maij 1610. *coram Reverendiſſmo Coccino*, Leodienſi Canonicatus & Scholaſteriæ 27. *Febr.* 1612. *coram Card. Saccato*. Atque ita conſuetudo totius Germaniæ habet, ut beneficia in libris Cameræ Apoſtolicæ non taxata taxentur infra valorē 24. ducatorū auri de Camera, vel certè illum non excedere dicantur, atq; ita etiam ex conſuetudine taxandi in Germania juxta Concordata Germaniæ, Regulæ *Cancellariæ de exprimendo vero valore* ſatisfieri ſolet, ut notavit Georgius Branden *in Concord. Germ. not.* 2. Zypæ. *lib.* 3 *iur. Noviſſ. tit. Vt Eccleſ. benef. ſine dim. confer. controv.* 4. approbavitq; Rota Rom. deciſ. 544. n. 2. *part.* 2. *in recentiſſ. in Metenſi Semi-Canonicatus* 23. *Iunij* 1617. ſimiliter in Gallia obtinere tradit Rebuff. *in Syntagm. iur. Canon. lib.* 1. *tit.* 5. *lit. n.* videlicet, quod exceptis maioribus beneficijs, in reliquis nō ſoleat exprimi niſi valor 24. ducatorum, etiamſi mille valerent; neque ibi recepta ſit regula 21. *Cancellariæ de vero valore exprimendo*. Neque annatæ in *Monaſterijs Monialium*, locum habent, licet ſubinde ex ijs rochettum ſeu amictus albus ſolvatur, ut patet *ex ſup. cit. Concordat. Germ. inter Nicolaum V. & Fridericū Imp. initiis*; ubi de Monaſteriis virorum, non mulierum agitur, atque ita de ſtylo Curiæ receptum eſſe ſcribit Stephanus de Alvino *de poteſt. Epiſc. Abbat. Abbatiſ. cap.* 4. *n.* 4. Gomez. Sarment. *in d. regul. Cancellar. de Valore. q.* 3. *Ex Monaſterijs Monialium non ſolvuntur annatæ.*

Tertiam quaeſtionem quod attinet, patet *annatas* non niſi à ſummo Pontifice imponi poſſe, eique ſolvendas eſſe. *Pars prior* patet, quia cum ex jure communi ſcripto beneficia ſint ſine diminutione conferenda, neque ſupra hoc jus commune niſi ſolus Pontifex habeat diſpenſare, ſequitur, quod ipſius ſolius ſummi Pontificis ſit ſupra hoc diſpenſare, ut beneficia cum aliqua diminutione fructuum & quidem anni primi poſt vacationem, idque in uſum miniſtrorum Eccleſiæ neceſſarium &c. conferantur. *Pars poſterior* patet tum ex *Concordatis Germaniæ*, tum ex *d. Conſtitutione Pauli* II. 456. *Annatæ quibus ſolvenda.*

Quamvis autem annatæ ipſi Pontifici veniant ſolvendæ; attamen poteſt Pontifex *per privilegium Epiſcopus* vel aliis fructus primi anni poſt vacationem, vel etiam quandoque duorum aut trium annorum, in uſum eorundem neceſſarium, ad ſuccurrendum indigentiæ &c. vel propter debita ſolvenda, vel in uſum fabricæ Eccleſiæ &c. concedere *per c. ſi propter tua debita de reſcript. in* 6. *Extravag. ſuſcepti ne ſede vacant.*

Conſuetudine etiam introduci poſſet, ut *Epiſcopis, Archidiaconis* Annatæ ſeu medij fructus beneficij vacantis ſolverentur *d. Extrav. ſuſcepti.* Zerol. *in prax. Epiſcopali part.* 2. *verb. Bullæ q.* 4. Navarr. *conſ.* 3. *de ſimon.* quemadmodum talem *conſuetudinem in Normandia & Diœceſi Pariſienſi* viguiſſe tradit gloſſa *pragm. Sanct. de Annatis. verb. conſuetudinis pag. (mihi)* 637. Alias eiuſmodi impoſitio & exactio Annatarum Epiſcopis &c. eſt prohibita *per c. præſenti. §. porrò de off. ord. in* 6. Zerol. *in prax. Epiſcopal. part.* 2. *verb. Bullæ. q.* 3.

Quiſquis autem volet Epiſcopis Annatas ex conſuetudine aſſerere, neceſſe habebit eam probare conſuetudinem, pro ut ſupra eſt deductum, qualem

lem hactenus in Germania vigere F. Romanus nec probavit nec probare poterit.

Annatæ & quindennia in Romano Imperio, Belgio & Gallia non ſunt recepta.

Denique quod ſpectat ad *quartam quæſtionem*, invenio in hoc, varijs S.R.I. Comitijs, *Auguſtanis* 1500. Norinbergenſib. *Ann.* 1522. atque Ratiſponenſibus *Ann.* 1641. 1642. per varios Imperij Receſſus declaratum eſſe, Annatas & quindennia *in Romano Imperio* non eſſe *recepta*, atque illud etiam *Anno* 1522. Illmo D. Franciſco Cheregatto S.D.N. Adriani Papæ VI. Legato tum etiam ſuæ Sanctitati Vrbano Papæ VIII. Anno 1642. humillimè per literas nomine Imperatoris ac S.R.I. Statuum expeditas ſignificatum eſſe, prout *in Belgio* quoque teſte Zypæo *lib. 3. iur. noviſſ. ut Eccleſ. benef. ſine dim. confer. quæſt.* 4. atq;
457. in Gallia *ex Arreſto 27. lib 1. tit. 5. apud Papon.* recepta non eſſe ſcribuntur.

Ex hiſce facilis eſt eorum, quæ F. Romanus oppoſuit, ſolutio. Falſum autem eſt.

1. Quod *Epiſcopis* Germaniæ ex antiqua conſuetudine annatæ fuerint numeratæ.

2. *Quod illæ* Epiſcopis ex Concordatis Germaniæ fuerint ſolutæ.

3. Quod F. Romanus tam mea, quam Zerolæ verba à me allata cavilletur, quando aſſerit, quaſi Concilium *Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 14. *de reform.* ab ipſo Zerola atque à me allegatum hæc recitaret verba, *Epiſcopus non poteſt primi anni fructus beneficij ſibi retinere.* Cum neque ego, neque Zerola id dixerimus, ſed hæc verba *Declarationi Cardinalium immediatè præcedenti*, quam fallaciter F. Romanus omittit attribuerimus, quamuis eorundem vis & ſignificatum ex *cit. Concil. Trid. loco* deduci poſſit, ut nemini latebit, qui verba *Concilij Trid.* accuratius perpenderit.

4. Fateatur hic F. Romanus, quod nomine *beneficiorum*, de quibus loquitur Concilium Trid. *cit. loco* non veniant *Monaſteria*, itaque ipſe *propria ſua Aulæ* fundamentum *n.* 12, 17. & paſſim poſitum ſubvertit; ne tamen aulæ præcipitio F. Romanus obteratur aut opprimatur, ſuadeo ipſi, ut tempori ſibi conſulat. 5 affingit F. Romanus Zerolæ, quod loquatur de *Eccleſiis Cathedralibus*, Collegiatis & parochialibus ſæcularibus. Cum Zerola, uti ex ſubjectis ab eodem F Romano verbis conſtat, nihil horum dicat, ſed loquatur inter alia *de inſtitutione, confirmatione, proviſione alicujus Eccleſiæ* indefinite, & ſine additione vocis *ſæcularis* (quam F. Romanus textum ipſius corripiendo adje-
458. cit) quod pro & in ijs nihil poſſit accipi.

Quæro ego à F. Romano; *An Abbates electi non confirmentur, vel præſentati non inſtituantur*, vel etiam Pontifex de Abbatijs immediatè ſibi ſubjectis & maximè Monaſteriis Conſiſtorialibus non provideat? Annon nomine *Eccleſiæ* veniant *Monaſteria* Si id neſciat F, Romanus, diſcat à Benedicto Capra *in Clem. cum ration: n.* 25. *de elect.* Ioan. Andr. *& ibi* Dd. *in c.* 1. *in princ. de reſt. in integr. in* 6. *in Novell.* Nunquid interdicta alienatione rerum *Eccleſiæ*, etiam interdicta cenſebitur rerum Monaſterij alienatio?

Quod

Digitized by Google

Quod ſi F. Romanus voluerit Concil. Trid. *cit. loc.* allegare, illud quidem ad vocem *Eccleſia* addit vocem *Cathedralis*; nihilominus loquitur etiam de Eccleſijs Collegiatis indefinitè non adiecta vocula *ſaculari aut ſacularibus*, quam F. Romanus iniuſſus adiungit. Nomine autem *Eccleſiarum* & quidem *Collegiatarum* venit etiam *Monaſterium*, prout *ſup. in reſolut. q. 1. c. 1.* fuit oſtenſum. 459

6. Cum in Concordatis Germaniæ expreſsè ſit cautum, quod iſta deinceps duratura ſint, *niſi in futuro Concilio de Conſenſu* dictæ Nationis Germanicæ *aliter* fuerit ordinatum, atque ibidem proviſum, ut circa proviſionem dictæ Sedis ordinandam modus Annatarum hoc modo currat, &c. In Concilio verò Tridentino *d. ſeſſ. 24. c. 14. de reform.* (cui Natio Germanica conſenſit, eo quod de eius diſſenſu per proteſtationem contrariam non appareat) aliter diſponatur, inhibeaturque, (quemadmodũ etiã Cardinaliũ Cõgregatio declaravit) ne in *electione, inſtitutione cõfirmatione, proviſione alicuius Eccleſia* ad partẽ proventuũ ullæ conditiones adijciantur, vel etiã *Deductiones ex fructibus fiant*, quid quæſo illis verbis aliud innuitur, quam quod ibidem Annatæ prohibeantur. Ecquid enim aliud ſunt Annatæ, quam mediorum fructuum primi anni ex beneficio vacante deductiones. Itaque valde detorta & ſiniſtra econtraria F. Romani interpretatio Zerolæ, Noſtra verò acceptio Zerolæ & recta eſt & dextera. 460

His tamen F Romanus non contentus, alium & quidem palmarium adiungit errorem, ſi non fallaciter comminiſcitur.

7. Igitur tradit, Zerolam *in loc. à me cit. part. 2. verb. Bulla q. 4.* docere, annatas ſeu medios fructus poſſe exigi à beneficijs, (NB. F. Romane) ubi viget conſuetudo, quæ omnia ſtudiosè ego diſſimulem, ut Zerolam mihi favere perſuadeam. Itane! Sed unde hoc colligis F. Romane! Zerola docet, *Vbi viget conſuetudo*, poſſe exigi medios fructus primi anni vacantis. At ubi hanc ego hypotheſin de conſuetudine purificata non nego? Hanc theſin F. Romani, quod in Germania vigeat conſuetudo Epiſcopis ſolvendi annatas, ego nego ac pernego, neque ex verbis hiſce Zerolæ indefinitis & indeterminatis, quod annatæ poſſint exigi, *Vbi viget conſuetudo* poteſt concludi, nedum probari. Num ex illimitato ad locum & tempus, & conditionato ſeu hypothetico poteſt limitatum quid quoad locum & tempus, & abſolutum concludi? Quã benè ſibi F. Romanus conſuleret, ſi ſuum volutaret breviarium, veritatique ſtuderet, atque argutiolas devitaret. 461

8. Si porrò videamus, quomodo annatas Germaniæ Epiſcopis *indefinitè* adeoque univerſaliter in Aſtro aſſertas hic probet, apparebit, quod *ex particulari loco* eam probare intendat, nim. *quia in Superiori Germania conſtans eſt* conſuetudo, & iterum, quomodo hanc particularem probat; quia *con-* 462

trarium ſe ignorare aſſerit. Ergo annatæ Epiſcopis Germaniæ ſunt ex conſuetudine ſolvendæ. In qua figura hanc concluſionem inferes? Deinde quomodo F. Romanus ex nuda ſua contrarij ignorantia conſuetudinem poſitivam probabit? De multis contrarium ignoras, num ideo hoc vel illud verum erit? Sunt diſcurſus non concludentes.

463. At, inquis, in ſuperiori Germania eſt conſtans conſuetudo; inquis & aſſeris ſed non probas, uti probare teneris *ex l. 2. ff. de probat* Non ita conſuetudo juri contraria varijs actibus poſitivis, publicis, uniformibus confirmanda, nudis verbis aſtruitur.

464. Tum poſito, non conceſſo, alicubi in ſuperiori Germania vigere conſuetudinem, num ideo verum erit dicere, In univerſa Germania iſtam vigere conſuetudinem? Num aliquis locus ſuperioris Germaniæ eſt tibi univerſa Germania? Facilius dixeris F. Romani manum eſſe ipſum totum F. Romanum, quam aliquem locum ſuperioris Germaniæ vel ſuperiorem Germaniam eſſe univerſam Germaniam. Qua ratione quæſo Epiſcopos extra ſuperiorem Germaniam conſtitutos audes cum tua aſſerta conſuetudine ſuperioris Germaniæ quoad annatas ludificare?

9 Annon ridiculus es, quando pro conſuetudine Germaniæ annatas ſolvendi comprobanda remittis me ad *Aſtrum tuum q. 4. n. 51. ante fin. §. ſanè*, ubi hac de re pluribus te egiſſe dicis. Audiamus igitur te loquentem, Ita verò inquis, *Sanè per præfatam translationem Monaſteriorum non exemptorum perdunt Epiſcopi &c. jus annatarum &c.* Et hoc eſt totum, quod de Annatis *ibidem* tradit F. Romanus, Ergo conſuetudinem Annatarum in Germania probatam habes; quia hoc Aſtrum tuum dicit. O ridiculum Logicum & argumentatorem.

465. 10. Denique falſum eſt, quod Navarr. *conſ. 3. de Simon.* ne Annatarum quidem meminerit. Cum tamen ipſe *ibidem* illud aſſerat, ad quod à Zerola *cit. loc.* erat allegatus. Et ne ulli dubium eſſe queat, ita ipſe *d. conſ. 3. n. 3.* loquitur; Quatto, quod in multis Eccleſiis habet antiquiſſima conſuetudo, ut MEDIETAS FRUCTUUM BENEFICII, quoties vacaverit, debeatur Fabricæ, vel mortuo beneficiario, vel alicui alij, ut clare colligitur ex *extrav. ſuſcepti ne ſed. vac. inter commun.*

466. Quinto quod juſtiſſimè potuit Papa imponere HUIUSMODI ANNATÆ ſolutionem faciendam, quoties vacaverit, prædictis Canonicis ſeu Capitulo eorum ad ſe honeſtè ſuſtentandum *arg. prædicta extrav. &c.*

Ita Navarr. *in conſil ſuis Venetijs* 1601. *impreſſis tom. 2. lib. 5. pag.* 118. *col. 2. lit. F.*

Ex hiſce videre licet, quantum falſitatum cumulum F. Romanus ſecum ex inſula Creta deportaverit, quem fruſtra in Epiſcoporum aulis diſpergere conatur.

S, 28

§ XXVIII.

Oſtenditur, aſſociatione Monaſteriorum Conventu deſtitutorum aliis Ordinibus facta non violare decimum decalogi praceptum, ſed potius per eiuſdem contradictores violari.

Inferebam ex his omnibus & ſingulis argumentis à F. Romano *q.2. Aſtri* 467
n.25. conglobatis apparere, malè ab ipſo concludi, quaſi à ſuperioribus legitimis in Monaſteria morte omnium incolarum Conventualium deſtituta introducti vel introducendi, vel in ijs ſubſtituti aut ſubſtituendi alij alterius Ordinis Religioſi ex Cardinalium declaratione cæteris in Seminarijs anteponendi *contra Decalogi præceptum decimum* rem alienam appeterent. Cum Monaſteria Conventu ob mortem omnium incolarum Religioſorum deſtituta, ipſorumque bona ad cæteros aliorum Monaſteriorum alienigenas & exteros eiuſdem Ordinis Religioſos non pertinere, *tam in huius ſextæ, quàm tertiæ quæſtionis Aſtri Eclipſis reſolutione* ex Alexandri VI. *Conſtitutione Accepimus, dat.* 1497, ac Trithemio docuerim.

Quod ſi darentur aliqua Monaſteria illius Ordinis, ad quæ exteri aliorum 468
Monaſteriorum jus haberent, prout non habent, tunc ea nihilominus ex cauſa publicæ utilitatis Eccleſiæ, alijs alterius Ordinis Religioſis *citra d. præcepti decimi violationem* & læſionem conferri; imò etiam ab alijs alterius Ordinis Religioſis ea bona, prout legitimæ ſuperiorum Eccleſiæ univerſalis utilitatem ſpectantium voluntati ac diſpoſitioni ſubjacent, deſiderari poſſent; quia bona ea ſic conſiderata reſpectu aliorum alterius Ordinis Religioſorum, neque ex ſe, neque ex circumſtantijs ſunt mala, aut illicita, ſed bona; adeoque ut ſic conſiderata deſiderari poterunt. Alias ubi objectum in ſe vel ex circumſtantia & quidem ob ſuperioris prohibitionem eſſet malum, aut ſi aliquo inordinato modo appeteretur, illud ita appeti vel deſiderari prohiberetur. Videatur *Bayle in explicatione huius decimi præcepti.*

Ex quibus conſequenter infertur, quod ſi exigente utilitate publica alij 469
alterius Ordinis Religioſi vel etiam Seminaria Clericorum in Monaſteria Conventu ob mortem omnium incolarum deſtituta introducantur, vel etiam ipſi Religioſi eiuſmodi introductionem deſiderent, minimè jus divinum, & quidem *hoc decimum præceptum*, jus naturale ac gentium violetur.

F. Romanus *ſub allegat.* 479 *tit. ſepulchra concupiſcentiæ*, confuſo ordine negat *q.1.2.3. Aſtri Eclipſis* doctum eſſe Monaſteria ob mortem omnium Conventualium eſſe emortua ac eorundem bona ad ipſum Ordinem non pertinere, atque in contrarium repetit *Aſtrum, Aulam & allegat.* 461. obtendit que *quaſi ex utroque iure & Bulla Vrbani VIII. oſtenderit, Monaſteria deſtituta non eſſe emortua, titulos, dignitates, iura & privilegia non evanuiſſe, ſed ex iuſtitia & iure communi* DEBERI *antiquis Ordinibus & perſonis iuxta fundationem qualificatis, adeoque* 470 *Comment. Hayan.*

 pri-

primam à me prolatam rationem nullam & invalidam eſſe. Quod autem Papa de plenitudine poteſtatis poſſit ex ſufficienti & urgenti motivo, talia alijs Religioſis conferre, citra d. præcepti decimi læſionem &c. ſatis credit: cum is dando non concupiſcat. Multa autem dari vel conferri poſſunt licite, quæ non poſſunt licitè co[n]cupiſci.

471 Quod deinde Monaſterium deſolatorum bona, reſpectu Fatrum Ieſuitarum conſiderentur non ut mala, ſed ut bona, itidem veriſſimum eſt, aliàs non concupiſcerentur. Sic enim quivis alius, alienis bonis inhians, ea deſiderat, ut ſibi bona, hæc tamen bonitas etiam ob eleemoſynam, ob redemptionem captivorum, fabricam Eccleſiæ, aliumque finem bonum intenta, à peccato non relevat, cum habeat annexam iniuriam tertij & iniuſtitiæ labem. Hinc dicit Auguſtinus de Ancona (quem ego fol. 182. doctiſſimum nominem tract. de Eccleſ. poteſt. q. 56. §. per illud præceptum; Non concupiſces domum, nec rem proximi tui, nomine domus prohibitam concupiſcentiam boni utilis & boni honorabilis. Et ibid. §. 4. ad 3. citatus Auguſtinus dicens, quod peccatum eſt, appetere, quod iuſtitia vetat. Certum autem eſt, iuſtitiam vetare, ne Monaſteria deſtituta, ſuis adhuc Ordinibus antiquis ſecundum omnia iura, & ex ultima voluntate fundatorum & concordatis Germaniæ debita, appetantur ab ijs, qui de iure

472 ad illa nec ſunt habiles, nec qualificati, Ius autem habens ex fundatione & concordatis, facit debitum ex iuſtitia, & actionem proprie dictam tribuit, ut in aula n. 116. & alibi dixit, Hinc etiamſi pauperibus vel ſcholaribus, vel alteri certo generi hominum alicuius oppidi vel provinciæ teſtamento quis legaſſet mille aureos, quos hæredes ſeu Executores dare tergiverſarentur, competeret illis actio proprie dicta, ad legatum huiuſmodi obtinendum, quod ipſis citra violationem iuſtitiæ negari non poſſet. Quanto magis in his Monaſterijs, in quorum quieta poſſeſſione tot ſæculis Ordines antiqui fuerunt, non ſolùm ius ad rem, ſed ius in re pleniſſimè obtinuerunt) arg. c. ſi pater. de teſtam. glo. & Dd. ibid. verb. pauperes. Specul. tit. de inſtrum. edit §. 14. verſ. ſed an pauperes & ſeqq.

473 Certe ſi fratribus Societatis Ieſu, eiuſmodi legatum fieret, Vnde conſequerentur ius duntaxat ad rem, & ex adverſo Monachi vel Canonici Præmonſtratenſes, propter neſcit quam utilitatem publicam, legatum illud præriperent, Deum immortalem, quantas à Fratribus Societatis ſuſtinerent oppoſitiones; mox alienarum rerum invaſores, iuſtitiæ perturbatores, charitatis, inimici pacis & decalogi violatores audirent, & mille titulis ſimilibus afficerentur, aliisque vijs & modis utilitatem illam publicam quærere & promovere juberentur, nec immerito. Nam concupiſcentia, ut ait cit. Anton ubi ſupra ad 4. in fin. ſi ſit in detrimentum proximi deliberata, & ſi ſit opere contra Dei mandatum, & contra charitatem proximi conſummata, peccatum mortale eſt. Et mox; Conſummatum autem intelligitur eſſe peccatum, non ſolum per operis executionem, verùm etiam per interioris conſenſus deliberationem. Hæc ille. Nec fruſtra monuit Apoſtolus Theſſalonicenſes, nullius aliquid deſideretis, quia radix omnium malorum cupiditas &c.

Theſſalon. 4. 1 Tim. 6.

Reliqua quæ ibidem ſequuntur, non niſi ingentem ſacrarum ſcripturarum

474 abuſum continent, tum etiam contra apertam veritatem per meram ca-

lum-

Digitized by Google

lumniam confinguntur,interque ea,quaſi, ut ipſe dicit monitu meo aſſertæ quædam literæ Baronis Hermanni Queſtenbergs & P. Theodori Lennops proferuntur,quæ omnia ex damnato Alphonſi Vargas libello famoſo & maxime *cap.*33.deſumpta ſunt,nihilque ingenuitatis aut veritatis complectuntur,ea veluti plena infiCeriarum prætermitto. Et ſi quid in aſſertis literis rationis ac momenti afferatur, iam ſuis locis abunde eſt refutatum. *Alias* calumniolas fabulas *in tractatu noſtro* 4.refutavimus,ubi igitur videri poterunt. Hactenus F Romanus cuius abſurditates placet paucis ob oculos ponere.

Certe ex toto ipſius diſcurſu apparet,quod ipſe ius divinum,naturale gentium,fundationes & concordata Germaniæ, tum pronunciata *de concupiſcentia* malè,imò peſſimè applicet Vt proinde illi opponi poſſit , *ſunt ea iuris malè applicata* prout etiam ſtatim oſtendetur. 475 *Diſcutiuntur.*

1. Quod aſſerit F.Romanus *d.qq.*1.2.3. *Aſtri Eclipſ.* contra ſe nihil probatum eſſe,eſt ſine ratione F.Romani aſſertio:Contrarium æquus lector ex hactenus deductis facile videbit,ac S.Rom.Romana cenſuit.Siquidem hæc pro mea doctrina contra F.Romani aſſertionem 29.*Maij* 1641.*coram Emo. D.Verospio* decidit,ut *in tractatu noſtro* 3. videre eſt.

Quin eadem F.Romani aſſertio , quod ob mortem omnium incolarum Religioſorum alicuius loci nullo ſuperſtite 1. Monaſterium formale ſeu collegium,2.Tituli & dignitates non extinguantur,iuribus & Dd.à me *cit. q* 1 *c.*1.2.3. repugnat, & quidem *quoad titulos* expreſſo textui *in c. dilecto.de preb.* quo ad dignitates *deciſionibus Rotalibus* 4 5.6 9. *aqud Tamburin.tom.*3. *de iure Abbat.*adverſatur.Cum in his deciſum reperiatur,quod Abbatiæ, Prioratus Conventu & cura carentes non ſint dignitates. 476

Tum etiam quod totus Ordo Benedictinus ex fundatione acquirat ius in quæcunque Monaſteria ſui Inſtituti collectivè ſumpta, aut quod fundatio Monaſteriorum illius inſtituti pro toto Ordine facta ſit,conſtitutioni Apoſtolicæ Alexandri Papæ VI. *Accepimus.dat.*1497. Trithemio, quin etiam ipſi fundatorum intentioni repugnat,ut *in d. q* 2.3.4.*& hac* 6. *Aſtri Eclipſe os eſt* maniſeſtè deductum & probatum. Quartum quod Monaſteria Conventibus deſtituta ſint Religioſis eiuſdem Ordinis conferenda, S. Rotæ Rom.*deciſ.*19.*n* .7.(ubi ea minori 14. annorum, qui certè non eſt eiuſdem Ordinis Religioſus,conferri poſſe deciditur) è diametro repugnat.Vt mirum ſit, qua fronte homo religioſus contra manifeſta iura, Conſtitutiones Apoſtolicas ac deciſiones Rotales hiſcere,nedum clamare, tum concordata Germania pro ſe allegare & iactare audeat, quæ nihil minus quam pro F. Romano faciunt. Vt ex infra deductis ipſius erroribus patebit. 477

Ex quibus eſt 1. quod in Monaſterijs,in quibus promittitur ſtabilitas loci,totus Ordo ius acquirat, Cum hoc & fundatorum intentioni & Conſtitutioni 478

Digitized by Google

tioni Apoſtolicæ Alexandri VI. *Accepimus dat.* 1497. *ult. Sept.* tum etiam rationi adverſetur qui a Religoſus illorum Ordinum, qui ſtabilitatem in loco promittunt, filius conſtituitur illius Monaſterij, in quo profitetur, ac jus in illud conſequitur. Servat. Lairveltz *in Catechiſm. Novit. tom.* 2. *lect.* 112. *document.* 6. facit, & tradita ab ipſomet F. Rom. *ſub allegat.* 18. Certum autem eſt, quod totus Ordo Religioſus nõ in omnibus Monaſterijs recollectivè ſumptis profiteatur. Cum nullus Monachus ſtabilitatem loci promittens poſſit eſſe *in duobus*, nedum in omnibus totius Ordinis Monaſterijs profeſſus, *c. cum ſingula.* §. *prohibemus & ibi* Can. *de præb. in* 6.

2. Quod aſſerat F. Romanus *allegat.* 461. contrarium ſe oſtendiſſe, illud quam à veritate ſit alienum, tam ex *ſup. deductis*, quàm ex *reſolutione q.* 3. *c.* 3. *n.* 21. *eluceſcit.*

3. Quod Monaſteria formaliter accepta ſtabilitatem loci promittentia, morte omnium incolarum interveniente, nullo omnino ſuperſtite ſint emortua, jam *ſup. in reſolut. q.* 1. *c.* 1. ex ipſomet F. Romano eſt refutatum, oſtenſumque, quod ipſe *Latinè* Monaſteria emortua neget, quæ *Germanicè* emortua eſſe concedit, Videlicet, das Cloſter ſey außgeſtorben/ quia non Germanorum ipſe, ſed ſummi Pontificis in Italia diſpoſitiones reformidat.

479 4. Quod tituli in Monaſterijs & Eccleſijs non numeraris cum intitulatis non extinguantur, cum contrarium *ex d. c. dilecto. de præb.* pateat, ubi dicuntur tituli eiuſmodi cum intitulato mortuo extingui, & novi cũ ſurrogatis creari.

480 5. Quod Abbatia, Prioratus &c. in Monaſterio Conventum non habente ſit & maneat vera dignitas. Cum tamen Abbatiæ, Prioratus Conventu deſtituti, non ſint verè dignitates, eo quod eſſentialiter deſtituantur ad dignitatem requiſitis S. Rot. Rom. *deciſ.* 4. 5. 6. & 9. *apud Tamburin. tom.* 3. *de jure Abbat.*

481 6. Quod jura & privilegia in Monaſterijs, Conventu ob mortem incolarum deſtituris maneant; quæ ſi de corporalibus intelligantur, falſum eſt, ea manere, quemadmodum *in reſolut. q.* 1. *c.* 3. & *q.* 3. fuit probatum; ſin verò de realibus intelligantur, jam nihil contra me in præſentem controverſiam affertur, *prout in d. reſolut. q.* 1. *c.* 3 & *q.* 2. & *q* 3. deduxi.

7. Quod Monaſteria pro his vel illis ex Ordine S. Benedicti fundata, toti Ordini ex juſtitia debeantur; Cum eius contrarium in Conſtitutione Apoſtolica Alexandri VI. *Accepimus dat. An.* 1497. *ult. Sept.* ſit notorium, præterquam quod eo poſito non conceſſo, efficiatur falſum eſſe, quod totus Ordo in d. Monaſterijs Conventu deſtitutis jus habeat. Siquidem iuxta F. Romanum, quod alicui debitum eſt, in illo quis jus in re, ſeu dominium habere non dicatur. Cum aliud ſit ius in re habere, & aliud jus ad rem habere, ſeu illi debitum eſſe F. Rom *q.* 1. *n.* 49. *Videatur reſolutio q.* 2 *ſect.* 3. *c.* 1. *n.* 3.

482 8. Quod exteri aliorum Monaſteriorum ad hoc Monaſterium ob mortem omnium incolarum eiuſdem Regulæ deſtitutum ſint *qualificati & idonei*;

cum

cum eius contrarium ex *ſaped. conſtit. Apoſtolica* Alexandri VI. *Accepimus dat. An.* 1497. pateat, atque ex Didac. Spin. *in ſpec. teſtam. glo. 3. principal. n.* 32. ipſi in defectum aliorum, adeoque tanquam minus idonei veniant admittendi.

9. Similiter quod totus Ordo à fundatoribus ſit inſtitutus. Cum à parte 483
adverſa haud ullum ea pro re poſſit produci teſtamentum aut documentum, ex quo oſtendatur, quod totus Ordo vel verbo vel ſcripto in hoc vel illo Monaſterio ſit inſtitutus, illudque aſſertum & teſtamenti tabulis & Alexandri VI. *conſtit. Accepimus repugnet.* prout *ſup. eſt* viſum. Nihilominus poteſt dici, quod hic vel illè Ordo ſit inſtitutus, ſi ſynecdochice totus pro ipſius membro accipiatur, *Vid. reſolut. q. 2.*

10. Itidem quod *præſumpta Teſtatorum* voluntas ſtet pro ipſis eiſdem Ordi-
nis Religioſis. Cum contrarium *ex reſolut. qq. 3. 5. 6. atque ex c. admonet. 8 ſeſſ. 25.* 484
de Reform. oſtendatur, tum ex eo pateat, quod in feudorum, quibus Monaſteria F. Romanus *in Aula Aſbeſto n. 57. & ſeqq.* aſſimilavit, inveſtitura non veniat perſona extrinſeca. Raudẽſ. *de analog. univ. c. 34. n. 64. per l. ſi ſtipulatus. l. Chryſogonus ff. de V. O.* ſi enim alijs perſonis teſtator voluiſſet concedere, utique *expreſſiſſet.* Raud. *d. loc. arg. l. un.* § *ſin autem ad deficientis, C. de caduc. toll.* Ergo *à pari* nec in Monaſteriorũ inſtitutione venient extraneæ perſonæ, quales ſunt exteri aliorum Monaſteriorũ eiuſdem Ordinis Religioſi. Accedit, quod præſumpta teſtatoris ac fundatoris voluntas non ex privato cujuſque ſenſu, qualis eſt F. Romani ſed vel à iure vel à iudice vel à recta ſuperiorum, & maximè ſummi Pontificis interpretatione veniat accipienda, per not. Simon. de Præt. *de interpret. ult. vol. lib. 1. interpret. 1. dub. 5. ſolut. 6. q. 12. 13.*

Ex quibus relinquitur, quod F. Romanus hactenus nihil ſolidi contra
meas concluſiones attulerit, ſed eæ veræ maneant. 485

Quod verò adijcit, Papam de plenitudine poteſtatis poſſe in Monaſteria Conventibus ob mortem omnium incolarum deſtituta alios alterius Ordinis introducere, *ambiguum eſt*; ſi enim intelligat *plenitudine poteſtatis* abſoluta id poſſe, fallax eſt. Vel enim propoſitionem illam *taxativè* accipit, ut velit Pontificem id poſſe tantùm abſoluta plenitudine poteſtatis, & falſus eſt, *prout ſup.* fuit oſtenſum; vel accipit inde, finitè & indeterminatè, ita ut dicat, Pontificem id *poſſe* quidem abſoluta *plenitudine poteſtatis*: ea tamen non neceſſario uti, cum etiam *Ordinaria id* plenitudine poſſit, & tunc nobiſcum ſentiet,
prout *in reſolut. q. 4.* videre eſt. 486

Pariter ambiguum eſt, & fallax, quod ait F. Romanus, *multa licite dari & conferri poſſe, quæ non poſſint licitè appeti vel concupiſci*; quia vel loquitur de *actu inefficaci* ſeu ſimplicis complacentiæ in re aliqua, quæ, & non quatenus, *aliena* eſt, & tunc falſum eſt, quod is qui ſimplici affectu rem etiam alienam concupiſcit, peccet; quia is nec in rem malam, nec ſub ratione aliqua mali, cum ab illa abſtrahat, fertur. Ita Caſtr. Palao *in opere moral. tract. 6. diſp. 4. punct. 1. n. 11.* vel loquitur de actu efficaci, quo aliquis in rem alienam, modo ac ratione li-

cita,qua eam obtinere poſſit,*ordinatè* fertur,& tunc iterum falſum eſt,quod peccet,quodque is ſit alienorum appetitor. Cum is ſaltem in obiectum ex ſe indifferens,ex circumſtantia autem modi honeſti & liciti honeſtum feratur. Videatur S.Thomas 1.2.*q* 100.*art.*4 *ad.*3.*& q.*30.*& ibi* Tanner.alijq;:vel loquitur de actu efficaci,quo aliquis in rem alienam modo ac ratione nō licita, qua eā obtineat, inordinatè fertur,tunc verum eſt,q; dicatur is peccare,alienorumque eſſe appetitor, Auguſtin.de Ancon.*de poteſt. Eccleſ q.*56.*conſiderat.*1. « *concluſionis ratione prima.* Primo.*inquiens*,quia le x illa (nō cōcupiſcendi) à Deo- « data fuit,ut patet Exod.20.Sed Deus plus diligit munditiā cordis,quā operis. « Ergo Deus in lege nō ſolùm alienæ rei actualē acceptionem,verū etiā INOR- « DINATAM COGITATIONEM accipiendi & concupiſcendi prohibuit &c.

487 Ex his patet,quam imperitè quamque calumnioſè F. Romanus de concupiſcentia loquatur.

488 13. F.Romanus haud unquam probabit,P.Paulum Laymannum dixiſſe; quod Societas inordinatâ cogitatione accipiendi in rem alienam feratur; cum neque hoc ipſius verba expreſſe præ ſe ferant,neque etiam tacitè inſinuent,*prout in tractatu noſtro* 4.*videbitur*,Societas noſtra nil niſi vacans atque à nemine occupatum vel poſſeſſum,idque ex Ordinata ſuperiorum diſponentiū voluntate deſiderat; unde non niſi ab iniquis cenſoribus ordinatum deſiderium rei vacantis poterit concupiſcentia rei alienæ explicari.

489 Certè non quævis cogitatio maxime ordinata rem alienam accipiendi & obtinēdi eſt peccatū,ut videtur vel imperitè vel fallaciter F. Roman⁹ lectori obtrudere velle. Quod vero *cogitatio ordinata* rem etiam alienam impetrandi non ſit peccatū,patet;quia alias mercatores omnes,& emptores hoc ipſo, quod cogitarent de his vel illis mercibus alienis comparandis,quotquot beneficia vacantia ſibi conferri peterēt,peccarent quod foret abſurdū aſtruere. Verū cogitatio & *affectus inordinatus* alienorū viā & modo nō licitis obtinēdi, eſt peccatū.Cuiuſmodi affectū inordinatū in Societate noſtra dari citra graviſſimam calumniam à F.Romano nec aſſeri nec probari poterit.

490 Quin potius F.Romanus illius reum ſic oſtendo. Quicumque rem alienam non ſuam contra expreſſam voluntatem eius,qui de illa diſponere habet,accipere efficaciter deſiderat,is verè alienæ rei eſt appetitor, & actu efficaci rem alienam inordinatè concupiſcit.

Oſtenditur ratione, quod F.Romanus laboret rei alienæ concupiſcentia.

Atqui F.Romanus alienigena & exterus rem aliquam non ſuam,nim. Monaſteria Conventibus ob mortē omniū incolarū Religioſorum in Græcia, Anglia, Saxonia, Palatinatu &c. deſtituta cōtra expreſsā voluntatē eius, qui de ijs diſponere habet,nim.*Sūmi Pōtifex*,accipere efficaciter deſiderat.

Ergo F.Romanus alienigena & exterus verè alienæ rei eſt appetitor,& actu efficaci rem alienam,nim.Monaſteria Conventibus ob mortem omnium incolarum Religioſorum *in Græcia, Anglia Saxonia, Palatinatu &c.* deſtituta inordinatè concupiſcit.

Con-

Conſequenter F. Romanus alienigena & exterus *decimum decalogi præceptum de non concupiſcendo res alienas*, violat.

Maior conſtat tum *ex l fin. C. Vnde vi.* tum ex *definitione concupiſcentiæ rei alienæ* in decalogo prohibita, quæ notoria eſt, atque ex traditis S. Thom. & Auguſtin. de Anton. *cit. loc.* conſtat.

Minor quoque patet. Nam 1. quod F. Rom. reſpectu Monaſteriorum Cōventibus ob mortem omnium incolarum Religioſorū *in Græcia, Anglia, Saxonia, Palatinatu &c.* ſit alienigena & exterus, patet evidentia facti; Cum ipſe in Ochſenhauſen Sueviæ Monaſterio, ſtabilitatē loci promiſerit, ibique ſit profeſſus, & origine ſit Sorethanus, teſte ipſomet F. Romano. 2. quod d. Monaſteria Conventibus ob mortem omnium incolarum &c. *allegat* 477. *n.* 2. deſtituta non ſint ſua F. Romani, nec in ijs ullum ius habeat, ſimiliter patet, tum ex conſtitutione Alexandri VI. *Accepimus dat.* 1497. tum ex eo, quod in ijs F. Romanus non ſit profeſſus, per eiuſmodi enim profeſſionem religioſam in Ordine Sancti Benedicti &c. ius in Monaſterium, in quo quis profitetur, acquirit, juxta propria ipſius F. Romani tradita ſub *allegat.* 18. & Servarij Lairvelt *z. tom.* 2. *Catechiſmi Novitior lect.* 112. *docum.* 6. 3. quod itidem F. Romanus Monaſteria illa contra expreſſam voluntatem Pontificis & quidem ex Ordinaria ſua plenitudine poteſtatis diſponentis deſideret, hic ipſe locus & totus ipſius fere liber loquitur & conteſtatur, quo iuſtam Summi Pontificis voluntatem impugnat. 4. Quod verò Pontifex de Monaſterijs Conventu ob mortem omnium incolarum Religioſorum deſtitutis diſponere habeat, iura ipſa loquuntur, & conſtitutio Alexandri VI. *accepimus*, tum S. Rota Rom. *deciſ.* 4. 5. 6. 9. palam faciunt, ut *in reſolut. q.* 4. *& alibi* viſum eſt. Ex quibus cōcluſio ſuperius contra F. Romanum allata relinquitur vera, quod nim. ipſe alienigena & exterus verè alienæ rei, ſcil. d. Monaſteriorum appetitor, eaque inordinatè concupiſcat. Econtra verò ſequitur, ꝙ cum nihil horum de Societate noſtra verè affirmari, nedum probari poſſit, ideo nec Societas noſtra 491 poſſit verè appellari *rei alienæ appetitrix*, Vt proinde F. Romanus quando Societatem noſtram de concupiſcentia rei alienæ inſimulat, cum Alphonſo Vargas, Scioppio perſonato, Dorſcæo ac ſimilib. per calumniam id Societati affingat, quemadmodum in *tractat. noſtro* 4. *lib.* 2. *ſect.* 5. §. 6. videbitur. 492

14 Graviſſima injuria eſt, ꝙ F. Romanus inordinatā inhiationē rei alienæ ob eleēmoſynam faciendam cum injuria tertij huc ad deſideratam Summi Pontificis de Monaſterijs Cōventu deſtitutis in utilitatē Eccleſiæ diſpoſitionem applicet, vel cum ea cōponat; quia nulla utriuſque eſt comparatio, aut par, ſed omnino diſpar ratio. Siquidem in priori ponitur extare dominus, cui res eſt inordinate ſubtrahenda: aſt in poſteriori caſu nec datur dominus, cui res aliqua ſit inordinate auferenda. Cū Monaſteriorū Conventibus ob mortē omnium incolarū Religioſorum deſtitutorum domini non extent, eo quod mortui ponantur, & alienigenæ ſeu exteri aliorum Monaſteriorum Religioſi in Monaſteria Conventibus deſtituta, licet ejuſdem ſint Ordinis,

F. Romani inepta cōparatio.

s 2 jus

Digitized by Google

jus nullum habeant,ut ex ſæpe cit.Conſtit.Alexandri VI. *accepimus*, atque ex eorundem exterorum Religioſorum ſtabilitatem loci promittentium
493. profeſſione fuit deductum.Et certè quis aſſeret,quod Monachi in Monaſterijs Monialium jus ullum habeant? Fundator de Monialibus cogitavit,eas fundavit,de viris Religioſis ne mentionẽ quidem injecit,vel ullo apice meminit Et quomodo meminiſſet, qui ſciret, quod à Monaſterijs Monialium viros Monachos propter inſidias diaboli remotiſſimos eſſe deceat *c. Monaſteria puellarum* 18.*q*.2. Num nomine Monialium Monachos fundator intellexiſſe putandus eſt?ſunt ea F.Romani ſomnia ſup.refutata
494. Certè ſi deſiderium hoc,ut Monaſteria Conventibus ob mortem omnium incolarum Religioſorum deſtituta alijs alterius Ordinis Religioſis in utilitatem Eccleſiæ conferantur,uniantur,vel aſſocientur,eſt *concupiſcentia rei alienæ in decimo decalogi præcepto* inhibita.Ergo deſiderium Summi Põtificis, S.C.M*tis*.S.R.E.Cardinalium,S.R.I.Electorum, Archiepiſcoporum,Epiſcoporũ,Ducum,Principum,Comitũ,&c.ut eiuſmodi Monaſteria Societati uniãtur,erit talis concupiſcentia lege divina prohibita,quod quã ſit abſurdũ de Summo Eccleſiæ Catholicæ Præſide,Advocato,cæteriſq; eius membris ſentire,nemo eſt qui nõ videat.Et tamen ex conſequenti F.Romanus omnes eos,à quibus in theſibus Duacẽſibus adorari proponitur,eiuſmodi criminis incuſat,Prô nefas.

15. Auguſtinus de Ancona in perverſo omnino ſenſu à F.Romano citatur,ut ex deductis patet.

495. Præterea falſum eſt F.Romani aſſertũ,quod certũ ſit; juſtitiam vetare,ne Monaſteria Convẽtibus ob mortem omniũ incolarũ deſtituta,affectu ſimplicis complacentiæ,vel etiã affectu efficaci,ſed modo ac ratione licitis,quibus de ijs Superiores diſponere poſſunt,appetantur.

16. Falſum *eſt,quod* deſideriũ iſtud ordinatũ,ut Monaſteria Cõventibus deſtituta *alijs* alterius Ordinis Religioſis in utilitatẽ Eccleſiæ aſſociẽtur,teſtatorũ ac fundatorũ volũtati & 17.itidẽ Cõcordatis Germaniæ cõtrariẽtur.Cũ neq; teſtatorũ voluntas, neq; Concordata Germaniæ de illo caſu meminerint,quemadmodum *ſup*.eſt inculcatum.Ut proinde hic locum obtineat ea regula,quod ubi verba diſpoſitionis non conveniunt,nec ipſa diſpoſitio cõveniat *per l*.4.§.*toties.ff.de dam.infect.l.quod conſtitutum ff.de militar.teſtam*.

18.Quod de actione pro legato pauperibus facto ex volũtate Teſtatoris expreſſa conſequendo F.Romanus proponit,huc non quadrat;quia hic non agitur de legato prius ex voluntate teſtatoris expreſſa implendo,ſed jam ante impleto,nunc autem ob mortem omnium incolarum inſtitutorum nullo ſuperſtite intervenientem,deficiente voluntate alienigenis vel alijs alterius Ordinis Religioſis ſpectatâ maiore Dei gloriâ,& Reipub.ſacræ utilitate,tũ animarum ſalute,qui præcipuus ordinariè à fundatoribus fuit intentus finis, minimè verò commodũ ipſorum legatariorum,quamvis & illud reſpectu al-

Digitized by Google

alterius finis tanquam cauſa impulſiva cenſeatur intendi. Rot. Rom. *deciſ. 233 n. 3 part. 1. in recentiſſ*

Præterea notandum eſt, quod F. Romanus hic ſibi contradicat. Superius enim *ſub allegat.* 494. *n.* 5. pauperibus pro legato conſequendo negarat actionem, quam *hac allegat.* 479. *n.* 2. *& allegat.* 81. *n.* 4. concedit. 496.

19. Quod F. Romanus Patres Societatis Fratres appellet, ſi in ſenſu Monachali loquatur, inſcitia eſt. Siquidem Societas noſtra nulla ſui parte Monachalis eſt, ſed Clericorum Regularium ex Conſtit. Gregorij XIII. *Ex Sedis Apoſtolicæ dat.* 1573. *ult. Feb.* vel Presbyterorum Regularium ex Conſtit. Pauli III. Iulij III. Pij. V. *Dum indefeſſæ dat.* 1575. 7. *Iul.* 1. d. Gregorij XIII. *Quacunque Sacrarum. dat.* 1576. 16. *Iul.* Vid. *tract.* 4. *lib.* 2. *ſect.* 2. ubi hac de re plenius diſcurrimus.

20. Omnino temerarium eſt F. Romani commentum, quo de *actibus internis lib. ris.* iiſque futuris Religioſorum Societatis Ieſu determinat, quid Societatis Religioſi eſſent ſenſuri, ſi aliquod Collegium Societatis Ieſu materialiter ſumptum ad alium uſum pium auctoritate Apoſtolicâ eſſet transferendum. Sane hoc ipſo F. Romanus ſibi judicium divinum aſſumit; Cum Deus ſolus ſit καρδιογνώςης qui intima cordis inſpiciat ac futura cognoſcat *pſ.* 7. 11. *Ierem* 17. 10. *Apoc.* 2. 23. licet ſubinde ſuis electis atque amicis ſingularibus abſcondita cordium & futura revelet, ut *Eliæ, Eliſæo* alijsque accidit. 497.

Tum etiam F. Romanus graviter aberrat, quando exiſtimat eandem Collegiorum Societatis noſtræ eſſe rationem, quæ ſit Monaſteriorum, quæ magna inſcitia eſt, ſuperius refutata. Quiſquis domum Religioſam Societati fundat, eam non ad originariorum vel incolatum huius loci, ſed ad admodum R. P. N. Generalis manus conſignat, alioqui ſi quis fundationem, pro originarijs vel certis incolis hujus loci eſſet facturus eam, Societas noſtra, utpote inſtituto ſuo repugnantem non admitteret. Pro fundatore autem non ſolum huius loci Collegæ, ſed tota per orbem diffuſa Societas orat, ſacrificia offert. Ipſarum domorum Religioſarum dominium in Societate non certis huius loci Collegis, quemadmodum apud Monachos ſtabilitatem loci voventes fit, ſed indiſcriminatim acquiritur. *Ratio differentiæ* eſt manifeſtiſſima; quod Societatis noſtræ Religioſi non ſtabilitatem loci, uti Monachi, promittant, ſed ad lubitum Superiorum ab uno in alium locum transferri poſſint, cujuſmodi translatio fieri non poſſet, ſi certi huius loci incolæ eiuſdem domii ium acquirerent, tunc enim jure ſuo inviti privari non poſſent, ut optime advertit & diſcurrit Auguſtin. Beroi. *in quæſt. familiar.* 83. *n.* 3. 4. 5. *Plures Vide ſup.* 498.

Ex hiſce deductis apparet, quam F. Romanus in ijs, quæ *à Præmonſtratenſibus* eſt mutuatus, aberret.

§ XXIX.

Ad exempla in contrarium allata Reſpondetur.

Ad exempla in oppoſitum allata reſpondebam, Primum de Epiſcopatu *Merſburgenſi* ad rem non eſſe, quia Epiſcopatus *Merſburgenſis* non erat ex- 499.

extinctus,cum adhuc Clerum,cum & populū haberet,per not.Rot.Rom. *deciſ*.4.5.6.9. *apud Tambur.tom.3.de iure Abbat*.Nos verò de Monaſterijs,quæ Conventum,& curam non habeant,adeoque ſin ſaltem quoad ſtatum Monachalem extincta.per *not d.deciſ*.4 5.6.9.*apud Tambur*.Cum poſſint ea minori 14.annorum conferri *d.deciſ*.9 *n*.7.quem nemo dixerit Monachum,nedum in illo ſtatum Monachalem conſervari,*uti ſup.eſt* oſtenſum.

500. Alterum verò *exemplum* nihil huc ad rem noſtram facit,quia Conventu non caruit,cum eius Prælatus ac Religioſi adhuc ſupereſſent.Deinde illic translatio fiebat ab Imperatore & quidem *excommunicato*, qui eiuſmodi poteſtate omnino deſtituebatur.

501. Similiter reliqua exempla in officina Anglorum cuſa,atque à F. Romano in horti confinibus relata nihil ad rem faciunt,ut tamen huc facere videantur,F.Romanus termino æquivoco Translationis Monaſteriorum utitur,quo lectorem decipiat,quemadmodum ſuperius commonefeci,*dum ipſe quaſi in mei gratiam toties* TRANSLATIONES *ad Collegia & Seminaria affectantis iubet audire , quid circa* MONASTERIORUM EIUSMODI TRANSLATIONES *Cæſar Cardinalis Baronius* Tom.12. Annal.Eccleſ.ad ann.Chriſti 1191. n.34. *de Hugone Conventrienſi ſeu Caſtrenſi Epiſcopo in Normannia jamjam morituro recenſeat, qui Monachis Conventrienſibus incolis violenter eiectis &*, EXPULSIS *in ipſorum Monaſterium Clericos introduxit ſæculares,illiuſque facti pœnitens, veniam Abbatem Becci rogavit &c*.At quid hæc translatio ad rem noſtram,ubi non de Monaſterijs

502. Conventu inſtructis,ſed deſtitutis,non de Monachis incolis expulſis & vi eiectis,ſed de omnibus incolis mortuis nullo omnino ſuperſtite,nec de Canonicis ſæcularibus,ſed de Clericis & Presbyteris Regularibus pro bono publico in mortuorum Monachorum locum ſubſtituendis horumque Monaſterijs illis uniendis & aſſociandis agitur,Ita F.Romanus videtur *voce æquivoca translationis* Monaſterij à vivis,ſed vi eiectis ad ſæculares,factæ lectorem deludere,illique perſuadere,quaſi Cardinalis de translatione Monaſterij poſt obitum omnium incolarum Religioſorum ad alios alterius Ordinis Religioſos facta,*loqueretur*,quod ſecus ſe habet, cum hæc non tam translatio,quam unio vel aſſociatio ſit nuncupanda;à priori translatione omnino diverſa.

Quod autem Cardinalis Baronius de Monachis iſtis Conventrienſibus iuxta eas circumſtantias,quas attulimus,loquatur,patet ex *reſcripto Apoſtolico Cœleſtini Papæ*,qua commiſſione *Archiepiſcopo Cantuarienſi, Epiſcopo Lincolnienſi & Abbati S Edmundi* data iubet Monachos in Conventrienſem Eccleſiam reſtitui,quod Rogerius de Hoveden *in Annalib. rerum Anglicarum parte*

503. *poſteriori in Richardo* 1 *pag*.(*mihi*)775 refert,inque inter alia ita reſcribitur,
" Dolemus plurimum,quod Venerabilis Frater noſter Caſtrenſis Epiſcopus,
" (occaſione quarundam literarum,quas à bonæ memoriæ Papa Clemente

Præ-

Prædeceſſore noſtro ad falſam ſuggeſtionem ſine conſcientia noſtra & »
fratrum noſtrorum, ſicut dicitur, & quod vix credere poſſumus, impe- »
travit) dilectos filios, Priorem & Conventum de eodem Monaſterio VIO- »
LENTER EIECTI, ET CANONICOS IN EO INSTITVIT SÆCULARES.&c. »
Quare mandat idem Pontifex amotis *ab eodem* Monaſterio ſæculari- »
bus Clericis, Monaſticum ibi Ordinem & Monachos eiectos reſtitui &c. »
& tales in eo inſtitui perſonas, *quæ Beati Benedicti regulam obſervare debeant &* »
deſiderent &c. Hæc ibi. »

Pari modo *quod* ex Trithemio *in cit. cap. de Ruina Monaſtici Ordinis* refert, 504.
nihil ad rem facit; quia iſthic Trithemius invehitur in Monachos, qui relicta profeſſione Monaſtica volunt fieri & eſſe Canonici ſæculares, oſtenditque illud abſurdius eſſe, quam ſi quis aliena bona invadat & occupet. *ſi Chriſtum,* inquiens, *negavit, qui Monachicum propoſitum violat, qui totum Ordinem, omnes Sanctos, Deumque debito fraudat, quid meretur? ſi ſemper ardebit, qui poſſeſſiones hominum* iniuſtè occupat, *quâ pœna dignus eſt, qui bona Dei & Sanctis dicata ſibi uſurpat!* Et ſub finem *Audivi à multis, quanta mentis amaritudine in mortis articulo plerique Ordinis transgreſſores conſtricti fuerint, qui de* Monachis Canonici *facti fuerunt, vel etiam qui* Huiuſmodi Translationum *auctores extiterunt. De nullo enim peccato ſe adeo dolere dicebant, quam de illo, quod ſe* IN TRANSLATIONEM ORDINIS *conſenſum dediſſe noverant, vel auxilium. Si bona eſt Monaſteriorum ab Ordine translatio, quare factum morituri doluerunt? ſin autem mala eſt, quare* VOS EAM FACITIS ET ASSUMITIS? *meminerint omnes, qui Cœnobia Monachorum occupant, quam duro notentur anathemate à Beato Papa Gregorio, qui res Monaſteriorum Deo conſecratas in alienos uſus convertere non verentur. ſit eis in exemplum* Thietgaudus Trevirorum quondam Archiepiſcopus, qui cum Cænobium Sancti Andreæ IN MANSIONEM, *ab Adriano Papa* in Urbe Roma *ſuſcepiſſet, ab eodem Apoſtolo* & Sancto Gregorio *in viſu tertio monitus,* NE HABITACULA MONACHORUM *diutius occuparet, cum inde recedere iuſſus diſſimularet, cum omnibus ſuis dura morte interijt. Si Cænobia Monachorum occupantes coram Deo ſecuri ſint, eorum conſcientiæ relinquimus. Homo qui hominis alterius bona ſine voluntate ipſius poſſidet, ad reſtitutionem tenetur, qui bona Sanctis alicuius contra eius voluntatem occupat, quid mereatur, ipſe conſideret, longe iam ſatis ſermone* IN TRANSGRESSORES ORDINIS NOSTRI *uſi ſumus* Hæc ipſe.

Ex quibus patet, quam fallaciter ipſe dictionem *translationis Monaſteriorum,* qua Trithemius utitur, contra nos uſurpet. Nam Trithemius de Monachis ſe ac ſua Monaſteria ad ſtatum & habitacula ſæcularium Canonicorum trāsferentibus agit, oſtēditq; hoc eſſe abſurdū, abſurdius multo futurū iudicaturus, ſi Monaſteria cultui divino dicata à ſæcularibus in ſæculares & pro-

fanos

Digitized by Google

ſanos uſus transferrentur.) Nos verò de Monaſterijs Conventu ob mortem omnium incolarum Religioſorum deſtitutis legitimâ Superiorum Eccleſiaſticorum voluntate ad ſtatum & habitacula Clericorum, non ſæcularium, ſed Regularium transferendis vel potius aſſociandis agimus, ut proinde hic F. Romanus æquivoca dictione *translationis Monaſteriorum* lectorem, ni accuratè attentus ſit, decipiat.

505. *Thietgaudus* Trevirorum *Archiepiſcopus Prælatus ſimplex* ac Sacrorū Canonum ignarus, meritò reprehenſus fuit, quia, ut ex Ioanne Diacono in vita B. Gregorij *lib. 4. c. 9.* id temporis ipſi æquali Chriſtophorus Brovverus noſter *lib 8. annal. Trevirenſiū ſub ann. 869.* refert, viſus eſt per quietē *Gregorius* Magnus adſtare Thietgaudo ad terrorem, quâ inſolitâ ſpecie exagitatum Monaſterio ſuo fugaret. Sed *Thietgaudus* oculorum ludibrium id eſſe ratus, oratione factâ recubuit, atque arctiori ſe dedit ſomno. Tum *Gregorius* ornatu Pontificali, & infulis Sacerdotij, quieſcentis ſe oculis itidem ingeſſit, ſciſcitatuſque, an jam memoria exiſſet, dictum ſibi, *ut propere ab eo loco diſcederet*, neque *in Monaſterio, quod patrocinante D. Andrea ſuis ipſe olim impenſis exædificaſſet*, CEU IN DIVERSORIO *commorationis ſibi diutinæ locum eſſe duceret!* Cui *Thietgaudus*, ubi factam ejus rei à Pontifice ſibi gratiam reſpondiſſet, tu, dixit Gregorius, *cum tam iniqua poſtulaſti, & ille quando conceſſit, uterque in Deum peccaſtis.* Supereſt igitur, ut ſpreti numinis debitam mercedem pariter exſpectetis. Ad hæc *Thietgaudus* excitatus à ſomno cohorruit, & denuo verſus in orationem, hortante metu, ſomnus ultro acceſſit &c. Cui iterum, tertium increpato dictum; *ni vel hodie ſedem mutaret, hebdomade proxima cum ſuis omnibus moriendum, ſin abiret &c. repentino quidem hoc & deſtinato mortis genere liberatum iri; tamen neque ipſum, neq; ſuorum quenquam ſolum genitale reviſurum &c.* Quas minas iraſque cœleſtes COENOBITIS, alijſque cum expoſuiſſet, nihil cunctatus alio migravit, Et ab *Adriano* Pontifice cum aliud mox hoſpitium impetrare nequijſſet, ad Sabinos conceſſit, ubi intra annum, formidando & abdito Dei Conſilio, cum ſuis omnibus ex hac luce Anno 870. ſubtractus eſt. *Hæc ibi.*

506. Quæ ad rem noſtram nihil faciunt, uti evidentiâ facti notorium eſt. Siquidem hic non agitur, ut Monaſteria Conventum Religioſum habentia ſæcularium fiant habitacula, ipſiſque in diverſorium cedant. Hoc enim haud dubiè abſurdum foret, & magnam in domo Religioſa confuſionem, Ordiniſque Monaſtici ac Regularis diſciplinæ perturbationem induceret, quod Sacris Canonibus & Conſtitutionibus Apoſtolicis ſup. à nobis recitatis adverſaretur.

507. Nec plus ad propoſitum facit adductum ex hæretico authore, exemplum, qui Rerum Anglicarum Henrico VIII. Eduardo VI. & Maria regnātibus Annales conſcripſit, *apud Ioannem Billium 1628.* impreſſos, pro quibus *notandum eſt* 1. quod ijs P. Robertus Frevillus Societatis noſtræ haſce duas lit-

Digitized by Google

literas F. H. quarum meminit F. Romanus, non invenerit appoſitas. Cæterum author duabus iſtis literis deſignatus eſt *Franciſcus Herefordienſis* pſeudo-Epiſcopus, qui alias cognomine vocatur *Godvvinus*, ſcripſitque de Epiſcoporum in Anglia ſucceſſione. Solent autem ſcriptores & authores Angli nomine Epiſcopatus ſui, loco cognominis uti.

Notandum 2. quod ſi F. Romanus iſtius authoris locum integrè retuliſſet, & non aliqua interjectis punctulis expunxiſſet, mox ipſe confuſus calamo abſtinuiſſet. Maximè ſi §. *vlt.* authoris iſtius inſpexiſſet, ita inquientis; *Vtinam his & ſimilibus exemplis edocti diſcant homines, res Deo ſemel conſecratas, timidè attrectare. Si iſtos juſtitia divina tam ſeverè punijt, qui bona Eccleſiæ dicata,* Notentur verba ſequentia parentheſibus incluſa punctulis à F. Romano expuncta (*ſed parum ſanctè adminiſtrata*) *ad uſus haud dubiè meliores converterunt,* NB. (*hoc tamen non ſpectantes*, SED PRAVIS DVCTI CVPIDITATIBVS,) *quid illis putabimus imminere, qui res Eccleſiaſticas quacunque data occaſione ſine delectu diripiunt & expilant,* SEMET TANTVM LOCVPLETANDI GRATIA &c.

Hinc patet, quod Franciſcus Godvvinus Herefordienſis loquatur de ijs, qui uſus non ſpectarint meliores, ſed pravis ducti cupiditatibus, quacunque datâ occaſione, ſine delectu res Eccleſiaſticas diripiunt, ſemet tantum locupletandi gratia. Quæ certè ad Monaſteriorum Conventibus ob mortem omnium Incolarum deſtitutorum aſſociationem alijs alterius Ordinis Religioſis pro bono Eccleſiæ, interveniente legitimâ ſummi Pontificis authoritate faciendam minimè poſſunt applicari, niſi quis ea velit *cum Alphonſo Vargas* in reprobum ſenſum detorquere, ac manifeſtis calumnijs involvere. Quare F. Romanus maluit verba illa, quæ pravis ductos cupiditatibus exprimebant, ſupprimere ac punctulis expungere.

Deinde idem Franciſcus Godvvinus, ſeu Herefordienſis eam rem ita in Præſulibus Angliæ & quidem in Archiepiſcopis Eboracenſibus, refert; 508
" Thomas Wolſeus Cardinalis (*inquiens*) & Archiepiſcopus Eboracenſis
" Anno 1525 (quo Societas noſtra necdum in rerum natura erat) duo extruxit literarum Collegia, *Vnum* Ipſvici cœptum exſtrui, (quod jam dudum evanuit) & *alterum* Oxoniæ. Cumque paulo ante, quàm illa inchoaret, ſeptem Viris doctiſſimis ſtipendia aſſignaſſet ampliſſima, ut artes totidem Oxoniæ profiterentur, his in Collegio ſuo ibidem ſedem deſtinavit, & ducentis prætereа ſtudioſis ibidem alendis. Verum antequam opus nobiliſſimum ad umbilicum poſſet producere, oppreſſus & ſpoliatus interijt: relicturus aliter abundè, unde abſolveretur. Nam quadraginta cænobiola Papa & Rege annuentibus diruerat (via ſic Regi monſtrata ad omnium Cænobiorum deſtructionem (atque ex illorum prædijs, nec non & alijs à ſe coëmptis, plurima congeſſerat latifundia, quibus dicta Collegia affluenter ditaret. Quæ omnia Regi poſtea fuerunt adjudicata, quando ille damnatus fuit, non tamē "

„ paſſus Deus opus tam egregium omnino perire ; Ex ſuo Rex contulit po-
„ ſtea, unde Decanus, Præbendarij 8, ſtudioſi etiam centum, pauperes 24. &
„ miniſtri Sacrorum neſcio quot, in Collegio per Wolſeum ſemi conſtructo
„ alerentur (ubi etiam Epiſcopalem Cathedram paulo poſt collocavit) & ap-
„ pellari præcepit *Collegium Chriſti* ex fundatione Regis Henrici octavi. Hæc
„ ipſe, qui ibidem inculcat, multa de ipſo Wolſeo ipſiuſque Miniſtris per ca-
„ lumniam ſparſa eſſe, quibus fides minimè ſit adhibenda. Similia apud Po-
„ lydorum Virgilium *tom. 2. de Reb. Anglicis* leguntur.

Videat autem F. Romanus, utrum narrata ipſius ſint ex ijs, quæ Wolſeo per calumniam fuere impoſita.

Quicquid ſit, ſaltem hic non de Monaſterijs deſtruendis, ſed Conventu ob mortem omnium Incolarum Religioſorum deſtitutis, in convenientiores Eccleſiæ uſus legitimâ ſuperiorum Eccleſiaſticorum authoritate convertendis agitur, ut itaque nec illud Wolſei exemplum huc quadret.

Quod verò F. Romanus ibidem *ſub allegat.* 477. *n.* 6. de Tyrnavio in Hun-
509 garia *pag* 337. attexit, quaſi hactenus à ſe relatis ſimilia iſtic accidiſſent, verbo inſinuat, adeoque indicat, ac ſi à Deo fuiſſent puniti, qui Tyrnavij ad translationem Monaſteriorum cooperati fuiſſent, eſt figmentum & mera calumnia, omni deſtituta veritate, maximè ſi eos velit deſignare, qui pro Collegij Tyrnavienſis Societatis Ieſu ſuſtentatione quædam Monaſtica bona vacantia obtinuerunt.

Aliud Commentum de Tyrnavio refellitur.

Anno 1561. R.mus & Ill.mus Dnus *Nicolaus Olahus* Archiepiſcopus Stri-
gonienſis ſub P. *Ioanne Victoria* Provinciali Societatem noſtram Tyrnavium
510 advocavit, ut Academicas lectiones publicè haberet, atque ut abſque impedimento ſtudium ſuum & operam noſtri collocare poſſent, in eorundem ſuſtentationem deſignavit Imperator *Abbatiam Zeplakienſem*, alioſque annuos reditus deputavit. Verum cum Monaſterium illud quà Turcarum, quà Hæreticorum, quà etiam militum vagabundorum direptionibus expoſitum eſſet, ut nihil præter pericula afferret, ac ſuborto fortè in urbe incendio ad centum quinquaginta civium tecta deflagrarent, unaque ædes Collegij, itaque nec exſtruendo templo, quo carebant noſtri, nec reſtituendis ædibus quicquam ſuppeteret, quod *Maximilianus* Imperator turbis Hungaricis implicatus, & *Nicolaus Olaus* Archiepiſcopus Strigonienſis tantis in rerum anguſtijs non potis eſſet conferre ſubſidium, ideo Societas noſtra ex voluntate Adm. R. P. N. Generalis P. Franciſci Borgiæ annuente Congregatione Generali præfato anno 1567. neceſſariam & honeſtam Tyrnavio miſſionem impetravit, ſolo ijs, qui dederant, reddito, ac ſupellectili & omnibus ex incendio reliquis duorum Canonicorum manibus in pauperes ac pios uſus diſtributis. Poſtmodum Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus *Georgius Draskovitius*, Tridento redux (ubi Sacro Patrum Concilio Legatus interfuerat) à Summo Pontifice, in S. R. E Cardinalium numerum cooptatus, cum Viennæ in æde Divæ Annæ conſecrata, ipſo feſto S. Ioannis Baptiſtæ, ab fel. re-

Sacchin. in Hiſtor. Societ. part. 3. lib. 3. n. 123.

cord.

Digitized by Google

cord. Imperatore Rudolpho Galerum accepiſſet, Anno videlicet 1584. ſecundum prandium, quod cum Cæſare ſumpſerat, primæ gratiæ nomine, id ab eo demiſſè poſtulavit, ut Patribus Societatis Ieſu (quorum cum ſingulari Religione doctrinam, partim ab alijs variarum gentium Legatis intellexerat) *Præpoſituram Thurocienſem*, per Stephani Radetij Epiſcopi Agrienſis, nec non Sacræ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis in Hungaria Locum tenentis, ac Thurocienſis Præpoſiti obitum legitimè vacantem conferret, ipſoſq; Patres in Hungariam Cæſarea Regiaque auctoritate reduceret, poſtulationi annuit Imperator, & impetrato *Gregorij* XIII. Summi Pontificis conſenſu An. 1586. die 19. menſis Maij iſtam Præpoſituram Turocienſem cum omnibus bonis ad eandem ſpectantibus contulit, *vid. inf. tract.* 3. Atque ita in eam Præpoſituram Societas noſtra nullo penitus hominum contradicēte, quinimo univerſis Regni Statibus ac ordinibus collationem Regiam auctoritate Apoſtolica factam tanquam legitimam approbantibus introducta eſt, in ejuſque poſſeſſione priori ſæculo fuit, atque etiamnum eſt conſtituta. 511

Quod autem priori ſæculo Societas noſtra fuerit in pacifica ejuſdem poſſeſſione, manifeſtè apparet ex Articulo 35. Anni 1599. in Comitijs Generalibus Hungariæ edito, qui ſic habet.

Ad ſupplicationem Comitatus Thurocz & cæterorum vicinorum Comitatuum, ea de re, ſæpius, ſuæ Majeſtati, tum etiam *ipſis Statibus ac Ordinibus* factam, decretum eſt, ut Conventus B. Mariæ Virginis de Thurocz reſtauretur ac reformetur: ac Patres Societatis Ieſu, qui eam Præpoſituram nunc poſſident, quatuor ſæculares Sacerdotes cum Notario, ibidem teneant, qui Executionum & Expeditionum literarum curam habeant, non autem ipſi Patres Ieſuitæ. erunt tamen præfati Comitatus adjumento ipſis Patribus, in inſtauratione & reædificatione Clauſtri & Conſervatorij illius, quantum poterunt. Hactenus articulus.

In ejuſdem Præpoſituræ pacifica poſſeſſione etiam poſtmodum Societas noſtra permanſit, uſque dum in tertia hæreticorum Tranſylvaniæ contra nos ſuſcepta perſecutione auctore Stephano Bochkajo (qui tanto Religionis Catholicæ odio flagrabat, ut negaret ſe niſi Catholicis extinctis dominari poſſe) per *articulum octavū aſſertæ pacificationis Viennenſis Anno* 1606. hæretici noſtros poſſeſſione bonorum immobilium dejjcere tentarent.

Qui tamen *articulus octavus* ex defectu conſenſus tam Regiæ Majeſtatis, quàm Statuum Catholicorum Regni erat nullus. Siquidem Regiæ ſuæ Majeſtatis diſſenſum arguit particula (*tamen*) *in d. art.* 8 *poſita*, quæ eſt dictio limitativa, reſtrictiva ſeu exceptiva ſuperiorum ac juris factive adverſans Barboſ. *in dict. tamen.* 400. *per l. pro Hærede. l. quod autem. ff. de acquir. Hæred. l. ita tamen ff. ad. SC. Trebell. l. ubi adhuc* § *. ita tamen. C. de jure dot.* 512

Unde cum *in d. art.* 8. dicantur Hungari non conſentire, *quod Ieſuitæ in regno Hungariæ jura Stabilia & poſſeſſionaria haberent; ſua* TAMEN *Majeſtas juri-* 513

Digitized by Google

bus ſuis inhærere &c. colligere eſt, quod ſua Majeſtas illis in ijs terminis & cir-
cumſtantijs adverſata fuerit, adeoque Hungaris illis, quoad excluſionem
Ieſuitarum in Regno Hungariæ à bonis Stabilibus non conſenſerit &c.

Deinde quod nec conſenſus Regnicolarum & Statuum Catholico-
514 rum acceſſerit, patet ex ſubſecuta eorundem proteſtatione in contrarium
ſub Ann. 1608. coram Venerabili Capitulo Poſonienſi interpoſita, atque in
Declaratione jurium Societatis Ieſu, quæ in Regno Hungariæ atque etiam Tran-
ſylvania ad bona ſtabilia poſſidenda habet; *impreſſa Viennæ Auſtriæ Anno* 1646.
cap. 14. relatâ, quam *in tractatu noſtro* 3. *cap.* 2. *ſect.* 3. retuli, ubi videri poterit.

Taceo, quòd ille *articulus* ex eo etiam, quod extra Regnum Hungariæ
515 atque Regni Comitia ſub Archiduce ſolùm *Matthia* cuſus ſit, notoriâ
nullitate laboret. Accedit, quod articulum illum in Regno Hungariæ non
fuiſſe acceptum ſubſecuta doceat obſervantia, quæ eſt optima contrahenti-
um voluntatis interpres Gregor. XV. *deciſ.* 502. *n.* 2. *& deciſ.* 511. *n.* 8. Per po-
ſterius enim factum declaratur actum, Gregor. *d. loc.* ex Bald. *conſ.* 245. *n.* 2.
lib. 3. Mantic. *de tacit. & ambig. Convention. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 5.

Siquidem biennio poſt, nimirum ſæculi hujus *Anno* 1608. Illuſtriſſimus
516 Comes *Georgius Drugeth* de Homonna, Societatis noſtræ Patres in locum
Reſidentiæ ſuæ *Homonnam* induxit, ac non multò poſt aſſignatis certis, ijſ-
que ſtabilibus bonis & poſſeſſionibus Collegij fuit Fundator. Hunc proxi-
mè ſecuti gemini Regni Croatiæ Proceres, Illuſtriſſimus *Ioannes Draskovith*
Regni Croatiæ Banus, necnon ſpectabilis ac Magnificus Dominus *Nicolaus*
517 *Iſtuanffi*, qui primi Societatem, *Zagabriam*, Croatiæ modò metropolim hu-
maniſſimè invitarunt, & egregia liberalitate foverunt. Inde in alia quoque
loca Societas, diverſis Benefactoribus à Divina Majeſtate excitatis, eſt pro-
pagata. Inprimis Eminentiſſimus Petrus S.R.E. Cardinalis *Pazmanus* ævi
ſui gloria ſingulari præter plurima æternâ memoriâ digniſſima geſta, ingen-
518 ti juventutis Hungariæ & Religionis commodo, gemina fundavit Socie-
tati Collegia; alterum in Libera Regiaque Civitate *Poſonienſi*, quod & à fun-
damentis extruxit; alterum in ſuperioribus Hungariæ partibus *Zathmarini*,
519 quod pariter ſufficienter dotavit. Quin idem glorioſam illam, totque Regi-
busac Principibus negatam, & tandem ſibi ſervatam Academiæ Studijque
Generalis inſtitutionem, immortali laude ſua, Regnique Hungariæ ſplen-
dore incomparabili in libera Regiaque Civitate Tyrnavienſi fundavit. Ob
quod illius in Regnum ac gentem Hungaricam beneficium, omnes Status
520 ac Ordines, ut habet declaratio jurium Societatis Ieſu in bonis ſtabilibus,
Hungariæ *cap.* 11. frigidis etiam cineribus, obligatos ſe manere, procul dubio
fatebuntur.

Societas Ieſu introducitur Homonnam. *Zagrabiæ Croatiæ Metropolim.* *Poſonium. Zathmarinum.* *Obtinuit Academiam Tyrnaviæ.* *Declarat. jur. Societ. Ieſu in Hungar. c.10.* *Introducitur Iaurinum.*

Nec minus ipſe Ferdinandus II. Imperator & Rex Hungariæ glorioſiſſi-
mæ mem. *Anno* 1627. novũ Societati Collegiũ fundavit *Iaurini*, cui *Abbatiam
de Valle VVeſprimienſi B. M. V.* & alteram *S. Iacobi de Liben* Clementiſſime appli-
cuit. &c.

Ne-

Digitized by Google

Neque ex eo, quod Societas noſtra *propter articulum iſtum* 8. in ſe nullum & invalidum ob hæreticorum potentiam aliquam diu in poſſeſſiones d. præpoſituræ Thurocienſis turbata fuerit; quia naturali exuta, civilem animo ſemper retinuit poſſeſſionem, ac naturalem per *Franciſcum Cardinalem Forgach* Archiepiſcopum Strigonienſem *Anno* 1613. recuperavit, retinuitque fructibus exinde per ipſum Eminentiſſimum Cardinalem Forgach, ac poſt ejus obitum ab Eminentiſſimo Cardinali *Pazmano* perceptis. Si quidem is naturaliter poſſidere dicitur, qui *nomine proprio* fructus inde provenientes ac ſibi ſolutos percipit, Poſtius *in ſummarijſſ. poſſeſſor. obſervat.* 23. *n.* 4. 5. *& ſeqq.* Rot. Rom. *deciſ.* 469. *n.* 4. *apud Poſt. d. tract. tom.* 2. *per text. in l. Titia. ff. de ſolut.* Tandem anno 1637. patrocinante Ferdinando III. Imperatore Hungariæque Rege Societas noſtra cæpit iterum bona d. præpoſituræ per ſe colere & adminiſtrare, prout etiamnum colit & adminiſtrat. Ex eo autem quod ſub initium Societas noſtra à vicinis Turcis, ac poſtmodum ab hæreticis indigenis alijſque malevolis in *Abbatia Zeplakienſis* &c. poſſeſſione fuerit turbata, tum etiam in urbe Tyrnavienſi fortuitum ortum ſit incendium, in quo ſimul ædes noſtræ conflagrarunt, minimè poterit F. Romanus concludere aut inferre, quod Deus *propter unionem illius Abbatiæ* Societati in Eccleſiæ Hungariæ utilitatem *factæ* punuerit aut punire voluerit. Foret illud temerarium omnino judicium. Ecquis ſanæ mentis dixerit, quod quia Imperator Ferdinandus II. Edictum reſtitutorium bonorum Eccleſiaſticorum Ann. 1629. promulgarit; atque occaſione hæreticorum perſecutiones paſſus fuerit, proptera Deus illum puniverit, aut punire voluerit. Ecquis ex eo, quod Turcæ identidem Chriſtianos infeſtent, concluſerit, quod Deus Chriſtianos puniat, Ecquis ex eo, quod Iudæi & Herodiani Chriſtum perſecuti fuerint, unquam *collegerit, quod* Deus illum puniverit. Grandis illa foret blaſphemia. Deus ſuos tentat ac probat. *Omnes enim qui piè vivere volunt, perſecutionem patientur.* Similiter ex incendio fortuito, ac civium negligentiâ ſuborto nihil colligere licet. 520 521

Ut proinde contraria F. Romani aſſertio ſit minus proba, ob quam meritò P. Martinus Palhovvictz Collegij Tyrnavienſis Rector admiratus, in ſuis ad me 28. *Maij.* 1651. datis literis ſcribat, *ſe non ſatis aſſequi, quid bonus noſter vir F. Romanus in ſuo famoſo libello de Tyrnavia indigitare videatur.*

Ex ſupra deductis relinquitur, quod F. Romanus multa quidem profuderit, ſed quæ nec inter ſe cohæreant, nec ad rem noſtram faciant, neque ex ultimis Teſtatorum voluntatibus ſcripto expreſſis aut verbo prolatis, neque ex Concordatis Germaniæ, neque ex aſſerto jure juriſdictionis Epiſcopalis, tum Annatis, quippiam attulerit, vel afferre potuerit, quod pro ipſo contra nos faciat, quin potius præſumpta per ſuperiores Teſtatorum aut fundatorum voluntas ac Concordata Germaniæ, pro nobis contra F. Romanum faciant ac militent, ut ita omnis ipſius diſcurſus per ſe diſpareat, vel evaneſcat. 522

Cætera, quæ ex jurium & Dd. authoritatibus à F. Romano ſunt contra nos allata, nunc etiam diſcutiamus, ſit igitur

RESOLVTIO
QVÆSTIONIS VII.

IN qua quæritur, *utrum ſi Monaſteriorum emortuorum bona alijs alterius Ordinis Religioſis, Seminarijs Clericorum conferrentur, veniretur contra jus Canonicum*, Civile *& ſtatus Eccleſiæ mutaretur.*

RESOLVTIO
CAP. I. q. 7.

AIt F. Romanus, *q.* 1 *n.*16. veniri contra Ius Canonicum, ſi Monaſteria emortua, vel morte omnium Conventualium deſtituta alijs alterius Ordinis Religioſis conferantur. Cuius hæc ſunt fundamenta.

§. I.

Quod in Reformatione Monaſterij ſint certi gradus obſervandi, atque ex ijs ſit, 1. ut Monaſterium reformetur per Regulares ejuſdem Ordinis.

1 Primum fundamentum eſt, quia Monaſteria morte omnium Conuentualium deſtituta debent per homines ejuſdem Profeſſionis reformari. Idque ex glo. Abbat. & communi Dd. *in c. inter quatuor. de Rel. dom.* ubi quærebatur à Dño Papa, *utrum Eccleſiæ Regulares poſſint fieri Seculares.* Et Reſpondetur, *Nota, quod Eccleſia* DEBET SEMPER *reformari per homines ejuſdem profeſſionis.* F. Romanus *d. n.16. c. relatum, ne Cler. vel Mon.* ubi reformari ſignificat ordinari & inſtitui, prout in eodem ſenſu uſurpat Abb. *in c. conquerente de off. Iud. Ord. ſub n.*2. *& in c. cum Eccleſia. de Elect. n.*6. Vid. ſup. *reſolut. q.*3. *c.*1.

2 Et confirmatur ex Abbate *in d. c. inter quatuor & in c. pervenit* 18 *q.*2. oportet *inquiente*, primò ſervari certos gradus. Cum iſta litera indiſtinctè dicat. *Quamdiu per Regulares &c.* ut prius reformetur locus de Regularibus *ejuſdem Monaſterij, Secundo* in defectũ eorũ, *omnibus V.G. mortuis*, de Regularibus aliorum Religioſorum ejuſdem Ordinis. *Tertio* deveniendum eſt ad Regulares alterius Ordinis. *Poſtremò* in defectum omnium Regularium poterunt inſtitui Clerici Sæculares. Hæc glo. Abb. Innoc. ibid.

3 Certos hos gradus confirmando deſignavit etiam Zabarell. ex Ioan. Andr. *in d. c. inter quatuor. in verb. ordinari*; ſervatis his gradibus, *inquiens.* Nãq; locus ordinabitur 1. de Religioſis illius Monaſterij, ſi fieri poteſt. 2. de aliis EIVSDEM ORDINIS. 3. de aliis alterius Ordinis. 4. de Sæcularibus Clericis &c.

4 F. Romanus *allegat.* 351, 352. hoc ſuum fundamentum eſſe minimè negat,

Digitized by Google

gat, ac circa nudam ejuſdem allegationem illud movet, quod me ipſo judice Abbas Pan. non fuerit commẽratus *in d. c. pervenit*. 18. *q.* 2. neque ipſe F. Romanus eum unquam pro illo capite cõmentãtem allegaverit. Ipſius autẽ verba *d. n.* 16. hæc fuerint. Illuſtris hanc ad rem locus eſt in *c. inter quatuor. de Relig. dom.* cuius titulus eſt, *Locus religioſus debet reformari de Religioſis duntaxat, non de Sacularibus, niſi in defectum Religioſorũ*; inferius paulo poſt ſubnexuerit, *antequam autem introducantur Saculares, oportet* (inquit Hic Abbas) *prius ſervari certos gradus, cum iſta litera indiſtinctè dicat, quamdiu per Regulares &c.* Dixerit, (uti F. Romanus inquit) Hic Abbas, *id eſt in d. c. inter quatuor. de Relig. dom* non autem dixerit, inquit Abbas *in c. pervenit* 18. *q.* 2. iſtud enim *caput pervenit*, lecturam Abbatis nullam habet, ut ipſe in ſimili docuit *allegatione* 91. *Commẽta Hayana.*

Deinde *allegat.* 353. dicit, quod ego hoc loco ipſius nomine argumenta proponendo citem Card. Zabarell *ex Innoc. And. in d. c. inter quatuor. de Relig. dom.* cuius tamen verba de certis gradibus illis obſervandis in Aſtro ſe exprimere non meminit. Cætera irreligioſa prætermitto. 5

Verùm allegatio Panormitani à F. Romano facta *in q.* 1. *Aſtri. n.* 16. ſatis fuit obſcura & ambigua, ut non conſtaret, quo referatur, prout ex ipſomet loco ipſius videri potuiſſet, ſi F. Romanus integrum, & nõ mancũ attuliſſet, pergit enim poſt verba primo loco citata, *uti nomen reformationis*, inquiens, *ſignificat inſtitutionem, proviſionem ſeu ordinationem, prout idem in eodem ſenſu uſurpat* Abbas in c. conquerente. de off. Iud. Ord. ſub n. 2. & in c. cum Eccleſia, de Elect. n. 6. *& communiter ita intelligunt Canon. & glo.* 19. q. 3. c. ſtatuimus verb. quæritur, *quem ſenſum confirmat text. ipſe dum ait*, quam diu Monaſteria remanere potuerint ordinata, *id eſt, proviſa, inſtituta &c.* 6 *Diſcutiũtur hic ex parte, quia infra c. 2. diluuntur.*

Nam ordinare Monachos, eſt illos creare, ordinare Abbates eſt illos eligere. 18. q. 2. c. Abbas, *quamdiu Monaſteria* ait Pontifex, *per Regulares remanere potuerint ordinata, non ſunt ad Saculares Clericos transferenda. Sed ſi Regulares defuerint, propter eorũ defectum in eis Saculares* Clerici *poterunt ordinari, in quem locum dicunt hic glo. & Abb. quod quærebatur à Domino Papa*, utrum Eccleſiæ Regulares poſſint fieri Sæculares. *Et nota quod Eccleſia debet ſemper reformari per homines ejuſdem profeſſionis ait glo. cum Communi* &c. 7

Ex quibus videre licet, quod hæc verba *quamdiu Monaſteria &c.* valdè ambiguo ponantur loco., ita ut non liqueat, quo propriè referantur, *primò* enim videntur ad glo. 19 *q.* 3. *c. ſtatuimus, verb. quæritur*, deinde ad 18. *q.* 2. *c. Abbas referri.* Ad alterutrum igitur locum videbantur referenda, atque ad unum locum retuli, ut F. Romani in allegando pateret abſurditas, quam fruſtra in me derivat. Cum verò F. Romanus hic re ipſa fateatur per verba intermedia tredecim linearum parentheſi includenda & non incluſa ſenſum ipſius fuiſſe interruptum & interpolatum, ideo hunc illi errorem cõdonamus & concedimus, quod Abb. *in d. c. inter. quatuor. illud* tradat, nihilo tamen magis nobis oberit, ut *c.* 2. videbitur. 8 9

Neque

Digitized by Google

10 Neque etiam S. Gregorius *in d. c. pervenit.* 18. *q.* 2. nobis contrarius eſt, ſecus ac F. Romanus *d. q.* 1. *n.* 16. 21. exiſtimat, ut *inf. cap.* 2. videbitur.

11 Quod ad Card. Zabarell. *in d. c. inter quatuor.* attinet, Licet F. Romanus ipſum non quidem expreſſe, attamen implicitè nominavit. Nam ubi *d. q.* 1. *n.* 16. hos ſupra recenſitos gradus *in d. c. inter quatuor.* retulerat, ſubijcit, hæc Abb. & *ibid.* glo. Innoc. & ALII. Quinā verò ſunt *alij*, nonne inter illos nominandi Card. Zabarell. & Ioan. And. ut hinc F. Romani vanitatem in carpendo & mordendo videre liceat, qui neſcit quid dicat. Sed pergamus ad alia.

§. II.

Quod Dd. tradant, alios ejuſdem Ordinis Religioſos in defunctorum locum eſſe ſubſtituendos.

Aiebam 2. *fundamentum* F. Romani *q.* 1. *n.* 15. *&* 20. eſſe, quia Abbatibus
12 & Monachis olim expulſis & poſt defunctis ALII EIVSDEM RELIGIONIS & ORDINIS ſunt ſubſtituendi & ſubrogandi. Hoſt. *in c. cum ex injuncto ſub. n.* 9. *verſ. in hoc etiam caſu, de nov. operis nunciat.* Butr. *n.* 4. *verſ. & dicit quod omnibus* Anchar. *n* 9. *vers. & in hoc caſu.* Abb. *n.* 5. *verſ. & etiam eis mortuis.* Card. *n.* 5. *verſ. per hoc etiam poteſt inferri. & Socin.* n. 12. verſ. imo alij: *glo.* in c. *ſtatutum. de Elect. in 6. verb. Collegiatas. Ratio petitur* ex voce (*alij*,) qua utun-
13 tur Dd. citati. Nam hæc dictio ſimilitudinem denotat, & eſt ſimilium relativa ſeu repetitiva, facitque ut poſitio aliqua cenſeatur eiuſdem, cuius erat præcedens, eſſe qualitatis. *l. quidam relegatus & ibi* Bart. *de reb. dub. c. ſedes. de reſcript.* glo. *verb. alio, &c. glo. Pragm. ſanct. de Collation.* §. 1. *in verbo de alio.* Proinde expulſis ac defunctis Monachis venient *alij* eiuſdem qualitatis, cujus erant præcedentes, ſubſtituendi. Bald. *in l. fin.* C. *de his qui à non Dom.* &c. Alciat. *in L. cum non ab homine, de Iudic. n.* 25.

Vocis alij vis.

Et confirmatur ex eo (quia ſurrogatum debet ſapere naturam eius, in
14 cuius locum ſurrogatur. *l. ſi eum* §. *qui iniuriarum ff. ſi quis cautionib. q.* 1. *Aſtri. n.* 15. 20.

Confirmatur 2. *ex c. ſicut alterius.* 7. *q.* 1. ubi dicitur, ſimiliter & ſponſa E-
15 piſcopi, quia ſponſa uxorque eius dicitur Eccleſia, illo vivente, ei eſt alligata, eo verò defuncto ſoluta eſt, & cui voluerit, nubat, tantū in Dño. *id eſt*, regulariter, *ubi* glo. inquit *in d. verb. regulariter*, id eſt, homini ſuæ profeſſionis 28. *q.* 1. *cave.* F. Romanus *q.* 1. *n.* 16, 43. Et ſic pariter Collegia & Conventus Regularium Ordinis S. Benedicti, quoad jus non deſierunt eſſe in d. Monaſterijs morte Abbatum & Monachorum olim ab hæreticis ejectorum, ſed illud ſemper integrum & illæſum permanſit, juxta ſtatum antiquum, ita ut hodie recuperatis Monaſteriis jure *poſtliminij* alii Abbates & Monachi ejuſdem

Digitized by Google

dem Ordinis ſubſtituendi ſint, ut ait Petrus Franciſcus de Rubeis *ICtus & Advocatus Romanus in ſuo conſilio hac de cauſa ante annos aliquot ſcripto*. F. Romanus *d.q.1.n.20.*

F. Romanus multa hic confuſe congerit, ut aliquis vix videat, quid 16
certò affirmet, ex quibus eſt, quod *uti alleg.* 354. dicit, quod ipſe *Commẽta*
alterum ſuum fundamentum non ponat in allegato aſſerto (quale namque fundamen- Hayana,
tum eſſet idem ex eodem inferre, (ſed in authoritate; puris utriuſque interpretum) quæ tam in jure Canonico, *quam Civili plurimum ponderis habet) aſſertum illud clariſſimis*
verbis exprimentium. Neque Dd. allegati, neque ipſe rationem, cur debeant alij ejuſdem 17,
Ordinis & Religionis ſubſtitui, ponant in voce (alii) *ſed ex ipſis limpidiſſimis fontibus & natura beneficiorum ſuperſtitum, fundationis ac devolutionis puriſſimum laticem hauriant. Videatur Rebuffus in* Aſtro *allegatus* q.1.n.12. *ubi dicit ex* Ioan. Selva, *quod ſuperior conferens jure* devoluto, *non poteſt aliter conferre, quàm natura beneficij requirat, quibus adde.* n.13.14.15.&16. q. ejuſdem & Aulam ipſius Eccleſiaſticam tit. ligata libertas.

Idem Allegat. 433. *Barboſ.* in c. literas extra. de ſupplend. neg. prælat. nũ. 5. 18
ſuperior, inquit, *ad quem eſt devolutum beneficium,* DEBET *providere habenti qua- Alleg.*
litates à Fundatore requiſitas, ut plures referens, tradit Perez de Lara, de anniverſ. & *434. Perez 435.*
Capellan. lib.2 cap.10. n.27. *Quia natura beneficij mutari non debet, Cephal. Cephal-*
conſ. 358. n.8. vol.3. *Hieron. Gabr.* conſil. 185. n.2. vol.2. *436 Hieron. Gabr.*

Et allegat. 432. *Filiuc.* in appendice poſthuma qq. moralium tract. 41. de
benef. Eccleſ. c.1. n.10. *Dico ſecundo,* inquit, *dari aliqua beneficia, requirentia cer-* 19
tum Ordinem, quo qui carent, ſunt inhabiles ad illa. Dd. in c. dudum 1. de elect. & alij citati à *Garz.* n.40. & ſeqq. *Azor.* lib.6. c.8. *Ratio, quia fundator eorũ, potuit fundationi addere tale onus, præſertim quia eſt conforme juri.* Prius autẽ *c.1.n.8.* ajebat; *Dico ergo primo, Beneficiũ regulare id, quod fundatione, dotatione, inſtitutione, jure privilegio, ac conſuetudine pro Regularibus eſt inſtitutum, vel ita eſt annexum, ut per eos debeat adminiſtrari.* Et infra; *ſunt autem orta hac beneficia regularia tribus modis, 1. Principum liberalitate, qui ſic fundarunt & dotarunt Conventus, Abbates & Priores Conventuum. 2. Conſtitutione Religionis. 3. Authoritate Romani Pontificis.*

Allegat. 437. *Nicolaus Garzias* de benef. tom.2. part. 7. c.15. n.1. *Cum* 20
ſint, ait, aliqua beneficia, quæ ex fundatione, inſtitutione, ſtatuto, conſuetudine, ſint debita certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum, ILLIS & NON ALIIS, *ſunt conferenda hujuſmodi beneficia, ut notum eſt. Unde eorum collatio dicitur* NECESSARIA, *ut ſupra dictum eſt* p.5. c.7. *n.*73. *Quam conditionem rectè poteſt fundator ſeu teſtator apponere.* n.3. *Et ſic hujuſmodi conditio & forma in fundatione appoſita, eſt omnino ſervanda in proviſione beneficij.* n.4. *Et aliter facta præſentatio, ſeu proviſio, de non habente* QVALITATEM *prædictam, eſt invalida.* n.6.

Allegat. 438. *His adſtipulatur ipſe Paulus Layman* in qq. Canon. de Præ- 21
lat. Elect. n.101. *Deinde,* inquiens, *Generaliter ajunt, quod Prælatus ad quem jus*

eligendi aut conferendi devolvitur, ſecundum naturam & conditiones Beneficÿ conferre debeat, ſicuti in fundatione expreſſum eſt.

Pluribus Doctoribus allegandis ſuperſedere ſe dicit, cum dux belli Paulus Layman, in cuius caſtris Colonellũ ego agã, in ipſius partes ultrò cõceſſerit.

22 Tum *allegatione* 439. ait. Unus *propemodum excidiſſet Modeſtinus Piſtoris I.C. Saxonicus Lipſienſis, qui* Conſil. 43 n. 42 lib. 1. *ſic ſcribit*: ubi ejuſmodi Collegium diſſoluitur morte omnium de Collegio, debent alii ſubſtitui (iubet autem adverti à me F. Romanus, *quomodo hanc loquendi formulam exponat hic Doctor*;) Secundum gl. *in c. ſtatutum, in verb. Collegiatas. de elect. lib. 6.* quã ſequitur Angelus *in l. ſi quid. quod cuiuſq; Univerſit.* Vnd dem alſo nach / ſo weren in dieſem fall / wan die Kloſter-Perſohnen alle geſtorben / dieſe Kirchengütter nicht propriè verlediget / nec venirent confiſcanda ſecundum Angelum *in. d. l. ſi quid.* Sonder er gebühret der Geiſtlichen Obrigkeit andere Geiſtleichen deß Ordens wider an die ſtatt zuverſtatten) *hoc eſt* adeoque in illo caſu omnibus de Collegio mortũis bona hæc Eccleſiaſtica propriè non fierent bona vacantia, nec veniunt confiſcanda, ſecundum Angelum *in. d. l ſi quid.* Sed competit Eccleſiaſticis ſuperioribus alios regulares huius Ordinis in locum ſubrogare: & dicit glo. *in d. c. ſtatutum*, quod ſi hoc non faciant, ad quos primo pertinet, intra debitum tempus, jus illud ſubſtituendi alios, devolvatur ad ſuperiorem, & ſic de ſingulis uſque ad Papam *Hæc egregiè D. ille Acatholicus*, &c. *Nec eſt, quod exiſtimet lector illud* deß *eſſe merum articulum: legenti enim ipſius Conſilia, quæ lingua ſcripſit Germanicâ, facile patebit, id eſſe relativum, per idiotiſmum Saxonicum.* Deß *pro* deſſes, *vel* deſſelben Ordens.

23 Porrò *allegat.* 355. dicit, *quod rationem hanc*, ſurrogatum debere ſapere naturam eius, in cuius locum ſurrogatur, *nuſpiam applicavit Religioſis ſubſtituendis, ſed ſuperioribus ſubſtituturis, qui jure devolutionis & ſubrogationis tenentur eligere homines ejuſdem Ordinis & qualitatis; jam autem inter eligentes & eligendos, inter ſurrogatos ſuperiores & ſurrogandos regulares, inter cauſam & effectum, inter mi & ſa, ubiq; maior eſt differentia, quam ut prædicata unius ſint prædicata alterius. Tacere ſe dicit, quod allata in rationem falſo allegem* ex Aſtri. q. 1. n. 19. *cum allegare debuiſſem.* n. 13. *Hæc ille.*

24 Verum F. Romanus neſcit, quid in *fundamento* ſuo pro ipſo allegato carpat; Cum ego ipſum ex Dd. & jure argumentantem inducam, licet ſenſum Dd. ab ipſo productorum prius retulerim. Parum enim refert, ſive ipſæ Dd. authoritates ante recitata eorum verba, & ſenſum præponantur, ſive ijſdem ſubijciantur; quia in idem recidet, ut norũt qui jus & praxin à limine ſalutarunt Quid! quod ex reſponſione mea *cap. 2. n.* 4. allata expreſſè videre poterat, quod ego aſſererem, ab ipſo ſup. d. authoritates Dd. contra me allegari.

Diſcutiũtur hic ex parte, et inf in c. 3. p enius,

25 Ad hæc ego à F. Romano quæro, cur vocem A L 11 *q. 1. Aſtri. n.* 14. 15. *& in horti confinibus allegat.* 437. *n.* 10. 439 *n.* 12. maiuſculis litteris expreſſerit, ſi non exiſtimarit, in ea aliquam vim apud Dd. citatos eſſe ponendam aut collocatam.

Digitized by Google

tam. Qua ipſe contra me utatur & cur *in horti pomario allegat*.144. aſſerat, quod vox *(alius)* referatur ad antecedentia ſimilia, non ad diſſimilia, juxta Compoſitionem pacis Dilinganæ *c.11.n.*78. niſi inde exiſtimaret meam cõtrariam doctrinam impugnari.

Quod econtra F. Romanus adducit, quaſi apud Dd. non vis in voce *alius*, ſed in natura beneficiorum fundatorũ & devolutionis ponatur, de eo ſimiliter *inf.c.*2. videbitur. 26

Denium quod F. Romanus regulam ſurrogatorum hic ad ſubſtituendos applicet patet exinde, quod licet eam F. Romanus in ordine ad devolutionem *q.ſua* 1. *n.*13. retulerit, attamen etiã *in d.q.*1.*n.*15 (pro quo errore typographi impreſſus eſt *n.*19.) *&* *n.*20. videtur implicite innuere, quando *n.*15. ex Anton. de Butr. *in d.c.*2. *de nou. oper. nunc. n.*4. dicit, & etiam omnibus mortuis, ALII loco eorum DEBENT SVRROGARI. Numero *vero* 20. *ibid.* ex Pet. Frãc. de Rubeis *Conſ.* ait; Nec *facit*, quod nulli ex Abbatibus & Monachis expulſis hodie ſuperſint, quia nihilominus ALII eiuſdẽ Religionis & Ordinis in eorum locum SVBSTITVENDI ET SVBRROGANDI SVNT. Hoſt. *in d. c. cum ex iniuncto ſub. n.*9. *verſ. in hoc etiam caſu*, &c. hoc enim ipſo, quod F. Romanus dicit, *Alios eiuſdem Ordinis eſſe ſubrogãdos*, videtur implicitè ſeſe reflexiſſe ad naturam ſubrogandorum, quam ipſe non ut quæſtionis prædicatum, ſed ut medium terminum videtur adhibere. 27

§. III.

Tertium fundamentum à F. Romano ex devolutionis natura deſumitur.

Aſſerebam *fundamentum tertiũ* à F. Romano *q.*1. *Aſtri.n.*11.12.13.14. *&* 23. (quod vacãtibus Monaſteriis provideri debeat de perſonis eiuſdẽ Ordinis & religionis,) deſumi ex jure *devolutionis* eiusq; natura. Nam *devolutio* fit cũ eodem onere & qualitate ad ſuperiorem, cũ quibus conferre habebat primus conferẽs. Rebuff *in prax. benef. de devolutionibus* idemque & ante probatũ eſt. 28

Atqui mortuis omnibus de Collegio primus conferens ſeu Collator habebat eiuſdem ordinis religioſis conferre, cuius erant Monachi mortui. Igitur mortuis omnibus de Collegio devolutio proviſionis ad ſuperiorẽ fit cum eodem onere & qualitate Ordinis & religionis aliis conferendi. Rebuff. *d. loc. n.*18, Pan. *in c. nullus in Eccleſia n.*10. *& in c. cum Eccleſia ſub n.*9. *de Elect.*

F. Romanus hoc ſuum fundamentũ tam *in Aula ſub tit. voluolo, n.*60. *& tit. ligata libertas n.*74. *& ſeqq. quam in horti confinibus allegat.*408. *uſq; ad allegat.*439. dicit ſe *demonſtraſſe* in Aſtro. q.1. n.6. *ſicut* & in Aulæ volvolo allatis textibus *ex Rebuff.* *Panorm. glo. Rocho. de Curte, Roman. Matthaeo Quadrigario, Franciſco Salerone Dd.* in c. fin. de Elect. in 6. & in Clem. in pleriſque de Elect. *Archid. Compoſt. Frider. de Senis. ad quos* ibid. ab *Abbate fit remiſſio, mortuis* omnib. de Collegiis, jus providendi devolui ad eũ, qui alias habet poteſtatem cõfirmandi electũ, ſiue is ſit Epiſcopus, ſiue alius Prælatus. *Quod ipsũ clariſſimis verbis docuerat Paulus Laymãnus in* qq. Canonicis de Prælat. Elect. c.9. n.98. *ab ipſo ibidem allegatus.* Cui ego *aſſentiar*. q.10. Aſtri Eclipſ. n.9. in fin. *Nihil*, inquiens, *in Laymanno offendes non verũ, nihil jurium & legum præſidijs non firmum.* 29 *Commenta Hayana ſuperaddita.*

V 2 30. *Alle-*

30 Allegat. 408. *Primus ſit Rebuffus.* Ecce, inquiens, *quomodo ſuperior jure devoluto* TENETVR *iiſdem conſerre perſonis quibus tenebatur inferior ante devolutionem; alioquin non valebit collatio in contrarium facta ..... utpote ſi religioſus S. Benedicti debeat eligi, & nullus invenitur idoneus ibi, tunc ex alio Monaſterio aſſumi debet alius: Nam ſuperior conferens, non poteſt aliter conferre, quam natura beneficii requirat.*

31 Allegat. 409. *Io. de Selv.* in tract. de benef. in 3. part. q. 49. & alleg. 410. *Boer.* in addit. ad Mandago. tract. de Elect. c. 1. *Hus ſuccedat* allegat 411. *Abbas* in c. vn. Clem de ſuppl. negl. prælat. *ubi ſuccedens*, inquit, *in poteſtate conferendi*, NON POTEST LIBERE *conferre, cui vult; ſed cum ſuccedit in jus illius, debet uti eodem jure, quo ille; & ſic* DEBET *conferre talibus perſonis, quibus primus tenebatur conferre: & idem tenet* alleg. 412. *Paul. de Leaza. Hac ille* qui *eandem doctrinam ſæpiſſime tradit, nominatim* in c. cum in magiſtrum de electione n. 1. *is*, ait, *ad quem ſit devolutio ex negligentia*, TENETVR *eligere ſeu promovere homines* ILLIVS QVALITATIS, *cujus erant aſtricti primi electores. Nam homo alterius profeſſionis, non poteſt eligi in Abbatem ut* in Clem. 1. eod. tit. *& tene mentis illum textum ſingularem. Idem docet* in. c. poſſeſſiones de reb. Eccl. non alienand. *ibi debeat providere* ILLIS PERSONIS & in c. ne pro defectu de Elect. n. 3. *ibi; homines* ILLIVS QVALITATIS; *ubi nota, dicebat* in aſtro. n. 13. q. 1. *non eſſe diſtinctionem, ſive devolutio fiat ex negligentia, ſive ex delicto, ſive ex fortuito caſu ſpoliationis aut* MORTIS OMNIVM DE COLLEGIO; *quia vis huius obligationis ſubſtituendi alium* ILLIVS QVALITATIS, *non oritur ex cauſa data devolutioni, ſed ex ipſa intrinſeca ratione devolutionis; Res quippe ſemper tranſit cum ſua cauſa* l. alienatio ff. de contrah. empt. l. traditio de acquir. rer. dom. *& ſurrogatum debet ſapere naturam ejus, in cuius locum ſurrogatur* l. ſi eum §. qui *injuriarum* ff. ſi quis caut. *facit* l. 1. ff. de ſolut.

33 4. *Eandem ſententiam tenent* alleg. 413. *Io. Bapt. Vivianus* in c. un. de ſuppl. neg. prælat. alleg. 414. *Anchar.* ibid. n. 6. & alleg. 415. *Valerius Reginaldus* lib. 30. tract. 3. c. 17. n. 254 *ubi ait, devolutionem fieri* CVM QVALITATIBVS ET PERSONIS *qua erant in prima collatione, ut ſi beneficium conferri debeat alicui de genere fundatoris*, DEBEBIT *quoque is, ad quem jus conferendi fuerit devolutum, tali conferre.* Alleg. 416. *ſubit gl Marginalis* verb. religioſis Clem. un. de ſuppl. negl. prælat. *poteſtas*, inquiens, *in conferendis beneficiis devolutis, modificatur & regulatur ſecundum poteſtatem ipſius inferioris, ut quibus ille conferre non potuiſſet, ſimiliter nec poſſit ſuperior &* alleg. 417. *azor.* part. 2. Inſt. Moral. lib. 6. c. 27. *Si quis conferre debet ex* CERTA FAMILIA *vel gente vel loco, is etiam, ad quem jus eſt devolutum, ei conferre*, IPSO IVRE COMPELLITVR. *Iterumque Pan.* in c. inter quatuor de relig. dom. *in Aſtri q. 1. n. 16.* fuſius ab ipſo allatus & explanatus.

34 5. *Idipſum concluſerunt* alleg 418. *Ioa. Honor.* von Axell 419. *Pet. Franciſ. de*

de Rubeis,420.*Hippol.Merenda & 421.Torquatus Floravantes* d.q.1.aſtri n.9. *ubi ab ijs remiſſio fit*.alleg.422 *ad Odofred*.423.*Alber.& 424 Flor.de S.Petr.itē* alleg. 425.*Vitalis*.in Clem.in pleriſque in 6.n.20.alleg.426.*Roderic. Suarez*. in qq. regular.tom.3.q.23.Art.5.& alleg.427.*Thom.Sanchez*,ſuper Decalogo lib 7. c.18.n.8 *Conſentit* alleg.428.*Pet.de Vbaldis* de mutat. Status Eccl.c.23.q.6.ex cap.1.de teſtam.*Hactenus Dd.in aſtro nominatim allegati.*

Hiſce dicit,*ſe nonnullos adijcere,quorum ibi non fecerit mentionem, & inter hos* 35
allegat.429.*Sylveſtrum* 4.allegat.431.432.*Vincentium Filiucium*, allegat.437. *Nicolaum Garziam,recenſet*.Hæc ibi.

Tandem poſt alios quoque Dd.adjectos, qui tamen de devolutione 36
non agunt,prout ſuis locis monui,ſubjicit.

Eam igitur & poſt allatos à ſe contra me triginta duos Doctores, adhuc dicam FALSVM *eſſe,quod ex mente Dd.ejuſd.Ordinis Religioſi in defunctorum locum ſint ſubſtituendi,&c.*

§. IV.

F.Romani argumentum ex c.quia Monaſterium de Rel.dom.& natura beneficiorum deſumptum proponitur.

Proponebam 4.F.Romani fundamentum ex *q.ipſius Aſtri.1.n.* 40. pe- 37
titum *ex c.quia Monaſterium de rel.dom.*vbi legimus,quod *Monaſterium quoddam ſitum erat in fundo Martiano hoſtilitate deſolatum,idque Papa univit Monaſterio Agapiti Abbatis cum omnibus rebus & actionibus,quæ ei competebant, ſalva Iuriſdictione. Nucerini Epiſcopi in cujus Diœceſi ſitum erat, ut etiam videre eſt* in Epiſtolarum S. *Gregorij* lib.1.Epiſt.67.*& hoc Monaſterium,vt ait Abbas*:cit.cap. *erat(non extinctum)ſed deſolatum ſeu deſtitutum à Religioſis,vbi* poſt.n.3.*vltimo ſic quæritur*,inquit, *utrum in iſto Monaſterio unito erit amplius Abbas*? Doctores *videntur velle* quod ſic. *Dicunt enim quod ex quo unitur Monaſteriū vt Monaſterium,debet conſervari in Statu ſuo,& ſic debet habere congregationem Monachorum & Abbatem ſolitum;quia non alterantur jura Eccleſiæ per unionem.Hæc verba intelligo,quando facultates Eccleſiæ unitæ ſuppetunt ad conſervandum eam in priori ſtatu.* Hucuſque Pan. *Ex quibus apparet ipſum & Dd.communiter ſentire,quod in Monaſterio totaliter deſolato, ſuperſit titulus Abbatis,& jura Collegialia omnia,quæ debent conſervari in Statu ſuo, etiamſi Monaſterium tale alteri uniatur,nedum ſi ſeorſim maneat reformatum.*

Hinc ſi titulus Abbatis adhuc ſupereſt, etiam tituli Monachorum 38
manebunt,ex *natura correlativorum*,quorum *vno poſito,ponitur & alterum.Titulus autem* ut tradit idem F.Romanus,*d.q.1.Aſtri n.43.*) *Abbatia vel Prioratus Benedictini ex una,& Monachi S.Benedicti ex altera parte ſunt correlativa. Et Eccleſia Monaſtica ſeu titulus illius,habet ſe reſpectu intitulati Monachi,ſicut uxor reſpectu viri ſeu ſponſi,ſecūdū gl.& Canō.Facit etiā c.* ſicut alterius 7.q.1.*vnde gl.*verb.conjugiorum 34.q.1.& 2.cap.1.*dicit, quod Eccleſia Clerico debet reſtitui de captivitate*

Digitized by Google

redeunti;per quantumcunque tempus detentus fuerit, ſi probat juſtum impedimentum, cum Eccleſia ſit vxor Clerici 7.q.1.ſicut & paſtoralis 13. q. 2. vnaquæque *& in ſpecie de Monacho fatetur opponens* fol.8.*Vid.Abbat.*in c.dudum 54.de elect.n.33. *Iam ergo cum vxorem & ſponſum oporteat eſſe ejuſdem ſpeciei (aliter non erit matrimonium) & aliorum Ordinum Religioſi vel Clerici ſæculares &c. non ſint ejuſdem ſpeciei, cujus eſt Prælatura ſeu titulus Benedictinus;ſequitur evidenter, quod Monaſteria emortua ejuſdem Ordinis Religioſis debeantur, & pro comparanda ſeu deſponſanda ſibi hujuſmodi viduata Eccleſia, nemo jus habeat agendi præter Monachos Ordinis S. Benedicti; ſi qui alij pro Ordine egerint, paranymphi, non ſponſi eſſe poterunt.* Hæc F.Roman. *q.1. n.43.*

39 Et Confirm. *d.q.1.n.43.*ex L.Zecchio *lib.de rep.Eccleſ.tit. de beneficiat. ſub n.3.*vbi inquit, *Duodecima conditio eſt,* ut beneficia ſæcularia dentur ſæcularibus, regularia vero regularibus, *ſeu ut beneficium non aliter conferatur (nec jure enim poteſt) quam natura beneficij requirat, ut ait Ioan.Selva. & alij apud Innocent.* in c.fin.de Cler.non reſid. *Eſtque expreſſa ſententia Concilij Tridentini* ſeſſ.14.de reform.cap.10. *ubi prohibentur beneficia regularia (inter quæ computantur ibid.n.2. & apud Leſſ.*lib.2 de juſt.c.41.dub.12.n.95. *Abbatia, Prioratus &c. dari in titulum ſæculari, imò nec regulari, niſi ſit illius Ordinis, eo quod nō ſit in bove arandum & aſino, nec quiſquam debet veſtem induere de lana linoque contextam, vt ait Conc.Trid. & habetur* c.cauſam 27.de elect.

Accedit *alleg.* 431 *Vincent. Filliucius* in append.poſthum.qq.moralium
40 tract.41.de benef.Eccleſ.c.1.n.10. *Dico Tertio* inquiens, *beneficia regularia eſſe danda regularibus, quamdiu ab ijs Monaſteria adminiſtrari poſſunt: Quod ſi deſint, Regulares* ILLIVS ORDINIS, *advocandi ſunt regulares alterius Ordinis. ſi etiam hi deſint, tunc dari poſſunt Sæcularibus. Ita colligitur* ex c.inter quatuor.de Relig.dom. *Abb.*ibi & *alijs Doctoribus.*

Nec ſatisfaciet (ut aſſerit F.Romanus *d.q.1.n.43.* Aſtri) *Opponens* (Laymā-
41 nus) fol.456. *huic argumento* : dicens, Primò *Concilium non loqui de Beneficijs ſive Monaſterijs extinctis, ſed exiſtentibus; Monaſteria verò reſtituenda eſſe extincta.* Secundò *Concilium loqui de beneficijs Conventus Regularis exſiſtentis, non mortui ſed extincti. Non, inquam ſatisfacit ; tum quia Monaſteria eorumque tituli numerati non ſunt extincti, tum quia* Concilium *nihil dicit de Conventu Regulari exiſtente vel non exiſtente; ſed abſolutè loquens de beneficijs regularibus (ut ex adjunctis declarationibus* Cardinalium *patet) etiam ea comprehendit, qua extra Conventum Religionis aliquando* „ *conferuntur; ſicque pronunciat.* Regularia beneficia in titulum Regularibus pro- „ feſſis provideri conſueta, cum per obitum aut reſignationem, vel alias illa in „ titulum obtinentis contigerit vacare, religioſis tantum illius Ordinis, vel ijs „ qui habitum omnino ſuſcipere & profeſſionem emittere teneantur, „ & non alijs, ne veſtem lino lanaque contextam induant, con- „ ferantur. Hæc F.Romanus „ *d.q.1.n.43.*

§.V.

Digitized by Google

§. V.

Fundamentum 5. F. Romani ex Clem quia contingit. de Relig. dom. deſumptum, nim. quod quæ largitione fidelium ad unum uſum ſunt deſtinata, non ſint ad alium applicanda, deducitur.

Referebam fundamentum quintum peti *ex Clem. quia contingit de Relig. dom.* iſtic enim ſtatuitur, quod ea, *quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium* (ſalva quidem Sedis Apoſtolicæ authoritate) *converti*. F. Romanus *q. 7. n. 5* §. 111. *eodem modo fol.* 254. quæ conditio parentheſi incluſa, tametſi non exprimeretur, ſemper *tamen* ſubintelligeretur, neque eſt illa diſpoſitio, ſed reſervatio generalis. Unde patet bona d. Monaſteriorum, uni Ordini ſemel deputata, non eſſe alij conferenda. Et confirm. ex Zabarell. *in d. Clem. quia contingit, de Relig. dom. n.* 5. *&* 9. ubi ait. Nono nota, quod res ordinatæ ad unum uſum, non debent trahi ad alium ſimilem *C. de rei vx. act. l. vn. de Conſecrat. diſt. 2 revera &c.* & dicit gloſſa, *quod non debeant trahi ad alium uſum etiam pium.* Pro hoc inducit Lauden. & Gen. quia non debent diſcooperire unum altare, vt aliud cooperiatur. *de præb. cum cauſam. in Auth. quomodo oporteat. Epiſc §. ſi vero non fecerit, ubi de hac collat.* 1. Matth. inducit &c. *Hæc ille*, nec fletus unius Ordinis, debet eſſe riſus alterius *x. ne ſed. vac.* F. Romanus *q. 1. n.* 100. 42 43

F. Romanus *allegat.* 356. dicit, *quod eo loco & textu tam parum ipſe intenderit probare, veniri contra jus Canonicum, ſi Monaſteria deſtituta aliis alterius Ordinis Religioſis, etiam ex ſufficienti cauſa conferantur, quam parum ego probare nitar, Collegia Societatis conferri debere Monachis. Ad textum ſuum & literam provocans. Mens enim & verba illius* d. q. 7. n. 5. §. 111. eodem modo, *non erat. ibi primum iacere fundamentum cauſæ principalis, quam in* q. 1. & 2. *ſufficienter ſolidaverat, ſed ſolummodo refutare Laurentium Forerum, qui* (ut ipſe ait) *perperam in caput illud Clementina commentator fuerat.* 44 *Nova Commenta Hayan.*

Verum F. Romanus quam ſibi contrarius ſit in *d. allegat.* 356. patet ex ipſius F. Romani q. 7. *aſtri n. 5. §. 111. Eodē modo pag.* 254 *col. 1. lin. 12. &c.* ubi ait; Deniq; Forerus *p. 1.* Anti-Mel. *c. 2. n.* 58. inquit, *In Clement. quia contingit, nominatim ſeu expreſſe diſpoſitum eſt* (iſt benentlich verſehen) *ex juſta & neceſſaria cauſa, hujuſmodi ultimas voluntates* MVTARI, *& pro cauſis Eccleſiaſticis facta legata, ad alios pios uſus prædicto modo applicari poſſe* (*reſpondet* hic F Romanus) *cum tamen nihil minus* IMO TOTVM CONTRARIVM IBI DISPONATVR, *videlicet, quod ea quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata fidelium,* AD ILLVM DEBEANT, NON AD ALIVM (*ſalva quidem Sedis Apoſtolicæ authoritate*) 45 *Diſcutiuntur hic ex part.*

CON-

CONVENTI; *Quæ conditio parentheſi incluſa, tametſi non exprimeretur, ſemper tamen ſubintelligeretur* : NEQVE EST ILLA DISPOSITIO SED RESERVATIO *generalis. Ita nimirum* SACROS CANONES *tranſverſim invertere neceſſe eſt, quando* CONTRA MONASTERIORVM FVNDATIONES, *argumenta ſolida deficiunt, vt qualis eſt translationum inſtituendarum cauſa, tale ſit & patrocinium.* Hæc ibi. Viden F. Romane textum tuum & verba ſatis acerba, unde manifeſte patet, quod F. Romanus hic contra Laymannum intendat probare, veniri contrà jus Canonicum, ſi Monaſteria deſtituta alijs alterius Ordinis Religioſis etiam ex *ſufficienti cauſa conferantur.* Cum aſſerat in Iure Canonico in *Clem. de relig. Dom. quia contingit*, non diſponi quod ex juſta & neceſſaria cauſa hujuſmodi vltimas voluntates mutari, & pro cauſis Eccleſiaſticis facta legata ad alios pios uſus prædicto modo applicari poſſent, ſed totum ejus contrarium, nimirum ex juſta & neceſſaria cauſa hujuſmodi vltimas voluntates nec mutari, nec pro cauſis Eccleſiaſticis facta legata ad alios pios uſus prædicto MODO (nimirum ex juſta & neceſſaria cauſa) applicari poſſent, ſed Monaſteria ex fundationibus vltimarum voluntatum debeant ad certum uſum deſtinatum, & non ad alium converti. Unde quid aliud colligi aut concludi poterit, quam quod velit F. Romanus Monaſteria pro certo ſuo Ordine in ultimis voluntatibus fundata & legata non poſſe ad alios pios uſus (aliorum alterius Ordinis Religioſorum) ex cauſa juſta & neceſſaria applicari, ſed debere ad illum certum ſui Ordinis uſum, & non ad alium converti.

§. VI.

Sextum F. Romani argumentum eſt, quod Status Eccleſiæ non ſit mutandus.

46 Afferebam 6. fundamentum eſſe, quia Status Eccleſiæ ſervandus eſt, nec mutandus *c. 2. de ſuppl. negl. prel.* Ergo quæ Eccleſiæ regi ſolebant à Benedictinis, inpoſterũ etiam ab ijs regendæ erunt, nec alijs conferendæ vel tradendæ, F. Rom. *q. 1. ſub n. 12. 15.* Neque enim mutatur *Status regularitatis*, tametſi per plurimos annos deſinant Monachi Eccleſiam ſeu Prioratum incolere, ut ait Caſparus Denichius *in Aſſertionibus Canonicis de benef. Eccleſ. Aſſert. 7.*

47 Adde F. Roman. *allegat.* 429. ubi apud ipſum tradit *Sylveſter* verb. Eccleſia 2. n. 7. *de Monaſterio*, inquiens, *non poteſt fieri Eccleſia Sæcularis, ut in* d. c. quæ ſemel *niſi enormiter vivant, quo caſu poſſunt removeri Monachi & inſtitui Canonici ſæculares, cum authoritate tamen Papæ, vel niſi ita ſit, quod non inveniantur aliqui de* ORDINE ILLO, *per quos locus poſſit ordinari: vel niſi aliter non poſſit locus ille reformari, quam per Canonicos.*

Commenta alia adduâ.

Ite-

Iterum eum in finem *Allegatione* 430. *&* 433; *& ſeqq.uſque ad* 436. citatur ibid.n.7.*Baldus* in Margarita.verb.civitas.*ſi de facto*,inquiens, *opprimatur à prædonibus,vel latronibus,& Tyrannus capiatur & deſtruatur Monaſteriū,Eccleſia,vel Civitas, tamen ſine ullo corpore materiali vivit quodam intellectu,& exſtat anima,ut ita dicam; quaſi ſine ullo corpore,& retinēt omnia privilegia*,ff.de fidejuſſ.l.mortuo de petit.hæredit.l.hæreditas.*& ipſi ſemetipſos reædificare poſſunt. Etſi nemo vivit,Superior reſtaurat idem numero,& privilegia Exemptionis,& cætera jura,quæ durabant habitu, reducuntur ad actum ipſo jure,ſecundum Innocent.* in c. cum ex iniuncto de op.nov.nunc.*ubi* obſervanda ſunt verba; idem numero , *id eſt, homines ejuſdem qualitatis. Nam ſi alterius qualitatis inducantur,non erit* idem numero *Collegium*; *prius enim Collegium cum omnibus ſuis titulis,& beneficijs præſupponeretur authoritate Superioris exſtinctum,à quâ extinctione non daretur regreſſus ad eandem numero formam*,Similia vide apud damnatum Alphonſum Vargas. *de Stratagem.Ieſuit.c.*41. 48

§. VII.

Argumentum 7. *F. Romani ex Decretis & Reſcriptis Imperatorijs deſumitur.*

Ajebam ſeptimum F.Romani fundamētum *q.*1.*n.*57.ex diverſis decretis & Reſcriptis Imperatoris Ferdinandi II.annis proximè ſuperioribus emanatis & datis,in quibus *prohibetur,ne ulla Monaſteria alteri Ordini,quàm cui dicata ſunt,reſtituantur*. Idem patet ex literis ejuſdem Imperatoris ad Oratorē ſuum Romanum *q.*2.*n.*14.tum etiam ex *Conſtitutionibus Imperij*, quibus jubentur Monaſteria reſtitui illi Ordini Religioſo, cui ablata ſunt. Vid. & Alphonſum Vargas *d.tract.c.*40. 49

Econtra F.Romanus *alleg*.357.dicit,*quod ego ex traditis* d.n.7. & ſeqq. 8.9.*colligam ipſique affingam,quaſi iis innixus demonſtraret veniri contra jus Canonicum,ſi Monaſteria deſtituta alijs alterius Ordinis Religioſis conferantur* ; *At ſecus ſe id habet.* Solùm ego ipſius argumentum hoc loco propono, ut non tantum jure Canonico, de quo in prioribus fundamentis, ſed etiam jure Civili noviſſimo,de quo *hic & ſeq.n.*8.agebatur,videatur aſſerta tranſlatio Monaſteriorum ad alios alterius Ordinis Religioſos eſſe prohibita, illique contraria. Itaque ceſſant F.Romani *allegationes* 357.*&* 358.359. *Comment. Hayan.* 50 *Diſcutitur.*

§. VIII.

Prius argumentum F. Romanus hic perſequitur.

Aſſerebam ex priori fundamento ſequi, quod Bona deſolatorum Monaſteriorum pertineant ad Religioſos ejuſdem Ordinis à Superiore *ibidem* ſubſtituendos *l.ſicut* §.*in decurionibus ff.quod cuiuſque univ.nom.*nec aliis alterius Ordinis Religioſis ſint conferenda. Facit id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri nequeat.*de R.l.in* 6. F.Rom. *q.*1.*n.*59. cui 51

Digitized by Google

nequicquam officit delictum perſonarum ac Conventuum; quia delictum perſonæ non debet in damnum Eccleſiæ (vel Ordinis) redundare. *c. delictum de R. I. in 6.* F. Rom. *q.* 1. *n.* 59.

§. IX.

9. Ex Reſponſo Summi Pontificis ſuam ipſe F. Romanus probare conatur opinionem.

Tradebam *Nonum* F. Romani *fundamentum* peti ex eo, quod Pontifex Vrbanus VIII. ex relatione Reverendiſſimi Domini Hilarionis Abbatis S. Crucis Ord. Ciſtert. circa initium Decembris Anno 1630. apud ſuam Sanctitatem *ſupplicantis, ne Monaſteria ſui Ordinis pateretur aliò transferri.* Reſponderit; *Principes* aliquos Germaniæ inſtanter petere ex reditibus Monaſteriorum, Academiæ & Collegia vel Seminaria exſtruantur, prætendentes, quod parentes, majores & anteceſſores ſui pleraque illa Monaſteria fundaverint, ideoque rationabile videatur, eadem bona ad ipſorum inſtantiam transferre ad uſus tam utiles ac neceſſarios, quales ſunt Academiæ, Collegia & Seminaria. Si igitur Ordines antiqui ſuppeditent viros doctos ad regenda hujuſmodi Seminaria & Academias, & ad inſtituendam juventutem idoneos, æquè libenter, imò libentius ſe permiſſurum, Monaſteria Ordinibus antiquis, ita ut ipſi ædificent inde neceſſarias ſcholas & Seminaria, iiſque præſint & doceant, quam aliis quibuſcunque. At ſiquidem Ordines antiqui docere non velint, oſtendant autem modos ſufficientes, quibus Academiæ & Seminaria ædificari poſſint, ſine talium Monaſteriorum translatione, etiam ſic Monaſteriorum fundationes minimè ſe mutaturum. Hæc Pontifex apud F. Rom. *q.* 1. *n.* 106. quibus conformiter, cùm Religioſi Ordines, qui prius fuerant inſtituti, ſint parati & ipſi docere, & aliunde ex aliorum ſæcularium bonis poſſint fieri fundationes: non erit juſta cauſa transferendorum ad alios alterius Ordinis Religioſos Monaſteriorum. Conſequenter nec credibile eſt, Summum Pontificem proprio motu adverſus Ordines prò Societate & Seminariis reſcripſiſſe. *q.* 1 *n.* 107.

52

53 Tandem F. Romanus *allegat.* 360. refert, quaſi ego concluderem, quod ſi Ordines antiqui nihil bonum facere voluerint neque fuerit alius modus reſtaurandi Germaniam, quam per ſcholas & Seminaria, Pontifex contra jus Canonicum ſit venturus transferendo unum alterumve Monaſterium ad Societatem JESU. Quæ calumnioſa eſt illatio, ut videbitur *in reſolut. c.* 2. Fortè ex allato Reſponſo Urbani Papæ VIII. hoc nonnemo pro F. Romano formaret argumentum, urgentibus Principibus Germaniæ ut juventus in literis & pietate à viris Religioſis inſtituantur, neceſſe eſt hac temporum circumſtantia, ut aut Monachi ipſi docere ſint parati, aut patiantur unum alterumve Monaſterium deſtitutum à majoribus ipſorum Principum fundatum

Cōmentitia F. Romani illatio.

54

datum ad alios alterius Ordinis Religioſos viros Docturos & Seminaria transferri, Atqui Monachi ipſi ſunt parati docere juventutem : Ergo urgentibus Principibus Germaniæ,ut juventus à viris Religioſis in literis & pietate inſtruatur,non eſt neceſſe,ut Monachi patiantur unum alterumve Monaſterium à majoribus ipſorum Principum fundatum ad alios alterius Ordinis Religioſos docturos transferri. Hujuſmodi argumentandi modus in Syllogiſmo diſiuncto ex Reſponſo Urbani Papæ VIII.non videtur F. Romano Logicæ ſuæ oblito occurriſſe, quod potius Grammatiſtam aliquem,quàm Philoſophum agere videatur,at hæc per tranſennam monuiſſe ſufficiat.

§. X.

Demum ad objectas Monaſteriorum translationes quid videatur F.Romanus reſpondere.

Aſſerebam quaſi pro decimo fundamento F.Romani *q.2. aſtri n.5.6.* ad *objectas Monaſteriorum translationes* datam fuiſſe reſponſionem, quod objectæ Monaſteriorum translationes vel ab uno ſexu in alterum, attamen intra eundem Ordinem, nec in Germania ſolum , ſed & alibi, vel etiam ab uno Ordine Religioſo *non contradicente* in alium fuerint factæ ; nunc verò cum Ordo, à quo Monaſteria eſſent transferenda, contradicat, non poſſint ſecundum jura Canonica fieri ejuſmodi Monaſteriorum ab uno in alium Ordinē translationes. Quin imò cōpluribus exemplis doceri poterit, quod Monaſteria deſtituta ſuis antiquis Ordinibus fuerint reſtituta. Igitur &c. 55

F.Romanus *allegat*.36. pro libitu ſuo aliam mihi affingit concluſionem, qam non moror, cum res ipſa loquatur, quam ex ſe exigat concluſionem. Interim nihil ipſe cohærenter, aut proponit, aut loquitur, ut ex omnibus ipſius diſcurſibus in contrarium hactenus allegatis Manifeſtum evadit, nos inſtitutum noſtrum proſequamur. ſequitur 56

Commentorum Hanauorum varietas

RESOLVTIO

CAP. II. q. 7.

IN qua F.Romani argumenta ſolvuntur, ac nova ejuſdem Commenta diſcutiuntur.

§. I.

Ad I. F.Romani Argumentum, quòd Monaſteria ſint per homines ejuſdem profeſſionis reformanda, & de gradibus reformationum ſervandis, Reſpondetur.

Reſpondebam ad 1. ipſius F.Rom. fundamentum, *negando aſſumptū*, quod 1
Monaſteria morte omnium Conventualium deſtituta, ſeu quæ nō habent

Conventum debeant per homines ejuſdem profeſſionis reformari. Cum hoc ſit manifeſtè falſum,& poſſint ejuſmodi Monaſteria, Abbatiæ, *minori* 14.*annorum* conferri, Rot Rom.*deciſ.9.n.7.apud Tamburin.Tom.3.de jure Abbat.*cujuſmodi minor 14. annorum non eſt capax profeſſionis Religioſæ ex Concil. Trid.*ſeſſ 25.de regularib.c.15.*

2 Ad *probationem* 1. ex glo Abbate & Dd.communiter *in d c.inter quatuor de relig.dom.*petitam,quod Eccleſia regularis vel Monaſterium per regulares & non ſæculares ſit reformandum.*Reſpondeo*,illic agi de Monaſterio adhuc conventum actu habente per not. Rot. Rom. *d.deciſ.9.n.7.& 9.* me verò de Monaſterijs Conventu deſtitutis cum *d.deciſione rotali* loqui;adeoq; eam probationem nihil ad rem facere.

3 Et confirmo reſponſionem meam ex eo,quod *reformatio*,de qua illic agitur,ſit quaſi quædam alteratio, quæ ſubjectum ſuum ſupponit adhuc exiſtere,ut nemini non notum eſt.

4 Ad *probationem 2dam* ex Abbate *in d.c.inter quatuor*, de quatuor gradibus in reformando Monaſterio obſervandis, *Reſpondeo*, iſtic ſimiliter agi de Monaſterio adhuc Conventum habente,prout ex ipſo *d.c.inter quatuor*, de quo ſupra *in reſolut.q.3.c.3.§.18.* fuit actum,atque ex ipſis Abbatis aliorumque ibid Dd.verbis patet, eò quod velint primum ex RELIGIOSIS EJUSDEM MONASTERII eſſe reformandum,in defectum verò illorum ex aliis ejuſdem Ordinis,atque in horum defectum,ex aliis alterius Ordinis Religioſis ac demum in eorundem defectum ex aliis ſæcularibus. Cùm verò Abbas & Dd loquantur de Monaſterio per Religioſos ejuſdem Monaſterii reformando.Igitur illi ſupponũt,iſtic adhuc Conventum vel Religioſos ſupereſſe.

5 Deinde iidem Dd.agunt de Monaſterio iſtic in vita & moribus reformando,ut patet ex eo quod ſe referant *ad c.relatum,ne Cleric. vel Monach.* ubi agitur de Monachis in vita & moribus reformandis,ſed incorrigibilibus. Siquidem Dd. dicta & aſſerta veniunt juxta legem,quam allegans intelligenda Everh.*in loc.à nat leg ſtricta.n.3.* Atqui Monaſteria, quæ veniunt in vita & moribus reformanda, neceſſario ſupponunt adhuc Conventum habere;neque enim parietes & lapides in vita & moribus poſſunt dici reformari, conſequenter cum nos de Monaſteriis Conventu deſtitutis loquamur, illa Dd. allegata nihil ad propoſitum iſtud facere, evidenter apparet.

6 Quin etiam malè à F Romano illa Dd. & Canonum verba (*in defectum eorum*)pro omnibus mortuis accipiuntur. Cùm ille Doctorum citatorum,ibi ſit ſenſus,ut ſi non adſint *idonei*, per quos poſſit Monaſterium reformari,alii alienigenæ & exteri ejuſdem Ordinis admittantur,quemadmodum *in Reſolutione q 3.c.3.§.18.*ex ipſo *d.c.inter quatuor*,atque ex Didaco Spin. *in ſpec.Teſtam.glo.3.princ.n.32.* id expreſſè ſentiente docuimus, quod idem ex cir-

circumſtantiis rei geſtæ *ſupra d. lot.* arguimus & ſufficienter Dd. verba præcedentia & ſubſequentia oſtendũt. Ex præcedentibus & ſubſequentibus autem ſcripturæ ſenſus cognoſcitur; & intelligitur. *l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. de legat. 2.* 7

F. Romanus ad hanc reſponſionem ad debilitandam omnes ſuas convertit vires eamque in *allegationibus* 484. 485. 486. 48[illegible]. 488. 489. 490. & rurſus. 491. impetit. Verum cùm eas *in Reſolutione q. 3. c. 3. §. 19.* omnino colliſerimus, non eſt, quód diſſipatas hic iterum colligamus.

Comment. Hayana. Diſcuſſa ſup.

§. II. & III.

F. Romani argumentum redarguitur ex abſurdo.

Atque hinc aiebam ſufficienter refutata oſtenditur F Romani opinio, quæ etiam abſurdo laborat. Nam ſi ſecundum F. Romanum Epiſcopus 8 Monaſterium reformaturus, priùs debet ſingula totius orbis Monaſteria inveſtigare, & inde Monachos reformatores conquirere; aut ſi ipſe Epiſcopus, quãdiu ex priore Ordine ſuperſunt adhuc in orbe univerſo Monachi, non poteſt in Monaſterium deformatum alios alterius Ordinis religioſos ſubſtituere; imperatum illi erit aliquid moraliter impoſſibile; quin etiam repugnans Conſtitutioni Innocentii III. qui *epiſt. ſuarum decretal. lib.* 1. Ambaino Epiſcopo reſcripſit, ut, quod ſi *Ter* admonitus Abbas S. Martini de 9 Gemellis non reformet Canonicos ſui Ordinis in domo Spiſſi Campi, ipſe Epiſcopus vel *ejuſdem* vel *arctioris Ordinis* viros inſtituendi, appellatione poſthabita, *liberam* habeat *facultatem* &c. Atque ita intelligendus Alexander III. quando in Concilii Lateranenſis appendice ſtatuit, ut *Monachi non regulariter viventes, debeant per alterius Ordinis inſtitutionem puniri.* De quo Canone plura *ſup. q. 3. c. 3. in fin. & q. 2. & 3. c. 2. n. 4.* actum eſt.

Hinc patet hanc propoſitionem, *Conventus delinquens de delicto ter monitus, nec ſe corrigens, poteſt ejici, aliiq; alterius Ordinis ſubſtitui, veram eſſe.* Contra: 10 hanc F. Romani falſam eſſe; quod quamdiu ſalti ex aliis Monaſteriis ejuſdem Ordinis ſuperſunt, non poſſint alij alterius Ordinis illic ſubſtitui. 11 NB. Hoc tamen caſu Epiſcopus ſuo jure utens, nec ejectis Monachis, nec reliquis ex eodem Ordine injuriam faciet. Jure enim ſuo qui ntitur, nemini facit injuriam *l. injuriarũ. §. 1. ff. de injur. l. 3. §. is tamen. ff. de libr. hom. exhib l. qui injuriarum §. is qui ff de jurejur. cum alleg.* Barboſ. *in tract. axiom. verb. jus* 135. *n.* 8. Atque ita S. Bonaventura *in libello ſuo apologetico q. 11. tom. 7. oper. fol.* 351. *col. 2. Mogunt. edit. Anno* 1610. reſpondet eis, qui Ordini Fratrum Minorum adverſabantur: Quid ergo dicitis ad hoc, quod in pluribus locis dicuntur Fratres noſtri alios Religioſos vel Clericos ejeciſſe violenter de proprijs Eccleſiis vel Monaſteriis & ibidem iis *invitis* ſibi manſionem feciſſe, quomodo poteſt hoc excuſari ab injuria & violentia.

Monachi enormiter viventes ter moniti poſſunt ejici, & alij, ſive ejuſdem ſive alterius Ordinis eorum loco ſubſtitui.

Reſponſio ubicunque hoc factum eſt, non eſt per Fratrum violentiam fa-

Digitized by Google

12 „ ctum, ſed per Epiſcopum loci, vel ex juſſu Domni Papæ, qui intelli-
„ gens Clericos illos vel Religioſos ibi minus honeſtè ſe gerere, vel ad tan-
„ tam paupertatem redactos eſſe, quod divinum ſervitium ibi ita eſſet di-
„ lapſum, quod per ipſos non erat ſpes reſtaurationis, authoritate Apo-
„ ſtolica mandavit illos alibi locari, aſſignatis ſibi certis reditibus, unde
„ poſſent congruè ſuſtentari & Fratres noſtros ibi habitare & divina offi-
„ cia celebrare: cum ad ipſum ſpectet de omnibus locis religioſis ordinare, ut
„ ſacra illic religio inſtauretur, ſive per illius Ordinis perſonas, ſive per alias
„ alterius Ordinis, ſicuti viderit expedire. Hactenus S. Bonaventura, quem ſacris Canonibus conformiter ſcripſiſſe apertè fatetur ipſe F. Romanus. *q.* 2. *n.* 6. imo & F Romani *q.* 7. *n.* 27. §. *Quapropter hoc aliquis uſurpaverit &c.* ratione fulcitur. Illic enim tradit, quod privilegium amittere videatur, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate 11. *quaſt.* 3. *privilegium.* Igitur &c.

13 Ex dictis patet, non ſemper opus eſſe, ut Ordo reformationis ſupra recenſitus obſervetur, ſed ex cauſa à ſuperiore omitti poſſit, ut arguit particula *Vel* aut *Sive* tum in Canonibus, tum apud S. Bonaventuram *d. loc.* uſurpata; quæ alternativam inducit. Barboſ. *in tract. de dict. uſu freq. dict. Sive* 375. *n.* 2. cujus libera eſt electio apud Superiorem. Vid. nos *ſup.* Adeoque ſubſtitutio perſonarum ſuſtituendarum prudenti Superioris, non verò cujuſvis permittitur arbitrio. Et quidem Papa Eccleſiaſticarum rerum fidelis diſpenſator, præter fidelitatem prudentia utitur in iis pro loco & tempore, tum Eccleſiæ utilitate, ac perſonarum dignitate & merito diſpenſandis, teſte Auguſtino Ancona *de poteſt. Eccleſ. quaſt.* 68. *q.* 1. *in reſponſione ad* 3. *&* *q.* 66. *q.* 2. *in reſponſ. ad* 3.

Particula Vel, Sive, vic.

14 F. Romanus *allegat.* 49: poſtulat *ſibi oſtendi: quo folio Aſtri, qua columna, quo verſu aut linea ipſe velit tantum onus Epiſcopis aliſve Prælatis delirando injungere, ut ſi devoluto jure oporteat in deſtituto quopiam Monaſterio Abbatem ordinare, debeant ſingula totius orbis Monaſteria inveſtigare? An non in vicino omnes Catholica provincia, omnia regna plena ſunt Regularibus illorum Ordinum, quorum Monaſteria reſtituenda ſperabantur. Id quod expreſſerat* q. 1. n. 17. *verbis ex epiſtola S. Petri Venerabilis Abbatis Cluniacenſis ad Cardinalem Albanenſem deſumptis, in hunc modum exclamantis.* Ut quid ſaltem malis illis boni Monachi non ſuccedebant? An quia nuſquam tales INVENIRI poterant? O quam innumerabilis Monachorum turba per ſupernam gratiam, noſtris maximè diebus multiplicata, univerſa pœnè Gallica rura operuit; urbes, caſtella, oppida implevit? Aut ergo, omnes iſti pro expulſis introducendi expulſoribus defuerunt: aut tanta multitudine eis in nauſeam verſa inopeſeos (ut dicitur) copia fecit.

Comment. Hayana.

15 Verum iſtam ego propoſitionem ex principijs F. Romani *q.* 3, 6, 3. *n.* 20. allatis intuleram, prout in ejuſdem reſolutione videre eſt & ne opus ſit, hic eam pluribus iterum deducere, ideò repeto duntaxat ex *allegatione* 490. *n.* 2. ubi

Diſcutiuntur.

2.ubi tradit, *è quibus* inquiens,*evincitur,citatos Dd.d.c.inter quatuor.pro eodē habere hæc verba,in defectum eorum,& hæc,ſi non inveniantur,* HOC EST SI NULLIBI *tales ſuperſint* Ubi notanda particula(*Nullibi*)quæ idem ſignificat quod *in* NULLO LOCO. Unde manifeſtum evadit, quod F. Romanus requirat, ut priuſquam ad Regulares alterius Ordinis deveniatur, NULLIBI in orbe ſeu NULLO IN Loco orbis,ſint Regulares vel Religioſi illius Ordinis cujus fuerunt priores Monachi. Quomodo autem ſuperior Pontifex vel Epiſcopus &c. ſciet NULLIBI in orbe ſeu NULLO in Loco orbis ſupereſſe tales, niſi Monaſteria toto terrarum orbe ſparſa perveſtigarit, utrum adhuc alicubi aliqui ex priori Ordine ſuperſint quod quam abſurdum ſit,cum ipſemet F.Romanus hic agnoſcat,non eſt quod illi diutius inhæream, ſaltem ſuo ſe ipſe calamo confecit.

Quod provinciæ omnes Catholicæ, regna omnia plena ſint Regularibus illorum Ordinum, quorum fuerunt Religioſi in Monaſteriis Conventu deſtitutis, quid inde ? Ergo iſto caſu locum habet diſpoſitio *c.inter quatuor. de religioſis Dom.* Negatur *conſequentia*, quia *d. c. inter quatuor.* loquitur de Monaſteriis Conventum habentibus, ut illa maneant ordinata quoad poterunt ibi inveniri Regulares, aut Monachatum qui profiteantur, prout ſupra *in reſolut. quæſt.* 3. c. 3. §. 18. 19. 20. oſtendimus. Nos verò agimus de Monaſteriis Conventu carentibus ſeu Conventum non habentibus, quæ poſſunt etiam minori 14. annorum conferri. Rot. Rom.*deciſ.9.n.7.apud Tambur. tom.3.de jure Abb.*qui certè ut talis nec Monachus eſt nec eſſe poteſt, ex Concil.Trid.*ſeſſ.25.de Regular.c.15.* 16

S.Petrus Cluniacenſis impertinentiſſimè & ineptiſſimè huc allegatur. Siquidem ipſe *lib. 2. epiſtola* 11. ad Matthæum Albanenſem Epiſcopum non Cardinalem conqueritur, expulſos ſedibus ſuis Monachos Virdunenſes & Clericos pro eis intruſos,illos ſua deſeruiſſe hos aliena occupaſſe, ſola vi NULLO JUDICIO &c. Quodque nec de furibus ſit, antequam audiantur, condemnentur, antequam ſub Judice de culpa agatur,proſcribatur ante reatum cognitum, ut rei addicantur, ſed ut Adverſarii ajunt, fuerint propter mala ſua Monachi expulſi, expellendi arrogaverit ſibi fama, conſentiens judiciale decretum: quid etiam perſonis peccantibus Sanctus Ordo peccavit? quid aliis delinquentibus, juſtitia promeruit? Cur cum reis innocentia condemnata eſt? Cur malis Monachis ſecundum quoſdam expulſis, Monaſtica inſtitutio expulſa eſt? ut quid ſaltem malis Monachis boni Monachi non ſuccedebant ? An quia nuſquam tales inveniri non poterant? O quam innumerabilis Monachorum turba per ſupernam gratiam noſtris maximè diebus multiplicata univerſa penè Gallica rura operuit, urbes, caſtella, oppida implevit, quam VARIIS VESTIBUS, INSTITUTIS Domini Sabaoth exercitus, ſub una fide & Charitate, in ejuſdem Monaſtici nominis Sacramenta juravit. Aut ergo om- 17

Ad Petrū Cluniacēſem &c.

NB.

» omnes iſti pro expulſis introducendi expulſoribus defuerunt, aut tanta
» multitudine eis in nauſeam verſa, inopes eos (ut dicitur) copia fecit
» &c.

18 Hæc ſi integrè & fideliter nec mutilè nec fraudulenter fuiſſent allegata, ſtatim F. Romanum imposturæ conviciſſent, eo quod iſtic ſanctus vir conqueratur, Monachos Virdunenſes inaudita cauſâ Monaſterio ſuo ejectos, iiſque non alios Religioſos, quorum ex variis Ordinibus, quoad ſubſtantialia vota convenientibus copia erat, ſed Clericos ſæculares fuiſſe ſubſtitutos, quod Canonibus repugnabat. In noſtro verò caſu nihil ſimile eſt, non ibi ponuntur Monachi ſuperſtites inauditâ cauſâ expulſi, non Clerici Sæculares ſubſtituti, ſed Monachi omnes originarii & incolæ iſtius loci emortui, ita ut Monaſterium Conventu careat, in quo alii Religioſi quoad ſubſtantialia vota Religioſis convenientes ſubſtituuntur, prout ipſemet S. Petrus Abb. Cluniacenſis contra F. Romanum deſiderat.

19 Unde patet præterea, quam ſubdolè F. Romanus hæc quoque verba *(quam variis veſtibus, inſtitutis Dominus Sabaoth exercitus ſub una fide & charitate in ejuſdem Monaſtici nominis Sacramenta juravit)* ex S. Petro Abb. Cluniacenſi omiſerit, ac punctulis aliquot expunxerit, quia per illa ſuam videbat aſſertionem funditus everti, prout etiam eversa eſt. Quare ad alias ipſius F. Romani allegationes progredior?

20 *Alia Commenta Hayana.* Sub allegat. 496. *Tit. Medicum n. 9.* tradit, *quod ego hic & alibi cum aliis illud ex Alexandro* III. *inculcem:* Monachi non regulariter viventes per alterius debent Ordinis inſtitutionem puniri, *non ſecus ac ſi mundus plenus eſſet Monachis non regulariter viventibus & incorrigibilibus, quod author placida diſceptationis exaggeret, prout* ſup. in reſolut. q. 2. Sect 3. c. 2. n 4. *vidimus.*

Et *allegat.* 495. dicit, *ſecundum me illud ex Alexandro* III. *tunc obtinere locum, ſi Abbas ipſorum ter admonitus eos non reformet juxta conſtitutionem Innocentii* III. Epiſtolarum ſuarum decretalium lib. 1. *Ambianenſi Epiſcopo reſcribentis, ut quod* ſi Ter admonitus Abbas S Martini de Gemellis non reformet Canonicos ſui Ordinis in domo Spiſſi Campi, ipſe Epiſcopus, Vel ejuſdem Vel arctioris Ordinis viros inſtituendi, appellatione poſtpoſita, liberam habeat facultatem &c. *Cum igitur ipſe conjunctione ſeu particula* (vel)*alternativa utatur, oſtenditur, liberam electionem eſſe apud ſuperiorem ſubſtituendarum perſonarum, adeoque ſecundum me non ſit neceſſe, ut Monaſterium primitus in Ordine ſuo reformetur etiamſi poſſit.*

21 *Deinde ego conquiram omnia argumenta, ut* c. relatum de relig. dom. *ex appendice Concilij Lateranenſis ſubvertam, prout ipſe* alleg. 449 450. 451. *deduxiſſet,* *Diſcutiuntur ex parte.* *At quam Calumnioſum hoc ſit, oſtendi* ego in *reſolut. q. 2. ſ. ct. 3. c. 2. n.* 4. ubi omnia quæ in contrarium à F. Romano *in dd. allegationibus* fuere allata, diſſolvi, quæ ne ordinem cum F. Romano invertam, huc non repeto.

Tandem

Digitized by Google

Tandem his interpoſitis F. Romanus ad Conſtitutionem Innocentij 22.
III.*ex d.lib.1.epiſt.decret.allatam* Reſpondet *quod ipſa expreſsè loquatur de Canoni-*
cis,non de Monachis,monſtrum enim ſit apud me,Monachum nominari propriè Canoni-
cum,q.1.Aſtri Ecclipſ.c.2.n.4.*Et hic nihil contra Monachos,pro quibus quid in tali*
caſu agendum, ſatis declaratur in d.c.relatum.*Odia namq; reſtringenda ſunt non am-*
plianda. 2. cum allatus textus Alexandri Papæ ex appendice Concilij Lateranen-
ſis *non ſit Alexandri* III.*nec illius Concilij Generalis,ut iiſdem* allegationibus *demon-*
ſtraſſe ſe dicit,conſtat enim nullius authoritatis eſſe,adeoq; nec intelligendum iuxta dictã
Epiſtolam Innocentij III.3.*etiam poſito,quod hæc Innocentij* III.*Decretalis loqueretur*
de Monachis,certum ſit in corpore Iuris Canonici eam non contineri,contineri autem di-
ctum c. relatum.

Queritur nunc,quando duæ decretales inter ſeſe diſcrepantes proponun- 23.
tur,utra earum alteri cedere debeat; *Ego velim caput relatum,quod eſt Alexandri*
III.*cedere & intelligi debere iuxta* d.decretal.*Innoc.*in corpore iuris non contentã
Ipſe F.Romanus tenens oppoſitum,dicat,d.caput relatum,in Decretalibus Gregorij
IX.*contentũ,in ſcholis & Iudicijs prævalere contra d.decretalem* Innocentij III. *id quod*
expreſsè ſtatuitur ab ipſo Innocentio III.in c. paſtoralis de fid. inſtrum. *Authoritate*
præſentium, inquiente,*duximus ſtatuendum,ut cum Decretalis aliqua,de qua iudex*
merito dubitat,allegatur,ſi eadẽ IURI COMMUNI *ſit cõſona,ſecundũ eam non metuat*
iudicare,cum non tam ipſius quã Iuris communis authoritate procedere videatur.Verũ 24.
ſi Iuri communi ſit diſſona,ſecundũ ipſam non iudicet.Non enim ratione reſcripti recedẽ-
dum eſt à iure communi,ut ait ibid. gloſſ.verb.paſtoralis.*Imo verba reſcriptorum,ſe-*
cundum ius commune intelligenda ſunt,glo.in c.cauſam quæ de reſcript.verb.præ-
cedat.*Et ſic d.Decretalis Innocentij* III.*intelligenda & explicanda ſit ſecundum* c.rela-
tum,in corpore iuris communis Canonici de relig. dom.*contentum*, (ut *vi-*
delicet tunc primum arctioris Ordinis viri introducantur,ſi non poteſt præſcriptum Mo-
naſterium in ſuo Ordine reformari)non econtra.Silet quod Patres Societatis nullo modo 25.
ſint arctioris Ordinis viri quam Monachi Benedictini,Ciſtercienſes,Carthuſiani &c. I-
deoq; iuxta decretalem d.Innocentij III.*tales in locum Monachorum,in Monaſterijs non*
ſint inſtituẽdi.Silebit deniq; Innocentium III.*loqui de Monaſterio,non de titulo (ut hic)* 26.
ſed de eo quod habet Abbatem & Ordinis perſonas viventes.De Coniunctione (vel) alter-
nativa dicit videndas allegat.473.474.n.2.& 3.*quas ego* q.5.c un.n.1.*refutavi*, u- 27.
bi igitur dicta ibid.videri poterunt.

Rurſum allegat.449.450.n.7.& ſeqq.*Verum age*,inquit,*deſcribamus ex* 28.
ipſo corpore iuris Canonici,idem caput relatum,tit.ne Clerici vel Monachi.*Videa-* »
muſque quomodo cum eod.c. relatum à *compilatore prænominatæ appendicis allatum*, »
in verbis & ſenſu cohæreat. Relatum eſt,*ait Papa* quod Monachi de H.ſæculari- »
ter vivunt,& alios exemplo ſuo corrumpunt,Ideoque mandamus,quatenus »
eos ad obſervantiam regulæ,appellatione remota,compellas:vel ſi ſibi reſti- »
terint auſu temerario,eis eiectis fratres Alterius Ordinis (ſi non poteſt præ- »
ſcriptum Monaſterium IN SUO ORDINE REFORMARI)in illud inducas,ut »

Digitized by Google

labores impiorum iuſti edant; & illi tandẽ rubore perfuſi, ad ſui Ordinis ob-
ſervantiam revertantur. *Conferamus iam ſi placet, caput hoc cum altero Compilato-
toris: certè non levis invenietur diſcrepantia; iſtud enim requirit, ut ſi Monaſterium in ſuo
poßit Ordine reformari, ne ad alium Ordinem transferatur: Alterum illud, de hac re nihil
omnino continet; cum tamen iſta parentheſis maximi ſit momenti. Deinde quid eſt illud in
Compilatore?* Authoritate Apoſtolica tibi INDULGEMUS, ut eos cõpellas &c.
quam languidum verbum eſt indulgemus, *ad compulſum? quam minus congruum A-
poſtolica gravitati, reſpectu alterius mandamus, quod in Decretalibus habetur. Similiter
Appendix habet*, eis abiectis; *Decretales vero*, eis eiectis, *idq; multo rectius. Nam ani-
mata melius dicuntur ædibus eijci, inanimata abijci, iuxta illud Gen.* 21. Eijce ancillã &
filiũ eius. *Vnde dubiũ non eſt illud caput in Decretalibus contentũ, ſincerius deſcriptũ fu-
iſſe quã alterũ in Appendice per Compilatorẽ, neſcio vnde deſumptũ? Utri ergo inſiſtendũ?
Certè huic in corpore iuris contento, & à Gregorio IX.* in ſua præfatione Decretaliũ,
his verbis inter cætera authorizato: Volentes igitur, ut hac TANTUM Compila-
tione univerſi utantur IN IUDICIIS ET IN SCHOLIS, diſtrictius prohibemus,
ne quis præſumat aliã facere, abſq; authoritate Sedis Apoſtolicæ ſpeciali.
Cedant ergo tenebræ lumini, & nox diurno ſideri. iuxta *quod deciditur* in c. paſtoralis
29. de fid. inſtrum. *Quibus ita ſtantibus, manifeſtè videmus à noſtra Decretali primitus
requiri, ut Monachi non regulariter viventes, ad obſervantiam regularem compellantur;
ſi vero auſu temeratio reſiſtant, & Monaſteriũ poßit in ſuo Ordine reformari, quod ſic de-
beat in ſuo Ordine reformari; prout & in Benedictina diſponitur*, ut ſi aliquod Mona-
“ ſteriũ ipſius Ordinis ſeu Religionis, lapsũ in Religione vel obſervãtia Regu-
“ lari patiatur, qui per Abbatẽ ſeu alium Adminiſtratorẽ, vel Monachos eiusdẽ
“ Monaſterij, veriſimiliter reparari nõ poſſit, per Præſidentes Provinciali Ca-
“ pitulo, vel quemlibet eorundem, ad requiſitionem vel relationem Viſitato-
“ rum, prout eidem capitulo, ſuper hoc cõſulendo videbitur expedire; vel ſine
“ conſultatione huiuſmodi, ſi ex dilatione cõſulendi dictum capitulũ, periculũ
“ immineret, authoritate Apoſtolica aſſumerẽtur de alio Monaſterio, IN CUL-
“ TU EIUSDEM RELIGIONIS VIGENTE, Monachi idonei, & ad dictũ Mona-
“ ſterium lapsũ patiens tranſmitterentur, inibi, quamdiu expediens fuerit, mo-
“ raturi, per quos lapſus huiuſmodi reparetur. 3. poſito nõ poſſe Monaſterium
“ in ſuo Ordine reformari, tum demum, eis eiectis, Fratres alterius Ordinis in-
“ ducendos eſſe. *Quibus Apoſtolicis ordinationibus cõgruenter* in d. c. relatum, *ſcribẽs*
“ num. 5. *Panorm.* Dic ergo *inquit*, quod primò debent induci Monachi Mona-
“ ſterij ad obſervantiam, ut hic, & ſi ſint incorrigibiles, DEBET reformari de
“ Monachis eiuſdem Ordinis, ſi haberi poſſunt, ut hic; & in defectum debent
“ aſſumi de alio Ordine; omnibus autem deficientibus, recurrendum eſt ad
“ Clericos ſæculares, ut *in d. c. inter quatuor. Eadem & alij Dd. tradunt.* in d. c. rela-
“ tum & d. c. inter quatuor. *vnde au glo.* ibid. quod SEMPER reformari debet
“ Monaſterium de hominibus eiuſdem PROFESSIONIS, ſi fieri poteſt. *Et Gof-
“ fred.* ibid. de Relig. dom. num. 3. Si Monaſteriũ aliquod, *inquit*, fuerit deforma-
“ tum, per Monachos EIUSDEM ORDINIS, ſi fieri poteſt, reformetur; alioquin

per

Digitized by Google

per Monachos alterius Ordinis, *ut infra ne Cler. vel Monach. c. relatum:* non autem per Clericos ſæculares, ut *infra. eod. inter quatuor.* & accedit ad hoc 18. *q.* 2. *pervenit ad me. & ſupr. tit. prox. cap. ult.* §. *ult. Ex quibus infertur ſupra primam à ſe allatam ſuperius propoſitionem, quam ego erroneam nuncupaveram, veriſſimam eſſe,* nempe quod Monachi non regulariter viventes, per alterius Ordinis inſtitutionem non debeant puniri, *niſi ſervatis prius per Decretalem expreſſè deſignatis gradibus.* 2. *Illud dictum, nequaquam eſſe (ut ego velim) Decretum univerſalis Eccleſiæ, neque Concilij Generalis ſub Alexandro* III. *congregati; atque ab eodem approbati: adeoque ſuam alteram propoſitionem nullo modo repugnare doctrinæ morum Eccleſiæ, ab univerſa Eccleſia recepta.* Tertio *nec illam doctrinam Laymanni veram eſſe, quam attulit iuſta defenſ.* fol. 491. & Aſtri Cenſura 40. in fine. *Si iterum atque iterum adhibita cura & admonitione, ad reformationem adduci non potuerint, eſſe Canonicam Monaſterij ad alium Ordinem transferendi cauſam. Nam prædicti Canones, certos gradus præſcribunt, qui de iure ſunt præmittendi, priuſquam ad alium Ordinem Monaſterium transferatur. Infertur quarto etiam* Eugenium Lavandam, hallucinatum *eſſe, quando ſcripſit:* alium Canonem non obſtare, quo minus qui regulas non ſervant, eijciantur & alij inducantur. NON SERVATA illa gradatione Abbatis, *ut patet ex c. relatum, ne Cler. vel Monach.* PRÆSERTIM ſi ſermo ſit de Monaſterijs extinctis. *Ita enim gradatio non eſt Abbatis, aliorumve ſolum Canoniſtarum, ſed ipſius etiam expreſſè Canonis, ſeu* d. c. relatum. *quod pro ſe ſtare perperam credit Lavanda. &c. aſſerens,* Monachos qui regulas non ſervant eijciendos, & alios inducendos, non ſervata illa gradatione, PRAESERTIM ſi ſermo ſit de Monaſterijs extinctis. *Extincta nulla ſunt, deſtitutis, dicere debebat. Sed quomodo in Monaſterio deſtituto poteſt aut debet ſervari regula, in quo habitare Monachi nõ permittũtur? aut quomodo poſſunt eijci de Monaſterio, qui non adſunt? an forſan Monachi ante centum annos mortui, hodie debent è ſepulchris eijci, quod regulam non ſervent. &c.* Hactenus F. Romanus. 30. 31.

32. *Diſcutiũtur. Reſponſio* 1. *F. Romanij evertitur.* Verum calumnia eſt, quod ego ex ſup. cit. regula inferã, quaſi mũdus eſſet plenus Monachis irregulariter viventibus & *incorrigibilibus.* Neque etiam contrarium, ſentit author placidæ diſceptationis prout *in reſol. q.* 2 *ſect.* 3. *c.* 2 *n.* 4. eſt oſtenſũ. Deinde ea reſponſio ad cit. *Decretalẽ* Innocentij III non ſubſiſtit, 1. quia quod circa incorrigibilitatẽ iura ſtatuũt de regularibus, idem obtinet in Monachis & vice verſa, quia in iure æquiparãtur. Bern. Henr. Boich. Ioan. Andr. Hoſt. Anchar. *in d. c. inter quatuor. de relig. dom.* Archidiac. *in c. nullus de Elect. in* 6. Felin. *in c. nõ dubiũ n.* 2 *de ſentẽt. excom.* Navarr. *in Manuali c.* 27. *n.* 79. Frider. *conſ.* 25. *n.* 2. *in fin. verſ. nec obſtare videtur & n.* 3. & 1. Signor. de Homed. *conſ.* 148 *in exceptione in princ. per c. quod Dei timorem; de ſtat. Mõ. c. ne nimia religionũ. de relig. dom.* Ergo quod de uno æquiparatorũ, in ratiõe æquiparatiõis ſtatutũ eſt, etiã de altero ſtatutũ intelligetur, etiã in pœnalibus Abb. *Conſ.* 75. *verſ. præterea. lib.* 1. Alexand. *Conſ.* 117. *viſo titulo n.* 15. & 16. *lib.* 6. *Card. Tuſc. Concl.* 308. *à n.* 15. *lib.* 2. & *Concl.* 663. *n.* 48. Ruin. *Conſ.* 10. *n.* 11. *lib.* 3. Card. Pariſ. *Conſ.* 22. *n.* 42. *lib.* 2. Villalob. *com. opin. lit. E. n.* 157. Everhard. *in loco à ratione legis larga. n.* 27. & 66. & *in loco à ſimili n.* 7. *verſ. & generaliter. & in loc. à ſpeciali n.* 6. *in* 3. *lim.* Oſaſc. Pedemont. *deciſ.* 94. *n.* 20. Hon- 33 34

Digitized by Google

ded. *Conſ.75.n.25.lib.1.per l.ſi quis ſervo C. de fur.& ibi glo.*

35. Et licet verbo proprio *Monachi* non veniat Canonicus Regularis, nec vice verſa, tamen ex mente conſtitutionis ac ratione eiusd. intellecta comprehenditur, ex qua ratio magis, quam verba veniant attendenda per not. *in l. nominis & rei de V.S.l.cum ratio de bon. damnat.* neque huic contrarium *in d.c.relatum.ne Cler.vel Monachi*, eſt ſtatutum.

36. Secunda F. Romani reſponſio exorbitat ab Epiſtola Decret. *Innocentij* III. ac pro ea ſupponit ſummarium *decreti* Alexandri III. *in Appendice Concilij Lateranenſis*, de quo *in reſolut.q.2.ſect.3c. 2.n.4.* actum eſt; & falſum eſt, quod conſtat d. decretum Alexandri III. nullius eſſe authoritatis. Certum autem eſt, quod iura iuribus ſint concordanda, atque unum ex alio veniat declarandum *l. 1.C.de inoff.dot.* Ideoque decretum Alexandri ex Epiſtola decretali Innocentij III. de ſimili materia loquente, erit explicandum.

37. Tertio quod reſpondetur, quaſi Epiſtola decretalis *Innocentij* III. & decretalis Alexandri III. *in c.relatum.ne Cler. vel Monachi* ſint ſibi contrariæ, quo caſu ea, quæ in corpore Iuris reperitur inſerta, alteri nõ inſertæ præferẽda, *ex c.paſtoralis de fide inſtrum.* illud omnino gratis aſſumitur. Siquidem de Epiſtola decretalis Innocentij III. quã certo conſtat emanaſſe, eſt omnino *d. decretali in c. relatum & iuri communi* ac praxi cõformis, & quod in decretali Alexãdri III. *in d.c.relatũ* implicitè cõtinetur, expreſſius in decretali Innocẽtij III. explanatur Certũ enim eſt, quod *in d c.relatũ* diſponatur, ꝙ ſi Monaſteriũ in Ordine reformari nõ poſſit, in illud alij alterius Ordinis Religioſi ſint introducendi, At quãdo Superior monitus in Ordine vitã Monachorũ ſæcularẽ &c. nõ corrigit, tunc Monaſteriũ præſumitur nõ poſſe veriſimiliter in Ordine ſuo refor-

38. mari, eo quod ſint & maneãt Monachi incorrigibiles per not. Ignatij *Lopez ad pract.criminal.Canon. Diaz.in cap.161.data in corrigibilitate, verb.incorrigibilis*, ubi incorrigibilis habetur poſt trinã monitionẽ.ex Boſſ.*in tit.de for.cõpet.n.131.* licet idem Lopez tradat Curiã Pariſ enſẽ teſte Chaſſaneo *in cõſuetudine Burgũd. rub.des Iudices & droicts d'icelles §.verb.ſi aucun commet ſimple larroſin.n.66.* obſervare, ut poſt unã remiſſionẽ criminis capitalis pœna plectendi, vel etiã grauius ſecundum Papo.*li b 1.tit.6. Arreſt.6.* tam in odium incorrigibilitatis, quam in odium Iudicis & Superioris Eccleſiaſtici negligentis corrigere pro incorrigibili habeatur. Vnde ſi in odium tã *incorrigibilitatis*, quã *Superioris negligentis* corrigere poſt unã remiſſionẽ criminis, certè multo magis poſt trinam monitionẽ & remiſſionẽ criminis Monachi incorrigibiles habebũtur, adeoq; quãdo Cõventus Monaſterij poſt trinã monitionẽ manet corrupt⁹, in Ordine ſuo reformari nõ poſſe præſumetur, cõſequẽter poterit expelli & alijs alterius Ordinis Religioſis conferri *d.c.relatum.iunct. d. decretali Innocentij* III. ac notatis apud Lopez. *cit.loc.* Sylveſt. ac S. Bonaventura *ſup.cit.locis arg. c.ex tua. de Cleric. non reſid. ac c. cum non ab homine de iudic. & ibi. Ioann. Andr. Aretin. per Clem. 2. de ſtat. Monach. & Regular. Afflict. lib. 3. feud. de capitul.*

Corrad.

Corrad. verb. & iterum ſi Clericus ſub n. 2. verſ. ſecundo caſu. Anton. *in c. 2. de donat.*
Anchar. *in c. recolentes ſub n. 2. 3. de ſtat. Mon.* Quæ ſententia eſt Scripturis Sa-
cris conformis *Matth. 21. v. 43. auferetur à vobis regnum & dabitur genti ferenti* 39
*fructus eius. Apoc. 2. 5. Memor eſto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam & prima o-
pera fac: ſin autem venio tibi & movebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam
egeris.* pſalm. 108. 8. 9. 10. & Act. 1. v. 20. *fiat commutatio eorum deſerta, & non ſit
qui inhabitet in ea & Epiſcopatum eius accipiat alter.* Huc facit & illa Dei intermi-
natio Amos *c. 2. v. 4. ſuper tribus ſceleribus Iuda & ſupra quatuor non convertam eum,
eo quod abiecerit legem Domini & mandata eius non cuſtodierit.*

Cum autem Conventus aliquis propter ſcelera ſua de iure tam Divino 40
quam humano expelli poſſit, quomodo neceſſariò requiretur, ut præterea
trina accedat monitio, nec odia iſto priori modo ampliantur, ſed potius
reſtringuntur, ut proinde à F. Romano perperam ea regula huc applicetur.

Quod ſi quis forte obijceret, decretales Alexandri III. & Innocentij III. eo
quod in corpus iuris non ſint relatæ, antiquatas cenſeri debere, ideoque non 41
allegandas *ut not. in proam. Decretorum & in c. 1. de conſtit.* illi *Reſpondeo*, iſtas, ſi iuri
ſcripto contrariæ eſſent, non poſſe allegari, ſecus ſi non forent contrariæ &
mentem ſenſumque iuris ſcripti oſtenderent, aut etiam ius ſcriptum confir-
marent, ut notatur *in addit. ad Pan. in d. c. 1. de Conſtit. verb. abrogata.* Hæ vero
Decretales Alexandri III. & Innocentij III. iuri tam Divino quam humano
ſunt conformes, mentemque ac ſenſum iuris ſcripti oſtendunt, ut modo vi-
dimus. Igitur decretales illæ bene & recte potuerunt allegari.

Quin etiam Decretales, quæ decretalibus alijs non adverſantur, antiquæ 42
tanquam conſtitutiones & leges in ijs, quæ uſu, ſtatuto, lege adde & cõmuni
opinione ac deciſione definita non habentur, allegari poſſunt, ut not. Goth-
fred. *in l. 9. ff ad l. Cornel. de falſ. lit. c. per l. 9. ff. ad L. Rhodiam de iactu.*

Quæ autem ſit gens inter religioſas familias fructum faciens, Summo 43
Pontifici ac Epiſcopis relinquimus, quos Spiritus Sanctus conſtituit regere
Eccleſiam ſuam. *Act. 20.* Nouerint ipſi utrum hic & nunc expediat alienige-
nas vel exteros Religioſos eiuſdem vel alterius Ordinis in Monaſteria Con-
ventu carẽtia evocare, horũ iudicio decet F. Romanũ vna mecũ acquieſcere.

Quod de Societate noſtra, *utrum ea ſit arctior Religio* dubitat, eius reſolu- 44
tionem apud P. Suarez. *tom. 4. de relig tract. 8. lib. 2. §. 2.* facile inventurus eſſet, *Arctior*
ſi inquirere luberet & diſtinguere, qualia dicatur *arctior*, quæ in maiori auſte- *Religio*
ritate ſeu in exterioribus corporis obſervantijs aſperior & rigoroſior eſt, Ita *qua.*
Pan. ex Ioan. Andr. *in c. ſane. de regular. in fin.* & Canoniſt. Eman. Roderic. *tom.
3. quaeſt. regular. quaeſt. 52. art. 4.* Sed ipſi non loquuntur de religione ex natura
rei, ſed prout à iure accipitur *arctior religio*, ut in foro externo tranſitus reli-
gioſi iuſtificari poſſet, quæ non ita facilè dijudicaretur, ſi *ex naturâ rei* conſi-
deraretur *maior ſanctitas* & copioſior atque uberior in Eccleſia Dei fructus.
Alia igitur religio dicitur *arctior ex natura* rei, ad maiorem ſanctitatem reli-

Digitized by Google

gionis adipiſcendam, ſeu ſanctioris vitæ propoſitū & copioſiorem fructum in Eccleſia Dei faciendum S. Thom. 2.2.*q.*189.*art.*8.*& q.*188.*art.*6. Silveſter *verb. Religio* 4.*q.*1.*&* 2. Navarr. *comment.* 4. *de regular. n.*3. Paludanus *in* 4. *diſt.* 38. *q.*3.*n.*17. *per c. licet. de Regular.* Ita poteſt dari *perfectior religio cū minori arctitudine &c.* Videatur Suar. *d. loc.* Vtrum autem maiorem perfectionem Societas noſtra appetat, licet non adeo corporis auſteritatem conſectetur, aliorum iudicium eſto.

45 Quod 3. movet F. Romanus, Innocentij III. decretalem loqui de Monaſterio non deſtituto, ſed de eo, quod Conventum habet, Hic autem agatur de deſtitutis *Monaſterijs*, ad illud ſicut & ad *c. elatū, ne Cler. vel Monach. & c. inter quatuor de Relig. dom.* reſpondeo, eam reſponſionem acceptando, nimirū quod agant de Monaſterijs Conventum habentibus; nos autem de Monaſterijs Cōventu deſtitutis: proinde F. Romanus nihil ad rem *proprio ſuo iudicio* affert. Deinde nos decretalem Innocentij III. non pro Monaſterijs Conventu deſtitutis, ſed propter malam vitam Conventu deſtruendis attulimus, quæ hoc ipsū probat, ut manifeſtum eſt. Igitur ea decretalis ad rem à nobis eſt allegata. econtra verò decretales à F. Romano minimè ad propoſitum fuerunt adductæ.

46 Ex ſupra deductis nullo negocio ſolvuntur ea, quæ F. Romanus ſub allegat. 449.*n.*7. ratione c. *relatum ne Cleric. vel Mon.* prout illud in corpore juris comprehenſum, ac prout illud idem in appendice conſilij Lateranenſis allatum eſt, *movet*, quòd nimirum hoc, quod refertur in appendice, alterum in corpore juris relatum adiuvet, eiuſque mentem & ſenſum oſtendat, prout ex *addit.* ad Pan. *in c.* 1. *de conſtit. verb. abrogata*, rectè fieri poſſe oſtendimus.

47 Primo igitur dicimus iuxta decretalē Innocentij III. & Sacros Canones, Monachos non regulariter ſed ſæculariter viventes ad obſervantiam regularem per tertiam monitionem trinam compelli poſſe. Quod ſi Monachi irreligioſe viventes poſt trinam monitionem non fuerint emendati, ſufficiens præſumptio ſit, non poſſe in Ordine illo reformari arg. *Luc.* 13.8. ***Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio, ſuccide ergo illam, ut quid etiam terram occupat.***

Ad Benedictinam n.

48 Allegata Benedictina à F. Romano *ſine numero & nomine certo*, cuius ſit Benedicti, proditur ab *Alphonſo Vargas* authore damnato *in cap.* 25. quod ſit Benedicti Papæ XII. Hic vero *in Conſtitutione ſua* 5. *incip. Summi Magiſtri dignatio. dat. Anno* 1336.*c.*34. idem nobiſcum aſſerit. Sed videtur F. Romanus Monaſterium collapſum alio ſenſu accipere, quam Pontifex *iuxta c. relatum. ne Cler. vel Monac.* accipiebat. Unde videtur F. Romanus *eiuſdem c.* 34. verba ultima ſuppreſſiſſe, quibus ſignificabatur Monaſterium non temporum injuria, ſed ſola *Monachorum adhuc viventium malitia* collapſum eſſe. Ita enim Pontifex ait. ***Statuimus quoque & ordinamus, quod ſi aliquod Monaſterium ipſius Ordinis ſeu Religionis lapſum***

lapſum in Religione vel Regulari obſervantia patiatur, qui per Abbatem ſeu alium adminiſtratorem vel Monachos eiuſdem Monaſterij veriſimiliter reparari non poſſit, per præſidentes Provinciali Capitulo, vel quemlibet eorundem ad requiſitionem ſeu relationem Viſitatorum, prout eidem Capitulo ſuper hoc conſulendo videbitur expedire vel ſine conſultatione huiuſmodi, ſi ex dilatione conſulendi dictum Capitulum, periculum imminere, authoritate Apoſtolica aſſumantur de alio Monaſterio, in cultu eiuſdem religionis vigente, Monachi idonei, & ad dictum Monaſterium lapſum patiens tranſmittãtur, inibique quamdiu expediens fuerit, moraturi, per quos lapſus huiuſmodi reparetur. Notentur verò ſequentia verba fallendi cauſa à F. Romano omiſſa. *Illi autem Monachi, ob quorum culpam alij tranſmittantur ad locum ſeu Monaſterium ſic collapſũ, in dicto Monaſterio, de quo alij, ut præfertur, aſſumpti, fuerint, vel in diverſis alijs Monaſterijs Religione vigentibus, ubi eorum conditio valeat reformari, per præſidentes eoſdem, prout expedientius fuerit, eadem authoritate Apoſtolicâ collocentur.* Ex quibus conſtat, hic agi de Monaſteriorum in diſciplina & moribus collapſorum reformatione, non autem de ijs, quæ Conventu deſtituuntur. Iſtuc facit Sylveſter 49
verb. Eccleſia. 2. n. 7. à F. Romano *allegat.* 429. perperam allegatus, ubi ait; de *Adreliqua obiecta contra Innocentianam.*
Monaſterio non poteſt fieri Eccleſia Sacularis, ut in d.c. quæ ſemel. 19. q. 3. NISI ENORMITER *vivant, quo caſu poſſunt removeri Monachi, & inſtitui Canonici Saculares, cum authoritate tamen Papa vel niſi ita ſit, quod non inveniantur aliqui de Ordine illo, vel niſi aliter non poſſit locus ille ordinari vel niſi aliter non poſſit locus ille reformari quam per Canonicos.* hæc ibi.

3. Supradictis fundamentis Panormitanus alijque Dd. conſentiunt, ut ſup. 50
oſtenſum eſt, Neque decretalis Innocentij III. ex eo impugnari poteſt, quod utatur verbo (indulgemus) ſi quidem eo etiam Pontifices in ſuis reſcriptis 51
uti ſolent, quemadmodum notatur *in c. ſi de terra de priuileg.* Vide Barboſ. *in dict. indulgemus* 158. *c. poſt electionem de conceſſ. preb. c.* 2. *& c. fin. de dilat.* Alber. *in repert.*

Deinde vox *abiectũ* non modo de pecoribus ſed & hominibus vſurpa- 52
tur, Ita Feſto *lib.* 1. abacti Magiſtratus dicuntur. Livio quoque 4. *V.C. abacti* homines pecoraque ſcribuntur. Tum Plaut. *Merc.* 19. Non vivam, *ait*, veſperi, niſi illam à me ſceleſtam *abigam.* Apud Plinium *paneg.* 66. *abactus* uſurpatur pro expulſo, eiecto, ut ita F. Romãus ſe hic Calepino tueri minime poſſit. Sed his omiſſis.

Ex ſuperioribus relinquitur, regulam illam, quod *Monachi non regula-* 53
riter, ſed ſaculariter viventes poſt trinam monitionem, per alterius Ordinis inſtitutionem debeant puniri, à me atque à P. Laimanno *iuſta defenſionis fol.* 491. *& Aſtri Cenſura* 40. *in fin.* Lavand. P. Valentino allatam eſſe veriſſimam, iuri Divino ac poſitivo humano conformem; contrariam vero F. Romani opinionem ex perverſo Decretalis *in c. relatum ne Cler. vel Monach.* ſenſu profectam eſſe erroneam, quod exiſtimet quam diu

in Or-

Digitized by Google

in Ordine ſuperſtites ſunt viri religioſi, tamdiu Monaſterium collapſum in Ordine reformari poſſe & debere, atque illam gradationem à F. Romano confictam negat Lavanda obſervandam eſſe, alioqui gradatio illa ſufficienter obſervatur, quando Religioſorum ſuperioribus conceditur, ut prius tertio moneantur de illo intra ſuum Ordinem reformando, quàm inde eijciantur; at trina monitione accedente, ſi nihil in Monaſterio illo emendetur, quis eſt prudentum virorum, qui non ſentiat, illud Monaſterium poſt tot monitiones in ſuo Ordinē non poſſe veriſimiliter potentiâ in actu ſecundo, & non primo conſideratâ efficaciter & verè reformari. Vt proinde tali caſu poſſit veniri ad ſecundum gradum, ut nimirum illud Monaſterium alijs alterius Ordinis Religioſis detur reformandum & excolendum.

Eodem § III.

Fundamentum de gradibus reformationis obſervandis contra F. Romanum retorquetur.

54 Subiungebam, quod ad reliqua in *primo fundamento* exadverſum adducta ego *in q.3. Aſtri Eclipſ.* reſponderim, uti *in eiuſdem reſolutione* videri poterit. De-
55 in poſito, quod Ordo graduum à Dd. præſcriptus ſecundum mentem & intellectum F. Romani omnino veniret obſervandus, quærebam à F. Romano, *Vtrum Ordo ille ab ipſius & aliarum familiarum Religioſis fuiſſet obſervatus, quando ad eoſdem varia variorum Ordinum Monaſteria fuere tranſlata.* Annon in orbe terrarũ adhuc adfuiſſent Guilhelmitæ, Auguſtiniani, Hieronymiani, Eremitæ ac Canonici Sæculares, quando ipſorum Monaſteria & Collegia Benedictini alijque occuparunt. Quod quicquid reſponſurus eſſet, F. Romanus, contra ipſum eſſet militaturum. Si enim occupationem tanquam *iniuſtam & vitioſam*, improbaverit, Religionem ſuam & aliorum impugnaturus; ſin iu-
56 ſtam defenderit, eadem reſponſione ſe ipſe confecturus eſſet, F. Romanus in *Paradox. horti 15. n.32. in margine* ait, *occupationis verbum, ſonat in malam partem & invaſionem ſapit*, atque in textu dicit, *verbum occupationis amariſſimi ſucci & graviſſimi odoris eſt &c. Sonat enim in malam partem & invaſionem ſapit*, *Spec.* tit. de reſtit. ſpol. §.1. verſ.4.6.& 8.& tit. de locat. & Conduct. 5.6. verſ.48. *Soc. iun.* conſ.86. n.22. vol.1. *Paul. de Caſtro* in rubr. ff. de operis nou. nunc. n.4. *Paradoxũ igitur eſt hanc Aloen Benedictinis aſſcribere, qui non habent in more, aliena invadere, ſed ſua potius elargiri, ſcientes beatius* eſſe magis dare quam accipere. *Actor.22.*

Commenta Hayan.

57 Verum F. Romanus relicta re principali, ad quam reſpondere non novit, verbum *occupationis* captat, quo ipſe oſtendit ſe iuris inſtitutiones à limine nõ ſalutaſſe, Alioquin *ex lib.2. Inſtit. tit.1. de rerum diviſione & acquir. rer. dom.* ſciviſſet, *occupationem* eſſe unum ex iuſtis & legitimis modis dominij acquirendi. Quod autem ſubinde etiam in *malam partem* accipiatur, cum ſit verbum *ambiguum*, hoc totum ex ſubiecta petendum erit materia, ad quam *occupatio* refertur, ſi ea vicio ſit affecta, etiam eiuſdem occupatio non melior erit; ſin vero nec *quoad* rem, nec quoad *modum* aut ullas circumſtantias ullum vicium

Diſcutiuntur.

inter-

Digitized by Google

interveniat, quin occupatio eiuſdem ſecundum leges facta, ſit legitima, nullus dubitare poterit, quemadmodum fuſius *in reſolutione q.1. Aſtri Eclipſ. c.4.* demonſtratum eſt.

§. IV.

Eliditur alterum F. Romani argumentum quaſi ex Dd. authoritate alij eiuſdem Ordinis eſſent ſubſtituendi.

Attingebam 2. ex F. Romano propoſitum fundamentum ex Dd. authoritatibus deſumptum, quod illi quidem traderent, *omnibus mortuis alicuius loci Religioſis alios ſubſtituendos*, non tamen definirent, *quod ijs alij eiuſdem Ordinis Religioſi ſint ſubſtituendi*. Nam ex priori propoſitione ſecundum Lapum, Zenzel, & Ioannem de Fann. antiquiores Doctores, (quorum iudicio potius ſtandum eſſe tradit F. Romanus *q.1.n.54.* quam iuniorum ſeu modernorum 16.q.1.*c.ſic vim.glo.ibid.prout* firmant omnes *in c. Clerici de iud. & in l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* cum antiquior melius præſumatur ſcire veritatem, ut ait Alciat. *reg.1. præſumpt.45.n.3.4.5.*) ſequitur, in Monaſterijs, ſi de emortuis illi Dd. agunt, ſubſtituendos à prædeceſſoribus debere ſubſtantia & qualitate eſſe diverſos, eo quod voci (*alius*) hæc ſecundum antiquiores Dd. inſit *vis*, ut planè diverſum ab antecedente referat, quemadmodum patet ex iuribus & Dd. authoritatibus: & quidem *ex l.3. C. de quib. muner. vel præſt. nemin. licet ſe excuſare*; ibi, *comparatione frumenti aliarumque ſpecierum l. quidam ff. de reb. dub. § oportet. verſ. collatores. Auth. de mandat. princ. c. ſedes de reſcript. c. ſi tibi abſenti & ibi glo. in verb. alij. c. ij, qui. de præb. in 6.* atque ex exemplo à gloſſa 3. *in d. c. ſedes. de reſcript.* allato, quo dicuntur Chriſtus & alij duo latrones cruci ſuffixi. 58 *Vox alij, quam vim habeat.*

F. Romanus *allegat.* 144. 145. 146. 147. 148. 150. 151. 152. 153. 154. omnes vires contra allegata iura convertit, ut ea poſſit ſubvertere vel ſaltem eludere. Principio videtur ipſe ea iura, quæ ego pro explicatione duntaxat vocis (*alius*) attuli, quaſi pro totius quæſtionis deciſione allegarem, detorquere, quæ inſignis eſt fallacia tum compoſitionis & diviſionis, tum ignorationis elenchi. Tandem dicit *quod ſi intendam docere, vocem* (alius) *abſolutè & ſine addito ſumptam ubique in iuribus & Doctoribus antiquis, ſignificare diverſum ſubſtantiâ & qualitate, falſum dicam, & inique allegem iura & Doctorum authoritates. Sin autem concedam (pro ut concedere debeam) d. vocem* (alius) *tam in iuribus quam à Doctoribus uſurpari nonnunquam repetitive, ſeu pro illo, quod nec ſubſtantia, nec qualitatibus eſt diverſum; ſic nihil probem, niſi clarè & lucide demonſtrem, allegatos ab illo Dd. eam vocem priori, non autem poſteriori modo hic & nunc intellexiſſe. Et quis credat illos Dd. adeo deſipuiſſe, ut ſenſerint, mortuis alicubi fortuito caſu omnibus in Monaſterio v.g. Ordinis S. Auguſtini vel Collegio Soc.* IESU *de iure communi alios diverſa qualitatis & ſubſtantia ſeu profeſſionis homines, contra clariſſimam fundationem aut beneficiorum ſuperſtitum naturam ſubſtituendos eſſe? Quod non eſſet aliud, quàm omnes fundationes, leges & iura confundere. Proinde ad* d. l. 3. C. de quib. munerib. *reſpondet, vocem* 59 *Commenta Hayana*

Digitized by Google

aliarum ideo ibi non ſumi repetitivè ſimilium in ſubſtantia , quod ad diverſa extendatur per vocem ſpecierum ſicut ſi diceret in comparatione Ieſuitarum aliorumque *Religioſorum: vox aliorum per dictionem Religioſorum extenditur ad alios Religioſos. Doctores autem ab illo citati vocem alij abſolute uſurpant, ſine addito, adeoque repetitivè ſimilium. Vnde hæc allegatio mea inutilis & vana. Tacet, quod dictam vocem, aliarumque* Bart. *in hac ipſa* l. 3. *explicet per coniunctionem non copulativam , ſed disiunctivam, vel aliarum.* * 60 *Imo ſi rem penitius conſideremus, dictio aliarum, eſt hoc loco ſignificativa ſimilium, in certo genere , loquitur enim ibi Imperator de ſpeciebus horreaticis (qualis etiam eſt frumenium,* * *) vide* l. fin. C. de conditis in publicis horreis. ibi: *nulli poſt hac horreaticas ſpecies contingendi copia præbeatur. & glo.* ibid. l. quoties C. ut nemini lice. in empt. ſpecierum ſe excuſar. ibi: *quoties vrgente neceſsitate, comparationes frumenti, vel olei aliarumque ſpecierum quibuslibet Provincijs indicuntur. Frumentum enim & oleum etiam ſunt ſpecies.*

** F. Romanus hic errat debet enim eſſe frumentum.*

61 3. In *l. quidam contra illum allegata ff. de reb. dub. ibi. ſed alij ex amicis* verbum *alius, iterum extenditur per coniunctum ad amicos, & ſic nihil contra illum. Vellet autem, ut hic legerem gloſſam marginalem,* in d. l. quidam, *quæ ſic habet:* Alius, dictio implicatiua aut repetitiva eſt ſimilium, *Quod notarem & bene tenerem menti. &c.*

62 *Simili modo præpoſtere huc allegari dicit* §. oportet. auth. de mandat. princ, *ubi eadem vox* alius, *per ſequentia verba diſtrahitur à ſuo implicativo , ſeu repetitivo ſenſu ad alios. Cum enim eo loco mandaſſet Iuſtinianus Imp. illum puniendum eſſe, qui deliquit, non autem res ipſius, quæ nihil deliquere, quas agnatis & cognatis eiuſdem generis, qui ex lege vocantur, vult relinqui, poſtea ſubdit.* Alij illi præſides reciprocant; *id eſt* invertunt ordinem, eos quidem, qui digni ſunt pæna, dimittunt, illorum autem res auferunt, Alios pro illis punientes, quos lex forte ad aliorum vocavit ſucceſsionem, *ubi vox* (alios) *iterum expreſſe diſtrahitur ad illos, quos lex ad illorum vocavit ſucceſsionem* Iam *Quærit quid hæc ad illa Dd. verba;* Mortuis omnibus in Collegio, alij ſubſtituendi ſunt; *ubi nomen* alij *ſim[illegible]iter poſitum, ſimpliciter eſt dictio repetitiva ſimilium, &c.*

63 5. In c. ſedes de reſcript. *nihil hac de re diſſeritur, imo iſtud nomine* alius vel alij, *nullibi in toto eo cap. reperitur, &c.*

64 6. *Pari vitio laborat allegatio* c. ſi tibi abſenti, & ibi *glo.* in verb. alij de præb. in 6. *En textum.* Si tibi abſenti, per tuum Epiſcopum conferatur beneficium, licet per collationem huiuſmodi, donec eam ratam habueris, ius in ipſo beneficio, ut tuum dici valeat, non acquiras; ipſe tamen Epiſcopus, vel QUICUNQUE ALIUS, de ipſo beneficio (niſi conſentire recuſes) in perſonam alterius ordinare nequibit. *ubi glo.* in verb. alius. *Puta,* inquit, *legatus de latere , qui confert beneficia vacantia.* ſup. de offic. lega. c. 2. *iſtud autem*

NB. 65 *conferre non poterit, quia licet vacet, non tamen eſt liberum , ut infra ſequitur. Hæc eſt tota gloſſa illius dictionis* alius. *Cuperet iam, ut ex iſtis allegationibus in*

forma

Digitized by Google

forma Syllogiſtica (ut aſſoleam alias) formarem argumentum, & aſſertum meum nervoſe demonſtrarem. Neque enim dixerunt Dd. ab illo citati, ut mortuis omnibus de Collegio alij quicunque ſeu qualeſcunque ſubſtituerentur, *ſed ſimpliciter, alij, adeoque in ſenſu implicativo ſimilium, ut* in Aula ſua ſub. n. 84. *ex Rota, Felino & Abbate docuit.*

7. *Eadem prorſus eſt ratio in allegatione* cap. eum qui. de præb. in 6. *ubi Papa ſic ſcribit*: inſuper ut violenti, qui authoritate vel verius temeritate propria occupare dignitates, perſonatus aut ALIA QUÆCUNQUE ECCLESIASTICA BENEFICIA non verentur, pœnæ ſaltem formidine refrænentur, &c. *Nonne vides lector hic dictionem* (alia) per adiuncta ad quæcumque Eccleſiaſtica beneficia *extendi, & à ſenſu implicativo ſimilium, diſtrahi & ampliari etiam ad diſſimilia? Pari modo ſi Dd. ab illo allegati, in hunc modum ſcripſiſſent*: Omnibus de Collegio Monaſtico mortuis, ALII QUICUNQUE RELIGIOSI in eorum locum ſubſtituendi ſunt: *mox gentibus in terram provolutis mihi herbam porrigeret.* 66

8. *Ad gloſſam quod attinet* in d. c. ſedes. *ubi dicitur, ſuſpenſos eſſe cum Chriſto duos alios latrones nequam*; Reſpondet, *hanc allegationem nihil ad rem præſentem facere. At ſi Dd. in hunc modum ſcripſiſſent*: *Mortuis* omnibus de Collegio alij Ieſuitæ ſubſtituendi ſunt, *tunc bona foret comparatio ſeu allegatio gloſſæ. Semper enim adiectivum*, (alius) *modificatur & explicatur per verba ſibi coniuncta; ſi verò nullum habet coniunctum*: (*ut apud Dd. per ipſum allegatos*, ALII *ſubſtituendi vel ſubrogandi ſunt &c.*) *ſemper eſt ſignificativa ſimilium. Tacet, quod illa verba* Lucæ 23. v. 32. Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, ut interficerentur, *debeant legi & intelligi cum intercommate, ſicut & illa eiuſdem Lucæ* 10. v. 1 deſignavit Dominus & alios ſeptuaginta duos: *hinc clarius loquitur S. Ioannis Evangelium* c. 19. v. 18. *ubi* Crucifixerunt eum, & cum eo alios duos, hinc & hinc. *Omnium autem clariſſimè S. Marcus* c. 15. v. 27. & cum eo crucifigunt duos latrones, unum à dextris, & alium à ſiniſtris eius. *Sed ſinamus etiam intercommata apud Lucam abeſſe, loquebatur is nihilominus de* IESU *in communi tunc habito pro malefactore, & nequam, in ſenſu Iudæorum; ut impleretur ſcriptura, quæ dicit*. Et cum iniquis reputatus eſt. *Sed & iſto dimiſſo, dicit hanc phraſin loquendi apud Lucam, eſſe rariſſimam & extraordinariam; quare non licet phraſin Ordinariam & Claram, per quamlibet extraordinariam & inuſitatam reſtringere vel intorquere: quia iura, ad ea, quæ ſæpe & frequenter, non ad ea quæ raro & contingenter accidunt, adaptantur*. ff. de Legi. l. nam ad ea, de appell. c. ſæpe *Rota* deciſ. 25. n. 4 de reſcript. in nov. 67

9. *Quare per tot impertinentes allegationes, in uno faſciculo poſitas ego fruſtra laborarem demonſtrare, voculam* (alius) *abſolute & ſine addito poſitam, in iuribus ſignificare diverſum ſubſtantia & qualitate & antecedente. Ex quibus pari-* 68

Digitized by Google

ter apparere dicit, me in hanc rem falſo quoque allegaſſe Lupum, Zenzel, & Ioannem de Fannu, quorum verba formalia, diffidentia cauſa propria non auſus eſſe allegare. Hactenus ibi F. Romanus ſibi contrarius; qui *allegat.* 354 ut ſuperius vidimus, negabat ſe & Dd. vim ponere in voce (*alius*) *& hic tot allegationibus* contrarium ſuſtinet. Certè actor contrariũ allegans minime venit audiendus *l. 1. C. de furt.*

69 *Diſcutiuntur.*

Deinde F. Romanus hic quæſtionis ſtatum mutat, fingitque quaſi ego actoris & non defendentis perſonam ſuſtineam; cum tamen ipſe alijs ſurrogatus primò provocantibus ſucceſſerit & ſurrogatus fuerit, adeoque & pro eo alterius perſonam ſuſtineat.

70 Ad hæc ipſe F. Romanus probare volebat & debebat, non ego ex citatis Dd. authoritatibus, quod (*alij*) eiuſdem Ordinis in mortuorum originariorũ vel incolarum Religioſorum locum eſſent ſubſtituendi, adeoque hoc ipſi incumbit probare, cum ego aſſertum F. Romani argumentum & fundamentum negarem; contrarium tamen ipſe ex cit. Dd. authoritatibus non probet, eò quod ipſi in terminis de alijs eiuſdem Ordinis ſubſtituendis non loquãtur, ſed in genere duntaxat de alijs ſubſtituendis.

71 Quare vox (*alijs*) cum vniuerſaliter non ſit eiuſdem, ſed multiplicis ſignificationis, ut hic F. Romanus fatetur, ac propterea ſententia Dd. allata varios habeat intellectus, ideo nec ipſa Dd. ſententia ad deciſionem cauſæ poſſit rectè allegari per not. Nicolai Bellõ. *lib. 2. ſupputationũ. c. 18. n. 1. & lib. 4. c. 19. n. 16. per not.* Barr. *in l. ambiguo ff. de reb. dub.* Cõſequẽter F. Romanus perperã eas Dd. authoritates varios ingenerãtes intellect⁹ ad deciſionẽ huius cauſę allegavit.

72 Mihi vero ad infringendam F. Romani propoſitionem univerſalẽ & indefinitam, quæ in iure univerſali ordinariè æquipollet, ſufficit oſtendiſſe, ꝙ vox (*alij*) non ſemper nec univerſaliter de ſimilibus in ſubſtantia & qualitate accipiatur, adeoque F. Romanus nihil inde concludere poſſit, niſi velit ex particularibus argumentari, quod abſurdum foret.

73 Quin etiam videtur F. Romanus ſupponere, quaſi ego vocẽ (*alij*) hic de diverſis quo ad ſubſtantiã & qualitatẽ copulative accipiã, cum de diverſis dũtaxat quoad qualitatẽ & perfectionẽ individualem, non autẽ quoad ſubſtãtialem capiam. Siquidem omnes Religioſi in *ſubſtantialibus tribus votis* Religionis, paupertatis, Caſtitatis & obedientiæ conveniant; differant autem quoad qualitatem & perfectionem individualẽ, quo ad eorundẽ uſũ & exercitiũ atq; ex peculiaribus ſuis cõſtitutionibus vel regulis determinatã obſervationem.

74 Notandum autem, quod licet vox (*alius*) proprie ſumpta diverſitatem quandã in ſuppoſito ſignificet; attamen identitatẽ etiã in ſubſtantia denotare decidit Rota Rõ. *deciſ.* 327. *n. 7. part. 1 in recentior.* per allegat. Alber. *in verb. alij.*

75 2. Quod vox (*alius*) licet dicat quandã ſimilitudinẽ ac ſit repetitiva eiuſdẽ qualitatis; verũtamẽ ſubinde ſit æquivoca & diverſa ab expreſſis denotet, tradũt Pancir. *cõſ.* 57. Hond. *conſ.* 69. *tom. 1.* Soc. *cõſ.* 92. Præpoſit. *in c. Valentino n. 1. diſt.* 34. Hipp. de Marſil. *in rubr. C. de prob. n.* 131. Dd. *in l. tutores ff. de adm. tut.* Fachin. 3. *conſ.*

Digitized by Google

Conſ 92.*n*.19.ubi ſi prohiberet teſtator alienationem & translationem in *alios*,intelligitur prohibuiſſe de alijs extra coniunctos per not.Bart.*in l.pater,§. quindecim ff.de legat*.3.per text.ibi *vendere,aut quid aliud facere ALII velit*.Vnde patet quod diverſitas ſignificationis vocis(*alius*)non ex adjectione alterius ſubſtantivi aut vocis ſignificationem eius diſtrahentis aut alienantis,ſed etiam ſine eiuſmodi vocis adiectione proficiſcatur.Siquidem *in d.l.pater.§. quindecim,dictioni*(alij)nulla alia vox ſignificationem eius diſtrahens aut alienans adijcitur,ut palam eſt.Conſequenter F.Romanus ineptè ſentit,quando putat tum leges à me citatas pro diverſitate ſignificati(*alius*) ex adiectione alterius vocis quaſi alienantis ſignificationem ipſius eludi poſſe:tum vocem (*alius*)abſolutè ſumptā non ſignificare diverſitatem;quod utrumque falſum eſt, Itaque falſum eſt principium F.Romani,quod SEMPER adiectivum 76.
(*alius*)modificetur & explicetur per verba ſibi coniuncta;ſi vero nullū habeat coniunctum(ut apud Dd.per ipſum allegatos(*Alij*)ſubſtituendi & ſubrogādi)SEMPER ſit repetitiva ſimilium,Cum eius contrarium pateat verum eſſe ex *d.l.pater*;8.§.*quindecim* 5.*ff.de legat*.3.Fachin.*d.lib*.3.*conſ*.92.*n*.19.Hinc & falſa eſt eiuſdem F.Romani ad *cit.text*.commentatio,quam in ſingulis refutare non eſt neceſſe. Quinimo ſi *alij ſubſtituendi*,deberent ſimiles eſſe ſecundum ſubſtantiam & qualitatem accidentalem,utique alienigenæ & exteri licet in ſubſtantia ſint ſimiles defunctis Originarijs vel incolis, tamen quia ſunt qualitate aliqua *accidentali* diſſimiles,& non Originarij nec incolæ eiuſdem loci profeſſi,ſecundum principium F.Romani erunt excludendi & non ſubſtituendi,prout etiam ipſos excludendos ſentit Alexand. VI.in ſæpe cit. *Conſtitutione Accepimus data Anno* 1497.

Deinde Ioannes Andreas.Hoſti.& Anchar.*in d. c. cum ex iniuncto*,non dicunt,quod alij SUBSTITUENDI,ſed(quod alij POSSINT SUBSTITUI)quæ indefinita quaſi ꝓpoſitio nō importat innumerā ſui Ordinis multitudinē,quā vult F.Romanus intelligi contra deciſionem *d c.ſedes de reſcript.&* ibi Dd.tum 77.
Conſtitutionem Alexandri VI. *accepimus &c.* præterquā quod hæ duæ propoſitiones multum inter ſe differant;*prior* enim neceſſitatem;*poſterior* vero tantū poſſibilitatem indicat;prout ex utriuſque propoſitionis terminis clarum eſt, & alias pro *priore* propoſitione faciat; quod participium futurum paſſivum ſignificet neceſſitatem per not, Alber, Roſat.*in repert.ſuo Verbo Gerundium*;quā *poſterior* propoſitio minimè importat,ut hinc videre liceat,quam fallaciter F.Romanus pro propoſitione,quæ poſſibilitatem tantum in ſe continet,aliam propoſitionem,quæ neceſſitatem involvit,ſubſtituat.

Adhæc ſciat F.Romanus quod vox(*alius*) dicatur ſignificare poſitionē 78.
& repetitionem eiuſdē qualitatis,quando ponitur inter ea,quæ ſunt eiuſdem rationis Afflict.*deciſ*.244.*n*.1.ex Abbat.*Sicul.in c.ſedes de reſcript.per l.quidam relegatus.ff.de reb.dub.* Hic vero non oſtenditur,quod vox illa(*alius*)ponatur inter ea,quæ ſint eiuſdem rationis.

Digitized by Google

79 Quomodo vero hic apud cit. Dd.vox(alij) accipiatur,erit ſuperiorū Ec-
cleſiæ determinare.Siquidē Hoſt.& Ioan.Andr.Pet.Anchar.*n.*9.Card. Za-
barell.*ſub n* 4.*in ſup.cit.c.cū ex iniuncto. de nov.oper.nunc.*dicunt in hoc etiā caſu
NB. Prælato Eccleſiæ vel Canonicis mortuis POSSINT alij ſubrogari & alia quæ
ad vtilitatē Eccleſiæ pertinent, ordinari. Vbi NB ꝙ dicat *poſſunt*,non *debent*,
deinde *ea,quæ ad utilitatem Eccleſiæ pertinent*,ordinari.Prout igitur utilitas Ec-
cleſiæ popoſcerit,de non exemptis Epiſcopi,de Exemptis Pontificis erit pro-
videre.Cæteroqui quod vox(*alij*)hic non ſit ſimilium repetitiva paulo poſt
80. ad oculum oſtendetur.

Quam vero inſtantiam à Societate Jesu F.Romanus petit,omnino in-
epta eſt;cum Societatis Ieſu Religioſi non ſtabilitatem loci promittant,nec
per vota ſua jus ad certum locum acquirant,quemadmodum fit apud Mo-
nachos Benedictinos alioſq;loci ſtabilitatē promittentes Sed Societati Ieſu
dominium ex fundatione acquiritur,ideoque non mirū,ſi mortuis etiā om-
nibus alicuius loci perſonis,aliæ eiuſdem Ordinis perſonæ ibidem ſint ſur-
rogandæ.Quod dominium iſtius Collegij indiſcriminatim Societati,cui &
81. vota nuncupantur,acquiratur.

Aſſerta de *fundatione* & natura *beneficiorum* cum fundamento careant,
eò quod nullæ in contrarium producantur tabulæ,in caſum mortis Origina-
riorum expreſsè diſponentes,nec in Monaſterijs dentur beneficia Eccleſia-
ſtica,neque in ijſdem tanquam in Eccleſijs innumeratis detur beneficiorum
82. vacatio,non eſt,quod diutius his inhæreamus,cum alibi fusè refutaverimus.

Quod autem ad *c.ſedes.de reſcript.*attinet,legat F.Romanus *eiuſdem cap.
ſedes.*ſummarium & inſcriptionem,tum Abbatis commentarium,& aſſertū
meum inveniet verum,quod non ſemper vox(*alij*)ſit ſimiliū repetitiva.Non
videtur F.Romanus reflexiſſe ad mea verba,quibus aiebam,meam negatio-
nem de voce (*alius*)ex iuribus & Doctorum authoritatibus patere,prout etiā
83. patebat, quod ipſe diſſimulat.

Quod ſpectat ad Lapum,Zenzel.Ioan.de Fantutijs, quem perperam F.
Romanus Ioannē de Fannis appellat,eos illam in rem citarant Petr.de An-
char.& Dominicus de S.Gemiano in *c.ei cui.de præb.in 6.n.*13.eorundēq; ſen-
tentiam contra alios defendunt,quamvis apud Petrum de Anchar. illius ca-
pitis initiū ſit,*ſi cui provideri*.iſtic igitur F.Romanus videat,quid ipſi doceant,
& comperiet eos pro me contra ipſum facere.*Vt ita nullam,mihi inſultandi oc-
84. caſionem habeat.*

Denique F.Romanus Modeſtini Piſtoris verba illa,ſondern gebürt der
Geiſtlichen Obrigkeit anderen Geiſtlichen deß Ordens wieder an die ſtell zu
verſchaffen,male ita interpretatur,ſed competit,inquiens,Eccleſiaſticis Su-
perioribus alios Regulares huius Ordinis in locum ſubrogare,cum tamen
Modeſtinus Piſtoris non,Geiſtliche dieſes oder deſſen/oder deſſelben Ordens
ſed abſolute Geiſtliche deß Ordens dicat,videl.ꝙ competat & incumbat Ma-
giſtratui Eccleſiaſtico Collegio morte omniū diſſoluto alios Religioſos in

Digitized by Google

locũ deficientiũ ſubſtituere. Nã vox Geiſtliche apud Germanos valde æquivoca eſt; ſignificat enim Eccleſiaſticos Sæculares aut Religioſos. Quando igitur in cõmuni ſermone apud Saxones fit mẽtio de Religioſis, ſolẽt illi Religioſos ad diſtinctionẽ Sæculariũ Eccleſiaſticorũ Geiſtliche deß Ordẽs appellare. Cuius videtur F. Romanus penitus eſſe ignarus, licet eius ſibi peritiã arroget. Conſequẽter inde cõtra nos ipſe nihil probat, ſicuti nec ex glo. *in c. ſtatutũ de Elect. in 6. verb. Collegiatas* de qua in *reſolutione q. 1. Aſtri Eclipſ. c. 1.* actũ fuit.

Ex ſupra deductis ſequitur, quod licet vox *(alius)* ſit implicativa & repetitiva ſimilium in ſubſtantia, non tamen ſemper in accidentali maximè qualitate; cũ eius diverſitatẽ ſignificet *per l. ſi fundus ſub conditione §. libertus ff. de legat.* 1. Paris. *cõſ. 78. n. 21. vol. 2. & cõſ. 92. n. 5. vol.* 1. Socin. iun. *conſ. 300. col. 3. verſ. tertio principaliter. vol 2. & cõſ.* 107. *n. 4. & 47. vol. 3.* Menoch. *cõſ. 335. n 10. & ſeqq.* Vnde nihil contra nos infertur, ſi *cit.* Dd. de Convẽtu Monaſteriorũ emortuorũ loqui accipiãtur. Nam omnium Ordinum Religioſorum vota ſunt una ſpecie, differunt vero accidentaliter & qualitate ſecundum diverſa ſtatuta, ut Author eſt Auguſtin. Ancona *de poteſtate Eccleſiaſt. q. 106. quaſt. 4. in reſponſione ad primum,* ubi ait, *ad primum ergo eſt dicendum, quod ſicut participatione ſpeciei omnes homines ſunt unus homo; diſtinguuntur tamen proprijs qualitatibus & accidentibus. Sic profeſſione illorum trium principalium votorum omnes Religiones poſſunt dici una Religio; diſtinguuntur tamen proprijs habitibus (veſtibus) & ſecundum ſpecialia ſtatuta ipſorum. Hac ille.* Quod ſi igitur mortuis Originarijs vel incolis huius Monaſterij Monachis alij exteri & non Originarij Religioſi poſſunt ſubſtitui, poterunt etiam Religioſi accidentaliter ſecundum qualitatem quandam &c. differentes ſubſtitui. 85.

§. V.

Oſtenditur ex voce, omnibus, qua Dd. utuntur, nihil pro F. Romano concludi poſſe.

Reſpondebam tertio ſupra citatos Dd. non loqui de noſtro caſu, quo Conventu caret Monaſterium, ſed de eo, quo Conventus adhuc illius Monaſterij actu exiſtit, vel eius reſuſcitãdi & redintegrãdi ſpes eſt certa, proxima, ac Iuridica, eaque ex parte ſubjecti, ut quia adhuc ſupereſt Prælatus aut Novitij, atque ita vocem *(omnibus)* etiã *pluralis* numeri, à citatis auctoribus iunctã voci *(mortuis)* accipiendã eſſe *diſtributivè*, ut his emortuis illi ſubſtituãtur, & illis alij eiuſdem Ordinis & ſic conſequenter, per notata Rebuffi. *ad l. nominis & rei appellatio ff. de V. S.* & Lucæ de Penna *in l. in omnibus C. de iur. public. lib.* 12. glo. pragm. *Sanct. in verb. omnem § ſtatuit per l. 3. ff. de ſtat homin. c. quia propter de elect. c. quod omnes de R. I. in 6. Tum Collegium* apud Authores citatos ſupponit adhuc ſupereſſe, licet hic vel ille iſtic mortuus ſit, cui *ſubſtituendi alij*, ut debitè illic obſequium divinum celebretur. 86.

Quod ſi vox *(omnibus)* accipiatur *collectivè*, quẽadmodũ ſæpius in jure accipi ſolet, ut notãt. cit. Dd. *per l. ſi pluribus ff. de legat. 2. l. ita vulneratus ff. ad l. Aquiliam* 87.

Digitized by Google

liam tunc omnibus de Collegio mortuis, ſi adhuc illic novitij ſuperſunt, qui necdum ſunt de Collegio, tunc hi veniăt ſubmittendi; vel certè ſi adhuc Prælatus ſupereſt ac vivit, qui nomine Collegij non venit, ut oſtendi ſupra ex gloſſa. pragm. Sanct. *de Elect. c. ſicut* §. *quanta in verb. Collegium.* tunc in illius perſona Collegium habitualiter ſuſtineatur. Proinde quando citati Dd. agũt de caſu, quo omnes de Collegio mortui ſunt, agunt de caſu quo ſuperſunt illic novitij à vivis adhuc Monachis illius loci ſubordinati, aut certè quo ſupereſt adhuc illius loci Prælatus atque de hoc ultimo caſu Dd. agere 1. teſtis eſt omni exceptione maior Cardinalis Zabarella *in d. c. cum ex iniuncto, de nov. oper. nunc.* Quodſi *inquiens*, vel Prælatus vel Canonici mortui, debent alij ſubrogari, ubi nota particulam diſiunctivam (*vel*) quæ alternativă conſtituit propoſitionem de cuius vi, ſupra *q. 5.* egimus. Deinde idem confirmationes ſubiectæ probant, ut paulo poſt videbitur. Igitur &c. At nos agimus de Monaſterijs, in quibus *omnes omnino mortui, nullo ſuperſtite*, etiam nec Prælato. Quare hîc noſter caſus ab illo præmiſſo, quo vel Prælat⁹, vel Novitij ſunt ſuperſtites, eſt diverſus ac ſeparatus. Ex uno autem ſeparatorum ad alterum non fit illatio.

88. Everard. *in loc. à ſeparat.* Adhæc cit. *Dd.* agunt de Collegio numerato, ubi Canoniæ & Præbendæ vacantes ſunt diſtinctæ, cum in ijs loco mortuorum ſint ſubſtituendi alij &c. At nos agimus de Collegio non numerato, ubi non dantur diſtinctæ Canoniæ & Præbendæ vacantes, eò quod in Collegio non numerato cũ ipſis Collegis obeũtibus, tituli extinguãtur. *Vid. nos ſup. q. 1.*

89. F. Romanus *allegat. 155. 156. & ſeqq. uſq; ad allegat.* 164. dicit; *falſa eſt hæc allegatio, quandoquidem Zabarell. de dictis Dd. eo loci nihil omnino atteſtatur, ſed nec illius verbà me relata, ullam teſtimonij aliorum faciunt mentionem, niſi dicere velim, quempiă in cauſa vel ſententia propria poſſe eſſe teſtem omni exceptione maiorem. Vide* Barboſ. *in Collectan. tit. de teſtibus & atteſt. n. 6. ante cap. 1.* 2. *Quid? quod ego ipſius* aſſertiones) *textum* Zabarellæ, vitiaſſe dicor, *addendo unum* (vel) *Neq; enim Zabarella dixerat, Quod ſi vel Prælatus vel Canonici mortui (hac enim geminatio coniunctionis, maiorẽ diſiũctiva vim habere videretur) ſed quod ſi moreretur Prælatus vel Canonici &c. quo loquẽdi modo adhuc dubiũ eſt, utrũ coniunctio* (*vel*) diſiunctivè an verò copulative ſit accipienda. *Sæpe enim ita comparatum eſt ut coniuncta pro diſiunctis, & diſiuncta pro coniunctis accipiantur*, ſæpè de V. S. *Et ratio dubitandi eſſe poteſt: quia docere, mortuo ſeorſim Prælato vel Canonicis alios ſubſtituendos eſſe, nihil eruditionis adfert. Cum lippis & tonſoribus notum ſit*, Prælato mortuo alium à Clericis eligendum: mortuis *viciſſim* Clericis, alios à Prælato ſufficiendos eſſe. *Verum ponamus Zabarellă revera diſiunctivè locutum eſſe, quid tum? interim non negat mortuo Prælato & Canonicis, alios etiam eſſe ſubrogandos; cum hæ duæ propoſitiones ſibi non contradicant, ſed ambæ ſimul etiam vera eſſe poſſint, ita ut qui alteram affirmat, alteram minimè neget. Adeoque nive ignem eliciam.*

Comment. Hayana.

3. Pergit F. Romanus, inquiens, *Reſtat ut videamus, an allegati Dd. agant*

agant ſolummodo de caſu, quo ſuperſunt illic novitij aut certè quo ſupereſt adhuc illius loci Prælatus. Ego audiens mortuis omnibus de Collegio, alios ſubſtituendos eſſe, in omnem partem me verſem, ut ictum illius ſubterfugiam, aiamque Doctores hic nomine Collegij, non involvere Prælatum, adeoque ſupponere Prælatum adhuc ſuperſtitem eſſe; vel loqui de Monaſterijs eo caſu, quo ſuperſunt adhuc novitij, à vivis illius loci Monachis ſubordinati, & hos ſubmittendos eſſe, ſed Reſpondet. *neutrum horum à meis Doctoribus ſubintelligi, & quamquam meum eſſet demonſtrare oppoſitum, illi enim Reſpondenti ſufficeret meam propoſitionem negaſſe. Dabit tamen inſtantiam, & hanc fatiſcentem meam arborem, telo ſuppoſito, nonnihil fulciet.* 91

4. In *aſtro ſuo* q. 1. *n.* 6. trium Doctorum protulit ſententiam *Panormitani, Rebuffi, & Pauli Layman, uno ore conſpirantium in hæc verba* : propter negligentiam Collegij, VEL PER MORTEM OMNIVM DE COLLEGIO, jus providendi devolvitur ad eum, qui habet poteſtatem confirmandi electum, ſive ſit Epiſcopus, ſive alius Prælatus, *atque hanc eſſe receptam ſententiam affirmat Layman. Pro qua Rebuffus inſuper allegat Dd. in communi.* in c. fin. de elect. in 6. *Nominatim verò Rochum de Curte. Roman. Matthæum Quadrigar. & Franciſc. de Salerone.* Vide aulam ipſius num. 65. *His poſitis certum eſſe dicit, allatos Dd. per mortem omnium de Collegio intelligere etiam mortem ipſius Prælati, quia vivente Prælato jus providendi, ſeu aſſumendi alios in Collegium, non devolvitur ad confirmantem, ſed manet penes ipſum Prælatum adhuc ſuperſtitem : ſed neque jus providendi de Prælato devolvitur; ſuppono etenim Prælatum adhuc vivere, ideoque Prælaturam non vacare, conſequenter à contrario, data devolutione ad confirmantem, ſupponitur neceſſario, per mortem omnium de Collegio etiam Prælatus mortuus eſſe, & ſic falſa eſt Doctrina & allegationes meæ, dicentes apud Doctores hic nomine Collegij non venire Prælatum.* 92

5. *Idem dicendum de Anton.* Butrio, in c. 2. de no. op. nunciat. nu. 4. *in aſtro* citato q. 1. n. 15. ubi ait: *quandoq; deſtruitur Eccleſia præter culpam ſuam*, ut *quia ab hoſtibus & Latronibus, cauſa legitima non intercedente, & tunc retinet privilegia & Nomen* ſuum & Clerici appellantur Clerici *illius Eccleſiæ & etiam omnibus mortuis atque eorum loco debent ſubrogari, ubi per verba* omnibus Clericis mortuis *intelligitur Prælatus quoque mortuus, nam & is Clericus eſt, niſi fortè ego opiner Prælatos Cathedralium, Collegiatarum, aut Regularium Eccleſiarum inter Clerum non computari.* & hæc de Prælato. NB. Citatio. 93

6. *De novitijs Reſp. ſimiliter negative (quia nullus ex Doctoribus ullam facit mentionem de novitijs religionum. 2. quia citati Dd. generaliter loquuntur de omnibus Collegijs Eccleſiaſticis etiam Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum ſecularium, in quibus nulli ſunt novitij è Monachis vel Canonicis ſubordinati. 3. omnibus de Monaſtico Collegio mortuis, novitios ſubmittendos eſſe, præter me nemo mortalium huc uſque docuit; cum id nec verum ſit. Nam hi neque habent vocem eligendi activam (cum hæc opponatur, per mortem omnium de Collegio devoluta eſſe ad confirmantem) neque paſ*ſivam, *quia non Monachus in Prælatum Regularem eligi non poteſt.* c. cum ad noſtram de elect. *Novitij autem non ſunt Monachi, ſiquidem non habitus aut tonſura,*

Digitized by Google

ſed profeſſio verè Monachum facit. 20.q.1.c. Monachum.c.porrectum, 13.§.Inquiſitioni cum gloſſ.verb. non faciat habitus.de regular. *ideoque* c. in ma-
94 giſtrum 49.de elect. *Mandamus* ait Papa, *quatenus cum tales Abbates eſſe non debeant, qui per profeſſionem Monachi & Regulares Canonici non fuerint ad amotionem eorum, quos tales inveneris, ſublato appellationis impedimento, procedas*, & c.nullus.
95 28.eod.tit.in 6. *Nullus* ait, *Religioſus ad Abbatiam ſeu prælaturam ſuæ vel alterius religionis de cætero eligatur, niſi antea fuerit Ordinem Regularem Expreſſe profeſſus; quod ſi ſecus actum fuerit, eo ipſo irritum habeatur. His adde Concil.* Trid.ſeſſ.25. de regular. c.21. ibi *Regulares Perſonæ ejuſdem Ordinis expreſſe profeſſæ.* Declarat.
96 Card. *in Concilij Trid.* ſeſſ.14. de reform. c.10. *& in remiſſionibus Barboſa ibid.* in fin. *Panor.* in d.c. cum ad noſtram.n.1.*& d.c.* cum in Magiſtrum. n.1. & *ſeqq.gloſſ.* ibid.verb. profeſſionem *Ancharan* in c. ex eo de elect. in 6. n.3. *Sylveſt.* in ſumma verb.electio 4.num.5. *Tamburin.* de jure Abbatum tom.1. diſp.5.q.8.n.6. & 7. *Suaréz* de religion.tom.4. tract. 8.lib.2.cap.4.n.2. *Aug.Barboſ.* de jure Eccleſ.lib. 1.c.19. n.56. & in d.c. ex eo n.6. & 7. & *alios.*

7. *Ex quibus omnibus loquendo conſtat, merum eſſe figmentum & inane*
97 *effugium illud* quod mortuis omnibus de Collegio *Ego Doctoribus affingo de Novitijs & Prælato ſuperſtite adeoque meras Doctorum falſas allegationes* &c.

Hactenus F Romanus, qui fallaciter meam *aſſertionem* de ipſo Docto-
98 rum *dicto* ex Cardinali aſſerto, prout recitata ibidem Cardinalis verba & rationes ejuſdem conſiderandæ propoſitæ arguebant, intelligendam, accipiat pro *ipſis Doctoribus dicentibus* & tractantibus & agentibus, quaſi ego dicerem Cardinalem teſtari de Doctoribus, quod ipſi de ultimo ibidem allato caſu, ubi Collegium adhuc habitualiter permaneret & ſpes eſſet Iuridica reparandi, *agant*; cum tamen ego ita intelligam, quod de hoc vltimo caſu &
99 Cardinalis, quem ipſe F. Romanus allegarat & cæteri Dd. (quos ante retuleram, ideoq; hic non repetebam) agant. Nam ut ſupra ex Hoſt. Ioan. Andr. & Ancharano *in d.c.cum ex injuncto* vidimus, ipſi unanimiter docebant, *in hoc*
100 *caſu*, inquientes, *Prælato Eccleſiæ* vel *Canonicis mortuis poſſunt alij ſubrogari, & alia quæ ad utilitatem Eccleſiæ pertinent, ordinari.* Ita per hoc etiam poteſt inferri, *quod ſi moreretur Prælatus vel Canonici, poſſunt alij ſubrogari, & ad cernentia utilitatem Eccleſiæ ordinari*, arg.23.diſt. in nomine domini. de elect. quod ſicut.

Diſcutitur.

Deinde hi omnes unanimiter ſub diſiunctione per Particulam (VEL)
101 non verò copulativè per particulam (ET) tradunt, *Prælato vel Canonicis mortuis alios poſſe ſubſtitui.*

Neque obſtat, quod particula (VEL) ſubinde etiam *Copulativè* accipia-
102 tur, quia in dubio non obtinet, ſed tunc à propria vocis ſignificatio-

ne

Digitized by Google

ne non eſt recedendum *l. non aliter. ff. de legat. 3. l. Labeo ff. de ſupellect. legat.* Et al-
legata à F. Romano oſtenſio eruditionis eſt imaginatio ejuſdem & phan-
taſma nullo ſubnixum fundamento; Tum prior particula (*vel*) quæ vocem 103
Prælatus antecedit, errore Typographi acceſſit, ideoque non curanda eſt.

Neque etiam ſatisfacit F. Romanus dicens, quod ipſi Dd. interdum 104
diſiunctive loquentes, non negent mortuo Prælato & Canonicis, alios et-
iam eſſe ſubſtituendos. Siquidem hîc non quæritur, quid non negent, ſed
quid affirment & *poſitivè* probent; Cum à F. Romano eorum authoritas, 105
pro fundamento ſuæ aſſertionis allegetur. Lepidum ſanè foret, ſi quis autor
hoc ipſo ſuam haberet aſſertionem probatam, quod teſtes ab ipſo laudati
ea non negent, etiamſi nihil affirment. Ita F. Romanus novus in praxi Ha-
jana commentator.

Taceo, quòd ipſi Dd. loquantur de Clericis Canonicis, non Mona- 106
chis, prout etiam loquitur Panorm. *in d. c. cum ex injuncto 2. n. 5. ibi & Clerici
poſſunt ſe appellare Canonicos & eis etiam omnibus mortuis alij in eorum locum ſubſti-
tuendi ſunt* 23. diſt. in nomine Domini. 7 q. 1. paſtoralis, *quod bene nota.* At hi il-
lorum nomine non veniunt, quando utrimque diſpar ſubeſt ratio, prout re-
peritur in Eccleſia numerata & non numerata. In hac enim, non in illa *tituli*
extinguuntur *c. dilecto de preb. & ibi* Canon.

Ad hæc poſito quod omnes Canonici & Prælatus ſint mortui, Quæ- 107
ro ego à F. Romano duntaxat per inſtantiam, utrum in illo caſu alij etiam
Religioſi poſſunt ſubſtitui? ſi hoc affirmet; Ergo vox (*alij*) non erit ibidem
repetitiva ſimilium, quemadmodum perperam ipſe aſſeruit; ſin verò
neget, manifeſto juri *in c. ad audientiam il. 2. de Eccleſ. ædif.* Contradi-
cet.

Quod ſi etiam per *accommodationem* de Monaſterio intelligatur, quod 108
Conventu deſtituitur, tunc ſuperior poteſt alios ejuſdem vel diverſi Ordi-
nis Religioſos ſubſtituere & ordinare, prout utilitas Eccleſiæ exigeret,
quemadmodum ſupra eſt demonſtratum. Nec tenebitur alios ejuſdem
Ordinis ſubſtituere, niſi Conventus habitu perſeveret, non autem, ſi
duntaxat in habitu ſeu potentia ſit per *ſup. not. in reſolut. q. 3. &
q. 5.*

Falſum quoque eſt, quod ex devolutione proviſionis ob mortem om-
nium de Collegio eligentium inferatur ad proviſionem abſolutam ob 109
mortem omnium non tantum eligentium Canonicorum vel Conventua-
lium, ſed etiam Domicellarium aut aliorum quorumcunque in Conventu
Religioſo exſiſtentium vocem activam minimè habentium, quæ tamen
duo plurimum inter ſe differunt, nec ab uno ad alterum, niſi fallaciter in-
ferri poteſt. Prout ad nauſeam ſupra inculcatum eſt, & paulo poſt iterum
inculcabitur. Unde patet diſcurſus F. Romani eſſe inanes, & fallaces.

Antonius de Butr. *in d. c. cum ex injuncto* non dicit, omnibus copulativè
110 mortuis alij ſunt ſubſtituendi, ſed abſolutè omnibus, adeoque diſtributivè mortuis *alij ſunt ſubſtituendi*; Pluralis enim numerus diſtributivè accipiendus eſt, *c. fin. de renunc.* Itaque ipſe Antonius nihil pro F. Romano facit.

111 Quod Novitios attinet, etiamſi eorundem Doctores expreſsè non meminerint, tamen ſi ponamus Dd. ſupra citatos loqui de omnibus copulativè etiam in Conventu mortuis, tunc quæro à F. Romano utrum iſto caſu ponat Collegium & Conventum adhuc habitualiter permanere, vel non permanere; ſi hoc, ergo debet concedere Collegium non tantum actualiter ſed & habitualiter eſſe extinctum, quia quod neque actu neque habitu manet, illud eſt extinctum, ut ſupra *in reſolutione q.* 1. c. 1. ex ipſomet F. Romano fuit oſtenſum; ſin illud, nempe, quod omnibus ex Conventu ſeu Collegio copulative mortuis Collegium adhuc habitu permanere dicit, at neque illud Dd. *ſup. cit. expreſsè docent*, neque atteſtantur. Si velit F. Romanus ex facta poſitione *implicitè* contineri Collegium, tunc ego dico Novitios iſtos eodem caſu, quo omnibus ex Conventu copulativè mortuis Collegium dicetur habitu permanere, etiam *implicitè* contineri, eò quod per illos Collegium ſit redintegrandum. Videatur *reſolutio q.* 3.

112 Cætera, quæ congerit F. Romanus nihil ad Rhombum, quia agunt de Monaſterijs Conventum habentibus, non vero Conventu deſtitutis, prout nos hic conſideramus. Et quæro ego à F. Romano, ſi illa etiam in Monaſterijs Conventu deſtitutis obtinebunt, quâ ratione in Monaſterium Woltigerode voluerint Monachi juvenculas *novitias* introducere. Num illæ *Novitiæ* erant Moniales: num profeſſæ? Tum quid ex eo concludetur. Num quod Prælatus Abbas, non ſit præficiendus Monaſterio, niſi expreſſe profeſſus ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de regular.* c. 21. *&c.* vel an volet concludere, *ergo Collegium Religioſum mortuis omnibus Religioſis per Novitios reparari non poterit*; hæc enim Concluſio inferenda erit, ſi quidem ad rem loqui velit, nec in omnia alia more Hæreticorum evagari. At tunc conſequentia negabitur, quam nulla ratione ex tali antecedente inferet.

Hinc igitur videre eſt, quot modis F. Romanus in jure & facto aberret, aliena ad rem non pertinentia obtrudat, identidem repetat, ut ſemper aliquid, nihil tamen ad inſtitutum quod faciat, dixiſſe videatur.

* * *

§. VI.

§. VI.

An & quando ſurrogatum dicatur ſapere naturam ejus, cui ſurrogatur.

Ad *confirmationem* 1. reſpondebam, illam pro nobis contra F. Romanum facere. Nam hæc regula, *quod ſurrogatum ſapiat naturam eius, cui ſurrogatur*, non obtinet, niſi ubi exiſtit illud, cui aliud ſurrogabitur. Quod ſi extinctum ſit illud, cui ſurrogabitur ſurrogatum vel ſurrogandum, non ſapiet naturam eius cui ſurrogabitur, Barboſ. *in tract. de axiom. ſurrogatum n. 5.* Atqui nos agimus de caſu, quo Collegium Religioſum omnino exſtinctum eſt, ut vidimus *quæſt.* 1. Igitur ſurrogati vel ſurrogandi in Monaſterio emortuo, non ſapient naturam eorum, quibus ſurrogabuntur. 113

§. VII.

Fundamentum ex c. ſicut alterius. 7. q. 1. evertitur, quia mortui non nubunt.

Ajebam, confirmationem 2. *ex c. ſicut alterius. 7. q.* 1. agere de Eccleſia vidua ta, quæ nubere alii poſſit, prout *inf. in q. 3. c. 2.* fuerat reſponſum, adeoque iſtic Eccleſiam Collegio non deſtitui, ſed hoc adhuc ibidem exſiſtere ac vivere. Nam ſi Collegium morte omnium Collegarum eſſet exſtinctum, adeoque vidua mortua, quomodo poſſet dici mortuo etiam Prælato iterum nubere? Num non Entis erunt aliqui effectus? Atqui nos de Monaſterio Eccleſia Conventu ob obitum omnium Religioſorum incolarum deſtituta agimus. Igitur &c. 114

Ex quibus ſup. deductis apparet, authores exadverſum allegatos non de noſtro ſed diverſo caſu agere. Siquidem illi de caſu, quo Vel Prælatus Vel Canonici mortui ſunt, loquuntur, uti ex Card. *in d. c. cum ex injuncto. de nov. oper. nunc.* vidimus. Nos verò de illo, quo Et Prælatus, Et Collegæ Religioſi omnes huius loci incolæ, nullo omnino ſuperſtite ſunt extincti, tractamus. Igitur &c.

§. VIII.

Ad Franciſci Rubei authoritatem Reſpondetur.

Quod pertinet ad authoritatem Franciſci de Rubeis, *Reſpondi*, illam tantum probare, quantum leges, Canones ac rationes ab ipſo adductæ probarent. Everard. *ab author. n.* 12. ubi citat Archid. *in c. nolite timere* 1. *q.* 3. *per text. in c. ego ſolis. diſt.* 9. Atqui ab ipſo nec adductа ſunt, nec adduci poſſunt leges, Canones, quibus contra nos aut potius contra *Conſtitutionem Apoſtolicam* Alexandri VI. *accepimus, dat.* 1497. S. Rotæ. Rom. *deciſiones* aliquid ſtatuatur, aut definiatur, Igitur &c. Ad hæc F. Romanus nihil. 115

Digitized by Google

§. IX.

Oſtenditur aſſertum jus devolutionis hic locum non habere.

116 Reſpondebam *tertium* F. Romani *fundamentum ex jure devolutionis* petitum ſufficienter *in q.3. Aſtri Eclipſ.c.3.* eſſe ſubverſum. Siquidem jus *devolutionis* prout propriè & ſtrictè ſumitur, in caſu, quo omnes alicuius loci Religioſi incolæ copulative ſunt mortui, nullo omnino ſuperſtite, locum non habet; Cum nec ibi detur *titulorum vacatio*, ſed extinctio, *c. dilecto. de præb.* At ubi non datur beneficiorum vacatio, ibi conſequenter nec datur *devolutio.* Anton. *in c. ex parte. de conceſſ. præb. & ibi Can.*

117 Deinde in Syllogiſmo F. Romani *ſup.* relato quatuor dantur termini. Nam devolutio *in Majore* accipitur ſtrictè & obliquè, ut ſupponit inſtitutionem aut proviſionem *directam* immediati ſuperioris, ſed neglectam. *In Minore* verò devolutio apud citatos authores in ſenſu ſuppoſito, ſi videlicet de noſtro caſu loqui intelligantur, accipitur *latè & directè*, ut dicit inſtitutionem directam ſuperioris immediati, adeoque hic quartus, reliquis concurrentibus in Syllogiſmo efficietur terminus. Quippe ſecundus eſt, ſit (*ſcil. devolutio*) cum onere & qualitatibus, cum quibus habebat conferre primus & immediatus collator. Tertius verò eſt, *mortuis omnibus de Collegio* &c.

118 *Commenta Hayana ſuperius allata diſcutiuntur.* Ad allegationes F. Romani *ſupra* adductas & quidē *ab allegat.* 408. *uſq; ad allegat* 419. Reſpondeo 1. Eas planè ad caſum noſtrū non facere, prout *in reſolutione q.3. c.3. & q.4.* fuit ſufficienter oſtenſum; quia ipſi agunt de caſu, quo OMNES ELIGENTES ſunt mortui. Ex quo non ſequitur, quod omnes *Conventuales* alicuius loci Religioſi incolæ ſint mortui, quemadmodum ex Dalnero *de jure Abbat. c.4. n.1. & ſeqq.* eſt comprobatum.

119 *Ad Rebuff. Reſp.* *Rebuffus* impertinentiſſimè allegatur, quia expreſſe de Monaſterio Conventum habente loquitur, de quo ita ſentit, ut ſi in eo vel IBI NVLLVS IDONEVS inveniatur, qui poſſit eligi, tunc ex alio Monaſterio ejuſdem Ordinis aliquis ſit aſſumendus. Num fortè F. Romanus per hæc verba, *nullus idoneus inveniatur*, volet omnes mortuos intelligi? Ridicula ſanè & abſurda foret explicatio, quæ ſpeciem aliquam habuiſſet, ſi Rebuffus dixiſſet; quod ſi NVLLVS *inveniatur*: At cum dicat, *ſi ibi nullus idoneus inveniatur*, ſaltem adhuc vivos ſuppoſuit. *Ad Selv. & Boer. Reſp.* Stolidum enim fuiſſet, mortuos tanquam *non idoneos* pro *electione paſſiva* afferre. Similiter ad Selvam & Boerium reſpondendum eſt.

120 *Ad Abb. Reſp.* Abbas *in Clem. un. de ſuppl. negl. prælat. n.12.* dicit; *Succedens in poteſtate conferendi* NB. ſeqq. duo verba à F. Romano fraudulenter omiſſa, *ratione negligentiæ vel delicti, non poteſt liberè conferre cui vult.* Et *in c. cum in Magiſtrum. de Elect. n.1.* ait, *Is ad quem fit devolutio* EX NEGLIGENTIA, *tenetur eligere ſeu promovere hominem illius qualitatis, cujus erant adſtricti primi electores.* Idem *ipſe in c. poſſeſſiones. n.5.*

Digitized by Google

n.5. de reb. Eccleſ. non. alien. c. ne pro defectu. n.3. de elect. tradit. Sed quid inde? Ergo ſuperior de Monaſterio huius loci Conventum non habente diſponere non poteſt, prout Eccleſiæ utilitati judicaverit expedire. *At Negatur conſequentia*, quia ibi Abbas loquitur expreſſe de Monaſterio Conventum habente; ibi, *ſi ergo Conventu negligente eligere* in *d. c. cum in Magiſtrum. n.1.* Nos autem de Monaſterio Conventum non habente loquimur. Ita οὐδὲν πρὸς ἔπος.

F. Romani authoritas *pro ſe ipſa* allegata nulla eſt, eamque *ſup. in reſolu-* 121
tione q.3. & q.4. erroris coarguimus.

Vivianus, Valerius Reginaldus, glo. Azorius. Pan. *in ſup. d. c. inter quatuor* 122
Honor. ab Axel nihil ad rem faciunt, quia omnes de eo caſu loquuntur, quo
in Eccleſia Collegium, in Monaſterio Conventus adhuc ſupereſt, non verò
deſijt eſſe aut extinctus eſt, aut ubi datur beneficiorum vacatio, non verò
ubi titulorum adeſt extinctio. Vid. *reſolut. q.3. c.3. & q.4.*

Ad Vivian. Reginal. glo. Azor. Pan. Honor. Reſp.

Petrus Franciſcus de Rubeis, Hippolit. Merenda, Torquatus Floravan- 123
tius à parte adverſa conſulti contra jura & rem judicatam nihil concludunt.
Quin etiam ipſi conſulti, ſalvo meliori aliorum judicio reſponderunt, quod
cum nos ex Conſtitutione Alexandri VI. *Accepimus. dat.* 1497. *ult. Sept.* atque ex deciſionibus S. Rotæ Rom. *ſup. allatis* pro nobis habeamus, non eſt,
quod pro adverſæ partis conſulentibus diutius inhæreamus. Cum eorum
rationes allegatæ à S. Rota Rom. virtualiter & in effectu non concludere
ſint judicatæ, quando ijs rejectis pro Societate jam tertio fuit deciſum. Cujuſmodi ſententiæ in rem judicatam tranſierunt.

Ad Franciſ. de Rubeis Merend. Torquat. Reſp.

Odofredum & Alber. de Roſat. Petrum de Ubald. pro nobis contra 124
F. Romanum expreſſe ſtare, oſtenſum *eſt in reſolut. q.1. c.1.* itaque hi falſo ex
duplici titulo à F. Romano allegantur, primò tanquàm docentes, *morte omnium de Conventu jus providẽdi devolvi, devolutione propriè dicta ad ſuperiorem*, quod
nuſquam docent. 2. docentes, *mortuis omnibus Conventualibus, Conventum adhuc habitu permanere & non deſijſſe eſſe.*

Ad Odofred. Alber. Petr. de Vbald. Reſp.

Florianus de S. Petro, Bonifacius de Vitaliniis *in Clem. in pleriſque de* 125
Elect. nihil ad rem, præterquam quod locus Bonifacij de Vitalin. erroneè à
F. Romano referatur eſſe in *6.*

Florian. Boniſac. Vitalin. Reſp.

Similiter Roderic. *in qq. regular. tom.3. q.23. art.5.* & Thom. Sanch. in
decal. lib.7. c.18. nihil ad propoſitum faciunt, numerum tamen à F. Romano 126
perperam citatorum augent.

Ad Roder. Sanchez. Reſp.

Barboſ. *in c literas. de ſuppl. negl. prælat. n.5.* & ab illo citati Perez de Lara,
Cephal. *conſ.358. n.8.* Hieronymus Gabriel nihil ad rem faciunt, quia non lo-
quuntur de caſu, quo Conventuales omnes ſunt mortui, nullo ſuperſtite, ſed 127
quo Conventus adhuc ſupereſt, præterquã quod Cephalus. *d. conſ.358. n.8.* alio quoq; nomine falſo allegetur. Siquidẽ ipſe per modũ dubii proponit, *Nec videtur*, inquiens, *poſſe mutari cõceſſio originalis, & ſic natura regularis dicti beneficij,*
quem-

Ad Barbos. Perez. Cephal. Gabr. Reſp.

quemadmodum nec videtur poſſe alterari inveſtitura antiqua ad alterius præjudicium, ad quod poſtea ſub n.53.55.& ſeqq. *reſpondet*, conſiderandam eſſe nō nominationem, ſed effectum, qui mortuo Conventu cum nullus ſit, ut tradit Rot. Rom. *deciſ.4.5.9. ad apud Tamburin.tom.3.de jure Abbat.* ideo pro nobis, minimè verò contra nos facit.

128 Ad Laym. reſp. Præterea Laymannus *in qq.* Canon. *de Prælat. Elect.* impertinenter huc allegatur, ut *in reſolut.q.3.c.3.* oſtendimus. Nec enim ibi vel verbo inſinuat, quod quando Monaſterium Conventu deſtituitur, illic locum habeat beneficii vacatio & devolutio, & ſic ex jure devoluto beneficium ſecundum naturam & conditionem ſuam in fundatione expreſſam debeat conferri.

Quin etiam poſito, non conceſſo, quod Monaſterium Conventu deſtitutum debeat juxta primævam fundationem conferri, tunc nulli plus, quam F. Romano oberit, *ut ſup. in reſolut. q.6.* ex *Conſtitutione* Alexandri VI. *Accepimus. dat. Anno* 1497. fuit oſtenſum.

Unde relinquitur, quod P. Laymannus nihil pro F. Romano faciat, nec loquatur.

129 Ad Sylveſt. Reſp. De Sylveſtro *Vid. ſup.* §.1. *&* §. 6. quod omnino contra F. Romanum decidat.

130 Ad Bald. Reſp. Locus Baldi *ex Margarita verb. Civitas, ſup. in reſolutione q.1.c.3.* eſt examinatus, iſtic igitur videri poterit.

Quod verò F. Romanus hæc Baldi verba urget: *Et ſi nemo vivit, ſuperior reſtaurat (Monaſterium) idem numero, & privilegia exemptionis & cætera jura, quæ durabant habitu, reducuntur ad actum ipſo jure*, ſecundum Innoc. *in c. cum ex injuncto. de nov. oper. nunc.* fruſtra agit, cum iſtic de Monaſterio *materialiter*, non *formaliter* accepto agat, prout ex privilegiis & juribus habitu permanentibus ad actum reducendis patet, & *ſup. in reſolutione q.1.c.3. pluribus eſt* deductum.

Unde patet falſum eſſe, quod per verba, *idem numero*, intelligantur homines ejuſdem qualitatis. Cum homines ejuſdem qualitatis cum defunctis non ſint *idem numero*, ſed *Specie*. An F. Romanus Logicæ ſuæ er t oblitus.

131 Ad Filius Reſp. De Filiucio videbitur. *inf.* §.11. ne omnia cum F. Romano confundamus. Atque hinc nullo negocio colligitur, quot falſitates F. Romanus in his allegationibus admiſerit, quamque perperam aliis ſuas falſitates aſcripſerit. Ego ad alia propero, viſurus num fidelius in ijſdem F. Romanus fuerit verſatus.

* *
*

§. X.

Digitized by Google

§. X.

Fundamentum F. *Romani ex c. quia Monaſterium. de Rel. dom. poſitum evertitur.*

Reſpondebam, *quartum* F. Romani *Fundamentum* nihil ad rem facere. Nam citatus textus *in c. quia Monaſterium*, *de Rel. dom.* agit de Monaſterio hoſtilitate deſolato, non verò cuius Conventus per mortem omnium incolarum Religioſorum eſt ſublatus. Hoſtilitate autem deſolatum Monaſterium dicitur, quando Monachi illius vivi ob perpetuam hoſtium incurſionem alio commigrarunt. Innoc. *in c. cum ex injuncto. n 2 de nov. oper. nunc.* Card. *in d. c. quia Monaſterium. col.* 1. ubi deſolatum accipit pro *deſerto*, ut apparet ex oppoſitione derelicti & non penitus deſtituti. Ait enim illic intelligi *derelictum* à Monachis, ſed non penitus deſtitutum, adeoque derelictum non *strictè*, prout in titulo *pro derelicto* intelligitur, ſed latè pro *deſerto* à Monachis accipit. Cum Cardinali faciunt Tan. Goffred. & Vinc. *per c. fin.* §. *hoſtilitate* 25. *q.* 2. *c. Et temporis, cum c. ſeq. poſtquam.* 16. q. 1. ubi glo. 1. *ut ipſe* Cardinalis teſtis eſt locupletiſſimus. Unde *d. c. quia Monaſterium* & in illud Panormitanus agunt de Monaſterio adhuc exſiſtente. 132 *Hoſtilitate deſolatum Monaſterium quod.*

Confirmabatur idem ex ipſa quæſtione, quam iſthic Panormitanus format, nim. *Vtrum intercedente unione deſolati cum alio ejuſdem Ordinis Monaſterij, in ipſo futurus ſit amplius Abbas?* Hæc enim quæſtio implicitè continuationem Abbatis involvit. Conſequenter ſupponit Abbatem Monaſterij uniti adhuc vel actu adeſſe, vel habitu, ſcil. in Collegio ſeu in Eccleſia. Vivian. *in c.* 2. §. 32. *de reſcript. per c. ſcire.* 7. *q.* 1. *l. civibus ff. de reb. dub.* Antecedens probatur, quia vox AMPLIVS poſita ſine pronomine *hoc*, eſt continuativa, non repetitiva præcedentium. Barboſ. *de dict. uſu freq. dict.* 32. *n.* 4. *per l. ſi à pluribus.* 110. §. *ſi ita ſcriptum*, & ibi Paul. Caſtrenſ. *n.* 2. & *ſeq. ff. de leg.* 1. Igitur & vox (*amplius*) poſita in d. quæſtione & addita Abbati, dicet ejuſdem continuationem, non verò repetitionem. 133 *Vocis amplius Vis.*

Confirmabatur 2. ex ipſa ſubjecta Doctorum reſponſione, quod Monaſterium ut Monaſterium unitum alteri debeat in *ſtatu ſuo conſervari.* Ergo ea ſupponit *ſtatum* illius adhuc ſupereſſe. At ſi illic mortui fuiſſent omnes Religioſi incolæ nullo omnino ſuperſtite, non ſuperfuiſſet ſtatus illius Monaſterij, ſed ipſe fuiſſet mutatus. Barbos. *in tract. de axiom. juris. axiom.* 73. *n.* 3. Rebuff. *in l. mulieris appellatione* 13. §. *res abeſſe videtur ff. de V. S.* Nam mortuis omnibus alicujus Monaſterij Collegis ac Prælato incolis fit tranſitus ab eſſe Collegii Monaſtici ad ipſius non eſſe, adeoque ipſius Monaſtici Collegii ſeu Monaſterii ſtatus ſaltem negativè mutatur. 134

Digitized by Google

135 Atque hinc patet, caſum *d.c. quia Monaſterium*, & in illum Panorm. à noſtro, quo ponuntur omnes nullo ſuperſtite mortui, nulluſque reliquus, diverſum ac ſeparatum eſſe. Vnde ab uno caſu ad alium inferri non poteſt.

136 F. Romanus *allegat.* 165. 166. hic valde diſertum ſe exhibet, *cap. quia Monaſterium* (inquiens) de rel. dom. *legimus, quod Monaſterium quoddam ſitum erat in fundo* Martiano *hoſtilitate deſolatum, idque* Papa *Gregorius univit* Monaſterio *Agapiti Abbatis, cum omnibus rebus & actionibus, quæ ei competebant.* *Hoc* Monaſterium *dicebat ipſe cum Pan.* in d.c.n.2. fuiſſe *deſolatum ſeu deſtitutum à Religioſis, vel cum Zabarella, derelictum à Religioſis, propter hoſtilitatem; Ego autem ajam, illud fuiſſe quidem deſertum à Religioſis, ſed non penitus deſtitutum;* Conſequenter, *inquiens,* d.cap. 2. *ſupponit Abbatem* Monaſterij *uniti adhuc vel actu adeſſe, vel habitu, ſcilicet in* Collegio. Et paulo poſt: *Hinc patet, pergam ego, caſum* d.c. quia Monaſterium, *& in illud Pan.* eſſe *à noſtro, quo omnes ſunt mortui, nulluſque reliquus, diverſum ac ſeparatum, adeoque velim, per* hoc cap. & *Pan. non omnes fuiſſe mortuos, ſed adhuc Abbatem vel nonnullos* Monachos *ſuperſtites extitiſſe.*

Sed ariabò, quomodo poteſt Monaſterium *dici deſolatum, quod non eſt penitus deſtitutum? an deſolatum & penitus deſtitutum ſunt diverſa? Quanam eſt, rogat ipſe, diſtinctio inter* Monaſterium *hoſtilitate à* Monachis *deſertum, & à* Monachis *deſolatum & à* Monachis *deſtitutum, & à* Monachis *derelictum?* Calepinum, *ut videt, debebit adferre* Floſculus, *apud quem* deſtituo nil *aliud ſignificat, quam* derelinquo: Deſolo, *ſolum ſeu deſertum facio: Derelinquo, deſero; Deſero, derelinquo;* Deſertus deſtitutus, relictus. *Præterea ſi* Monaſterium *iſtud adhuc actu habuit Abbatem vel* Collegium, *quomodo potuit per Panorm. nominari deſolatum, ſeu deſtitutum à Religioſis? aut qua ratione ſubjungit ibid. Pan.* Nota unam legitimam cauſam uniendi unum Monaſterium alteri, ſcilicet cum eſt deſolatum ſeu deſtitutum. *An eſt una legitima cauſa uniendi unum* Monaſterium *alteri, ſi illud ita ſit deſolatum, ut tamen actu habeat* Abbatem *vel* Conventum?

At at, ego adacto cuneo, fingam Abbatem *vel* Conventum *propter hoſtilitatem ex* Monaſterio *in exilium ſe recepiſſe (ut his quoque annis accidit in Germania) & ſic* Monaſterium *reliquiſſe deſolatum, non tamen penitus deſtitutum ſuo* Abbate *vel* Conventu, *quantumvis exulante. Acutum ſanè figmentum & inventum &c.* Sed dicit, *Theologo fas eſt* Canones *allegare non fingere. Quod* Monaſterium *illud fuerit deſolatũ,* Canones *rectè pronunciant; quod autem non fuerit penitus deſtitutum, ſed* Abbatem *vel* Conventum *adhuc habuerit,* figmentum eſt, *non* Canon. *Nunquid enim* Monaſteriũ *hoc, cum omnibus bonis ſuis potuit utiliter univi alteri* Monaſterio; *& non potuiſſet etiam inhabitari, vel fructus inde percipi? præſertim cum* S. *Gregorius jubeat illuc* Monachos *deputari? Nunquid talis* Abbas *aut* Conventus *ſuperſtes, factæ unioni ſeſe merito oppoſuiſſent? Annon ſaltem ſuſtentationem inde ſibi competentem reſervaſſent? Iam autem, nihil horum attentatum legimus, nec ipſorum perſonas, ſed deſolatum duntaxat* Monaſterium, *ſeu locum, cum rebus & actionibus, alteri unitum eſſe comperimus. Vnde*

merito

Digitized by Google

merito colligit ipſe, ei Monaſterio nec Abbatem, nec Monachos ſuperfuiſſe, hos enim
prius moneri oportuiſſet, ut ad ſuum deſolatum Monaſterium redirent, idipſum
reſtaurarent, & opus divinum inſtituerent, quam alteri uniretur.

5. Fortè dicam ego, eos fuiſſe contumaces, & inobedientes Summo Pontifici, 137
redireque noluiſſe ad propria? At ipſe non quærit ſomnia, ſed quid ego demonſtrem.
Quæ enim hîc ſacris Canonibus & Panormitano, ego ex mente & aſſertione ipſius
attribuo, mera ſomnia ſunt. Quis unquam patria prætulit exilium? Quale eſt &
illud hoc eodē loco, cum dico, Hoſtilitate deſolatum Monaſterium dicitur, quando 138
Monachi illius VIVI, ob perpetuam hoſtium invaſionem alio commigrarunt, In-
noc. in c. cum ex injuncto de nov. oper. nunc. Cum Innoc. cit. loc. ne verbulo
inſinuet, quid ſit hoſtilitate deſolatum eſſe. Quaſi verò, ſi alicubi, per hoſtilem in-
ſultum (ut factum in Monaſterio S. Placidi in Sicilia) Monachi omnes ad unum tru-
cidentur; aut profligati, ſucceſſivè naturæ debitum ſolvant, nequeat dici Mona-
ſterium deſolatum hoſtilitate? Cum utrobique hoſtilitas ſit prima ac præcipua
cauſa deſolationis? Verè non protinus ſapiens, quiſquis eruditus eſt.

Lib.9. Epiſt.67.col. 386.

*S.Gregorius habet à Congregatione.

6. Vt autem omnem ſcrupulum mihi eximat, Ex Regiſtro Epiſtolarum
S.Gregorij Magni, totam hanc Decretalem deſcribit, qua manu mihi quaſi Miloni
comprimat; Ea ſic habet, Gregorii Agapito Abbati; Ne rebus venerabili-
bus, vel cuilibet cultu deſit obſequium, noſtra debet ſollicitè cura proſpi-
cere: Quia igitur Monaſterium, quod in fundo Martiano provinciæ
Campaniæ ſitum eſt, ita hoſtilitate faciente, *CONGREGATIONE dicitur
FVNDITVS DESOLATVM, ut NEC unus exinde Monachus, qui ali-
quam illic ſollicitudinem vel curam DEBEAT adhibere, REMANSE-
RIT; tuo illud Monaſterio cum omnibus rebus ſuis, vel quæ ei compe-
tunt actionibus, *Perſpeximus uniendum; ut res ejus tenendi, vel
à * detentoribus vindicandi, libera tibi ſit poteſtas, & ſine ali-
qua dubietate licentia. In quo ſtudij tui ſit, etiam Monachos de-
putare, qui illic, tempore, quo intervallum de hoſte fuerit, & opus Dei ce-
lebrare, & decenter deſervire debeant. Nec aliqua illud præſumas excuſa
tione negligere; quod ideo curæ tuæ, * ut ſollicitudinem illic debeas adhi-
bere, committitur. Ipſum autem Monaſterium, ſic tuæ ordinationi nos
commiſiſſe cognoſcas, *ut non tamen juriſdictionem illic Epiſcopus Sur-
rentinus, in cujus civitate Monaſterium tuum ſitum eſt, ſed Nucerinus, cu-
jus eſt Diæceſis, habeat. Nam ſic huius loci ordinationem diſponimus, ut
tamen jura ſua ſingulis Epiſcopis inviolata ſervemus. At in pluribus longe
aliter ipſe textus apud S.Gregorium M. legitur, prout in margine per ſtellu-
las notavi.

*Actiones, VTILE proſpeximus, hanc voculam, utile F. Romanus omiſit.

*Detinentibus.

*Hac vox non reperitur apud S.Gregorium M.

*Hac quoque particula deſideratur.

*Vt tamē juriſdictionem illic non Epiſcopus Surrentinus.

7. F.Romanus meam lecturam ſupra recitatam perſtringit, quia ut ipſe aſſe- 139
rit, S.Gregorius dicit hoc Monaſterium Congregatione Religioſa fuiſſe funditus deſola-
tum; Ego autem congregatione vel Abbate non fuiſſe penitus deſtitutum. S. Gregorius

Digitized by Google

nec unum Monachum remanſiſſe diſertè ſcribit, qui illic ſollicitudinem, non di cit, adhibeat, ſed, qui debeat adhibere, Ego Abbatem huius Monaſterij adhuc vel actu adfuiſſe, vel habitu ſcilicet in Collegio , *ſeu congregatione &c. Vicißim ex hac Decretali (ſi nil eſſet aliud) diſcant opponentes & Monaſteria hoſtilitate funditus deſolata , & congregationibus deſtituta (qualia ſunt etiam de quibus hodie loquimur in Germania, Anglia & alibi) non eſſe extincta, ſed deſolata, ſed deſtituta; tamen ex mente S. Gregorij, cum adeſt oportunitas, per deputandos Monachos reparanda, cultuque divino priſtino reſtauranda.*

140 Deinde ad confirmationem 1. F. Romanus *allegat.*168. tradit. *Haud abſimili fide eodem loco allegari Vivianum* in c. 2. §. 32. de reſcript. *quaſi aſſerentem, quod quæſtio Panormitani* (utrum in Monaſterio deſolato, ideoque alteri uniro, erit amplius Abbas) *involvat, ſeu implicitè quærat de continuatione Abbatis, conſequenter ſupponat Abbatem Monaſterij uniti, adhuc vel actu adeſſe, vel habitu, ſcilicet in* Collegio. *Rectius hic allegaſſem Somnium Scipionis, nihil enim horum uſpiam ſomniavit Vivianus.*

141 Tum ad Confirmationem 2. *in horti paradox.*16. *n.*33. ait, *in reſponſione mea dici, quod ſi illic mortui omnes omnino fuiſſent , nullo ſuperſtite, fuiſſet ſtatus illius Monaſterij mutatus Barboſ.* in tract. axiom. 73. n. 3. *Rebuff.* in l. mulieris appellatione 13. §. res abeſſe videtur ff. de V. S. *Mox* (verò) fol. 10. col. 2. ante fin. (nimirum hac q. 7. c. 2. n. 14. inf.) *totum contrarium aſſeram* NB. inquiens , CERTVM EST , *quod mortuis omnibus Collegis huius loci ſacri, non propterea* IPSIVS LOCI SACRI STATVS *ſit mutatus &c. Tacet Barboſam & Rebuffum perperam illic allegari ; Cum non mutetur ſtatus Regularitatis , tametſi per plurimos annos deſinant Monachi Eccleſiam incolere, Caſpar Denichius* de benef. Eccleſ. aſſert. 7.

Hactenus F. Romanus

142 *Diſcutiūtur.* Qui iterum fallaciter hic plura confundit, nihilque ad, ſed omnia præter rem reſpondet. Nam ego reſpondebam *in d. c. quia Monaſterium* agi de Monaſterio hoſtilitate deſolato , non verò de emortuo. Deinde diſcurrebam circa vocem (*deſolatum*) quod ipſa apud Card. *in d. c. quia Monaſterium* acciperetur pro *derelicto* , id eſt , pro *deſerto* , prout appareret ex derelicti & non penitus deſtituti apud Card. facta oppoſitione. Siquidem ita Card. iſtic loquitur , ibi, *nam deſolatum. i. e. derelictum à Monachis,* NON TAMEN PENITVS DESTITVTVM, Tanc. Goffr. & Vinc. vel *i. e. depauperatum* , cuius eſt Monaſterium unitum. At F. Romanus hanc aſſertionem ex Cardinali Zabarella quoad ſignificatum vocis (*Deſolatum,*) à me nude tantum modo relatam, fallaciter meam reſponſionem ad ipſum

143 *c. quia Monaſterium* interpretatur, & lectori ludificandi cauſa proponit.

Vocis, penitus, quavis. Deinde poſito quod vox (*deſolatum*) idem ſignificet, quod *deſtitutū*, prout Pan. eandem ibi explicat, tunc tamē eidem F. Romanus fallaciter particulā

penitus

penitus adjungit; quæ idem *quod omni caſu*, ſignificat, habetq; adeo præciſā naturā, ut nullam admittat modificationem ſeu limitationem. Barboſ. *dict. penitus* 249. *n.* 1. 2. 3. 4. ex Rot. Rom. *deciſ.* 256. *n.* 4. *part.* 1. *diverſ. per l. ambiguitatem. C. de uſufr.* §. *Eſt & aliud. Inſt. de donat.* Nam licet Monaſterium Hostili Incvrsv ſit deſertum & deſtitutum à Monachis, non tamen verum eſt, quod Omni Modo Et Casv & quidem morte omnium Collegialium illud fuerit deſtitutum; neque etiam verum eſt, quod illic omnes morte ſint ſublati, ut perperam fingit F. Romanus, ſed quod Ne Unus Exinde Monachvs, Qvi aliquam Illic ſollicitudinem vel curam Debeat adhibere, remanſerit, adeoque Collegium hoſtili incurſu diſperſum duntaxat illic S. Gregorius ſupponit. Nam alias ſi Monaſterium morte omnium fuiſſet deſtitutum, quomodo S. Gregorius Pontifex prudenter à mortuis Monachis curam & ſollicitudinem, quam Debeant adhibere, deſideraſſet. Ut 144
hinc clare videas, quod in *d. c. quia Monaſterium*, & *ibid.* à Pan. diverſus à noſtro, *quo ſupponuntur omnes Religioſi incolæ mortui*, caſus proponatur; Et viciſſim, quam graviter F. Romanus hìc aberrarit. Et quidē 1. in vero *d. c. quia Monaſterium.* ſenſu, ut jam ex ipſo textu S. Gregorij M. oſtendimus. 2. in ſignificato vocis *deſolati*, quaſi *deſolatum* idem ſignificaret quod *penitus deſtitutum*, quod nec Pan. nec Calepinus, nec ullus alius præter F. Romanum aſſerit. 3 quod Pan. *cit. loc.* de Monaſterio à Monachis deſerto, derelicto, deſtituto loquentem fallaciter inducat, ac ſi Pan. Monaſterium illud à Monachis Penitvs deſtitutum aſſereret; Cum tamen illa duo, *locum eſſe deſtitutum, & locum eſſe penitus deſtitutum*, plurimum inter ſe differant. Vel ſi ignorat F. Romanus, conſulat titulum *Iuris. de V. S.* eamque prius addiſcat, quam exinde argumentetur.

4. Quòd dum me cum Cardinali Zabarell. *in d. c.* Monaſterium fuiſſe *penitus deſtitutum* negantem increpat, ipſe non me, ſed meum authorem Cardinalem Zabarellam impetat & caſtiget; cui F. Romanus ſuas tanquam diſcipulus meritò accommodaret aures, ut ab illo prius verborum vim & ſignificationem addiſceret, quàm diſcipulus Magiſtrum repræhenderet, ne alioqui prius velit eſſe Magiſter, quàm diſcipulus, *contra c. cum in Magiſtrum. de Elect.* 145

5. Quando ex eo quòd nullus ob hoſtilem incurſum in Monaſterio à S. Gregorio M. ſcribatur remanſiſſe Monachus, qui illic curam debeat adhibere, velit F. Romanus omnium Incolarum Religioſorum iſtius loci obitū concludere; Cū tamen inter ſe toto cælo differant, *nullū ob hoſtilē incurſum in aliquo loco remanere*, qui curam adhibere debeat, & *nullum ſuperſtitem & vivum remanere*, *Prius* ego cum S. Gregorio M. aſſerui; *poſterius* verò eſt F. Romani commentum vel figmentum.

6. Neque verum eſt, quod Monaſterium in fundo Martiano diœceſis Nucerinæ ſitum fuerit cum omnibus bonis Monaſterio diœceſis Surren- 146

tinæ unitum acceſſoriè, ut ſine fundamento F. Romanus aſſerit. Siquidem Eminentiſſimus D. Antonius Carafa *S. R. E. Cardinalis in Indice Regiſtri Epiſtolarum B Gregorij M. ſub tit. de Regularib.* tradit, quod Monaſterium æque principaliter alteri univerit B. Gregorius M hac lege, ut in utroque ſufficiens eſſet cultus divinus, & eſſet reſervata ſubiectio Epiſcopo, intra cujus fines erat Monaſterium, quod alteri in alia diœceſi uniebat *lib. 9. epiſt. 67. col. 386. prout ſup. in reſolut. q. 5. § 9. monui.* Idem ipſe etiam textus Gregorij M. evincere videtur, Siquidem vult, ut qui illic TEMPORE QVO INTERVALLVM DE HOSTE FVERIT, commorantur Monachi, & opus Dei celebrent, & decenter deſerviant.

Ex quo 7 conſequens eſt, quod, quando S. Gregorius M. *ſup. recitatam*
147 *epiſtolam* Agapito Abbati ſcripſit, locus ille etiam tunc non omnino liber ab hoſtili incurſu fuerit, ut ob pericula non potuerit continuè inhabitari. Ut proinde Monachi, qui d. Monaſterium ea de cauſa deſeruerant, videantur ad alia Monaſteria, vel certè ad Eremum, ſicuti id temporis frequentiſſimè fiebat, ſe recepiſſe, prout F. Romanus ex antiquis SS. Patrum hiſtorijs & P. Suar. *tom. 4. de relig. tract. 9. lib. 1. cap. 2. ſub n. 4.* ibique cit. S. Hieron. *epiſt. 22. de Cuſtodia Virg. ad Euſtochium in fin. & in epiſt. 4. ad Ruſticum.* S. Auguſtin. *in lib. 1. de morib. Eccleſ. c. 3.* Caſſian. *collat. 10. cap. 3.* Sanct. Benedict. *c. 1. ſuæ regula.* Sanct. Bernard. *ſerm. 3. de Circumciſ.* Iſidor. *lib. 2. de offic. c. 15. ſub titulo de tertio genere Monachorum. Concil. Trullan. can. 41. cognoſcere poterat.*

Tum etiam exinde 8 colligere eſt, quòd minus fundata ſit ſuſpicio F.
148 Romani de Viris iſtis Religioſis ob pericula hoſtilia ſeſe in eremum abdentibus atque ad tutiora confugientibus, ut Deo melius ſerviant, ipſiuſque cultui ardentius vacent, fingere, quaſi ipſi tanquam Summo Pontifici inobedientes apud me conſtituantur, qui ad propria ſua domicilia redire noluerint, quod mihi nec in mentem venit, nec venire potuit. Cum juſta de cauſa exilium voluntarium & ſanctam Eremum Monachi illius temporis quærere potuerint, & ſanctè etiam quæſiverint.

At inquit, F. Romanus, Quis unquam patriæ prætulit exilium? Reſpondeo, viri Religioſi primis ſæculis ſæpius deſertis Monaſterijs, inter quæ & hoc ipſum eſt, de quo agimus, in Eremum ſe abdiderunt, ut Deo ſervirent, quemadmodum paulò ante ex SS. Patribus oſtendimus, atque ex vita S. Hilarionis aliorumque SS. Patrum eſt pluſquam notiſſimum, ut miter, F. Romano hæc latere potuiſſe.

Ex quibus relinquitur, quam pluriſariam hic F. Romanus contra
149 veritatem hiſtoricam, & Canonicam Sancti Gregorij Magni doctrinam

Digitized by Google

nam impegerit, quinimo, etiam S. Gregorium M. corruperit, tum omittendo particulam *utile*, qua S. Gregorius M. utebatur, conteſtans utile, non verò ut perperam F. Romanus ſupponit, neceſſarium, aut ex juſtitia debitum fuiſſe, ut locum à Monachis deſertum, alijs Monachis uniret, tum affingendo illi Monachos ejuſdem Ordinis, ſubſtitutos; cujuſmodi qualitatis S. Gregorius M. *in d. epiſt.* non meminit.

Neque etiam verum eſt, quod Monachi omnes Occidentis id temporis fuerint Benedictini, quemadmodum ego jam *ſup. in reſolut. q. 5. §. 9.* & *inf. tract. 4 lib. 1. cap.* 10. contra F. Romanum ex ipſomet S. Gregorio M pluribus oſtendi. Ut proinde contraria F. Romani aſſertio hic omnino collabaſcat, nihilq; contra nos noſtramque concluſionem faciat. 150

Quin potius allata epiſtola decretalis S. Gregorij M. pro nobis militet. Siquidem exinde conſtat, quod proviſio & diſpoſitio Monaſteriorum vel deſertorum, vel etiam Conventu deſtitutorum ad Summum Pontificem ſpectet, qui de eis pro utilitate temporũ & locorũ habeat diſponere, & Religionis hiſce vel alijs, prout in Domino expedire judicaverit, conferre vel aſſociare, &c. quemadmodum *ſup. in reſolutione q. 5. n. 9.* pluribus eſt deductum. 151

Quod ad Vivian. *in c. 2. §. 32. de reſcript.* in confirm. 1. allegatum attinet, videtur F. Romanus ipſum per ſomnium apprehendiſſe, quaſi Vivianus Panormitani quæſtionem hîc *ſup.* à me propoſitam perſequeretur; Cum tamen ſecus ſe res habeat. Siquidem ego Vivianum non eo fine, ſed *per accidens* duntaxat citavi, ratione propoſitionis *immediatè præcedentis*, quòd videlicet *Abbas cenſeatur actu vel habitu eſſe in Collegio &c.* quemadmodum etiam ipſe *d. §. 32.* inter alia ita reſcribit, Nomine &c. Prælati intelligitur Eccleſia, & nomine Eccleſiæ Prælatus, glo. in *verb. teneantur.* Cum unus eorum intelligatur eſſe in altero. *c. ſcire. 7. q 1. d. l. civibus ff. de reb. dub.* quos textus una cum Viviano retuleram, ut hinc videre liceat, quàm longè à janua F. Romanus aberret. Prout pluribus alibi inculcavi. 152 *Ad Vivian. in c. 2. §. 32. de reſcript. Reſp.*

Porrò quod ad paradoxum F. Romani attinet, verè paradoxum eſt, quod contraria vel contradictoria perhibeantur non circa idem, ſed circa diverſa verſari; Denique ego demortuis omnibus originarijs ſeu incolis Conventualibus trado, Statum *Monaſterij formalis* ſeu Collegij eſſe mutatum; non tamen propterea *concedo*, Statum *Monaſterij materialis* etiam mutatum cenſeri, ſed eundem Religioſum dici permanere. Quò conferunt notata Dd. *in l. proponebatur. ff. de jud. & tradita ſup. in reſolut. q. 3. c. 1. & 4.* Quod verò morte omnium Incolarum Religioſorum alicujus loci Collegium ipſum dicatur mutari, probatur ex Rebuff. in *l. Mulieris.* 13. §. 153 *Paradoxũ F. Romani refellitur.*

abeſt

Digitized by Google

abeſt & ea res, de V.S. ſub fin. ubi tradit, in rebus humanis eſſe, eſt ſuperſtitem eſſe & vivere; idē *& in l. nomen filiarum. inf. eod.* in rebus verò humanis non eſſe, eſt rem non extare, animal extinctum eſſe & mortuum, *ut hic* &c. Unde ita argumentabar, *quando Collegium aliquod tranſit ab eſſe ad non eſſe, tunc dicitur*
154 *illud Statum ſuum mutare ? At quando omnes Religioſi Originarij vel Incolæ alicujus Collegij ſimul moriuntur aut mortui ponuntur, nullo ſuperſtite, tunc fit tranſitus ab eſſe Collegij ad ipſius nō eſſe*, Ergo &c. *Maior* eſt Ariſtotelis, & probatur ex Barboſ. *in axiom. diſpoſitio* 73. *n.* 3. ubi dicit, quod omnis diſpoſitio etiam perſonæ intelligatur, *rebus ſic ſtantibus*, ſeu *in eodem Statu permanentibus*, ſecus non permanentibus, ſeu mutatis, faciunt & not. Rebuff. *d. l. Minor* eſt nunc probata. Unde Concluſio quoque ſimiliter erit probata.

Atque hinc patet, quomodo Barboſ. & Rebuff. *in loc. à me cit.* non perperam, prout F. Romanus malè aſſeruit, fuerint allegati, ut eos ipſe Authores non inſpexiſſe nedum rectè examinaſſe videatur.

§. XI.

Oſtenditur, quod Regula illa, ex qua beneficia Regularia Regularibus ſunt danda, malè à F. Romano *huc applicetur.*

155 Reſpondebam ad *confirmationem* ex L. Zech. & *Concil. Trid.* deſumptam, illic agi de *beneficiis vacantibus*, adeoque exſiſtentibus, ut patet ex ratione ſubjecta, ne alioqui in bove & aſino aretur, ne veſtis ex lino lanaque ſit contexta, *ut ſup. q. noſtra.* 3. *c.* 3. *in reſponſ. ad confirm.* 2. *probationis.* 2. oſtendi. Quomodo enim diceretur quis arare in bove & aſino, niſi hi exſiſtant. Atqui nos hic de Monaſterijs formalibus & eorum titulis non vacantibus, ſed extinctis agimus, *ut ſup. d. q.* 1. *c.* 1. 3. fuit probatum. Igitur &c.

Hinc evaneſcit reſponſio F. Romani aſſerentis, quod L. Zecchus &
156 Concilium Tridentinum non diſtinguant inter Collegium exſiſtens & non exſiſtens; quia hoc ipſo, quod loquuntur de beneficijs vacantibus, oſtendunt ſe de beneficijs exſiſtentibus agere. Alias quod non eſt, aut non exſiſtit, non poteſt dici vacare *per vulgatam regulam.* Non Entis nullæ ſunt qualitates. Unde ex *aurea Logicorum regula*, ab oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis argumentando, quod dicitur vacare, debebit eſſe aut exſiſtere. At proinde quando Zecch. & Conc. agunt de beneficijs vacantibus, de exſiſtentibus agunt, conſequenter licet ipſi in *actu ſignato* non diſtinguant, inter beneficia exſiſtentia & non exſiſtentia; tamen *in actu exercito* ex ipſius actus naturâ, illam diſtinctionem inferunt, & agnoſcunt.

Neque etiam F. Romano patrocinatur Filiuc. *in appendice poſthuma qq.*
157 *moral. tract.* 41. *de benef. Eccleſ. c.* 1. *n.* 10. quia ipſe de Monaſterijs Conventum Religioſorum habentibus loquitur, ut oſtendunt verba illa, quibus inculcat, quod

quod per eos adminiſtrari debeant; Nos autem de Monaſteriis Conventum non habentibus loquimur.

Similiter Filiuc. *in poſteriori loco ſup.c.1.* allegato nihil contra nos facit, 158
quia ipſe ibi de *Sacro* Ordine, nos autem de *Religioſo* Ordine, in quo ſtabilitas loci promittitur, agimus. Num ita F. Romanus homonymia vocis (Ordinis) Lectori illudet? Nos miſſis fallaciis ad alia pergamus.

Eodem §. XI.

Oſtenditur, quod deſolatio Mnoaſterij, de qua in §. præcedenti agitur, ſit juſta Vnionis cauſa.

Monebam bene eſſe notandum, quod deſolatio Monaſterii ob hoſti- 159
lem incurſum ſit juſta & ſufficiens unionis cauſa, & quidam ex calculo Dd. omniū Goffred. *in ſumm. de Rel. dom. n. 5. & 8.* Barbo. *lib. 3. de jure Univ. Eccl. c. 16. de Vnionib. benef. §. 2. n. 38.* Tholoſan. *de inſtit. rei beneficiar. c. 20. n. 14.* quodque falſum ſit, Titulos Monachales Monaſteriorum mortuorum non eſſe extinctos, *ut ex reſolut. q. 1. c. 2.* videre eſt.

Econtra F. Romanus *allegat.* 202. 203. 204. 205. ait, *Goffredi verba ſunt* 160
iſta; Quatuor autem ſunt cauſæ, propter quas Unio Eccleſiarum fieri poteſt, *Comment.*
propter temporis qualitatem ſeu turbationem ut 21. *q. 1. & temporis qualitas.* *Hayana.*
Item duarum Eccleſiarum vicinitas, ut ibid. Item paupertas Eccleſiæ, *ut 10.* "
q. 2. un. circa fin. Item à Clericis Vel Monachis Desolatio Vel In- "
stitutio, *ut inf. eod. quia Monaſterium. Loquuntur autem hiis locis* (ut oſtendit F. "
Romanus) ***Dd. de Vnione Eccleſiarum, quæ fieri poteſt per Epiſcopum ad*** ejuſdem qualitatis ***beneficia vel Monaſteria,*** ***adeoque ubi nulla opus eſt prævia ſuppreſſione vel extinctione Monaſteriorum, quia à ſolo Papa fieri debet. Ego verò quia favores credo ampliandos, contra omnia jura,*** ut ipſe F. Romanus nudè aſſerit, nec probat, ***interpretes allegatos Dd. loqui de inſtituenda Vnione Monaſteriorum ad Societatem, ceteris non niſi remotiſſimè ſymbolizantem, ut videre eſt*** ſup. allegat. 256. & ſeqq.

Verum de hiſce allegatis F. Romani ego *in reſolutione q. 5. c. un. §. 2.* plu- 161
ribus egi, iſtic igitur videri poterunt. Cæterum quod ad rem præſentem *Diſcuti-*
attinet, ex ſup. adductis Goffredi verbis patet, quod deſolatio Monaſterii *untur.*
ſit *juſta Vnionis cauſa*, uti etiam Barboſ. *cit. à me toto lib. 3. de jure univ. Eccleſ. c. 16. de Vnionib. benef. ſub. n. 38.* teſtatur; ſi etiam, *inquiens*, Eccleſia ab hoſtibus ſit deſtructa, vel deſolata, poteſt alteri uniri, *d. c. 2. de rel. dom.* Tholoſan. *in tract. inſtit. rei beneſ. c. 20. ſub. n. 14. cauſa 5. & 6.* qui certè non de Unione Monaſterii ad aliud ejuſdem qualitatis loquuntur, prout gratis & ſine lege F. Romanus aſſumit, ac Dd iſtis affingit.

Ut proinde hîc multipliciter F. Romanus fallat, maximè quando aſ- 162
ſerit, Goffredum loqui de Unione, quæ fieri poteſt ad ejuſdem qualitatis beneficia vel Monaſteria. Cum Goffredus aliique Dd. non tam de Unio-

ne *conſervativa* juris, quâ Eccleſiæ æquè principaliter conjunguntur, quàm
163 de *Vnione ſubjectionis* acceſſoria, quâ una alteri tanquam proprietas accedit, tractent, ut videre eſt ex Tholoſan. *ſup. cit. loc.* atque exinde colligere licet, quod tradant Eccleſiam Parochialem Monaſterio uniri poſſe, quæ certè Eccleſia Parochialis non eſt ejuſdem cum Monaſterio qualitatis.

164 Taceo, quod ad Monaſterium aliquod Conventu ob mortem omnium Religioſorum incolarum deſtitutũ ab alio tanquam membrum independens, alteri etiam alterius Religionis uniendum, minimè ſuppreſſio & extinctio titulorum requiratur. Cum illi jam antè morte omnium Conventualium incolarum nullo ſuperſtite, fuerint extincti, *c. ex parte de Conſtit. c. dilecto de præb.* & utrobique Can. Præterea, quod Religioſi Ordines in ſubſtantialibus Religionis votis ſymbolizent, adeoque perperam à F. Romano remotiſſimè dicantur ſymbolizantes.

165 Quin etiam poſito, quod alii aliorum Monaſteriorum Monachi exteri, cum mortuis hujus loci incolis propius ſymbolizent, non tamen propterea hi ex fundatione cenſebuntur vocati, ſed à Superiori Eccleſiaſtico iſtuc erit deſtinandi; aliàs haud quaquam admittendi, ut ex Conſtit. Alexandri VI. *accepimus dat. Anno* 1497. *ult. Sept.* videre eſt, adeoque contraria F. Romani aſſertio Conſtitutioni Apoſtolicæ & receptis Dd. regulis adverſatur.

§. XII.

Clem. quia contingit. de Rel. dom. & c admonet. 8. ſeſſ. 25. de Reform. Concil Trid. contra F. Romanum defenduntur.

Ego ad *quintum* F. Romani *argumentum* ex *Clem. quia contingit de Rel.*
166 *dom.* [ubi ſtatuitur, *ut quæ ſunt ad certum uſum largitione fidelium deſtinata, ad illum debeant, non ad alium, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ authoritate converti.*] deſumptũ reſpondebam; illic uſum prout ipſe ad finem verum ordinatur, accipi; quemadmodum ait Joannes Altenſteig *in Lexico ſuo Theologico*, qui à fundatoribus intelligatur eſſe *finis Cujus*, ſeu honor & amor Dei intentus, animarumq; ſalus, Rot. Rom. *deciſ. 233. n. 3. part. 1. in recentiſſ.* Quo faciunt tradita ab Auguſtino de Ancona *de poteſt. Eccleſiaſt. q. 71. conſiderat. 3. in corpore reſponſionis*, quælibet Religio, *inquiente*, debet *principaliter* ordinari ad cultum Dei & ad promotionem Eccleſiæ. Unde etiam legatum vel fideicommiſſum Religioni vel Monaſterijs &c. relictum principaliter ad cultum Dei & promotionem Eccleſiæ directum & ordinatum intelligetur, adeoque *finis Cujus* in ejuſmodi legato relicto principaliter magis erit intentus. Quæ ratio tanto magis hic obtinet, quod *finis Cui*, ſeu perſonæ legatariæ aut fideicommiſſariæ & morte omnium incolarum inſtitutorum, nullo amplius ſuperſtite de-
167 fecerit; itaque ſolus *finis Cujus* ſuperſit; quo caſu argumento Concilii Trid. *c. ad-*

Digitized by Google

*c.admonet.*8.*ſeſſ.*25.*de Reform.* Monaſteria poterunt aliis alterius Ordinis Re-
ligioſis pro Eccleſiæ utilitate conferri. Nam ita Concilium Trid. ſtatuit:
Si loca pia vel hoſpitalia ad certarum perſonarum genus ſuſcipiendum fue- »
rint inſtituta, nec IBI ſimiles reperiantur; fructus illorum in alium uſum »
pium, qui illorum inſtitutioni proximior ſit, aut pro loco aut tempore uti-
lior, convertit Epiſcopus adhibitis duobus de Capitulo, qui rerum uſu pe- »
ritiores ſint, per ipſum deligendis, niſi aliter fortè etiam in hunc caſum »
in eorum fundatione & inſtitutione fuerit expreſſum.

F. Romanus *allegat.*496. dicit, *quod iterum ex* Conc. Trid. c.8. ſeſſ.25. de 168
reform. *ubi de ſolis hoſpitalibus diſponitur, argumentor, Monaſteria deſtituta, de jure* *Comment. Hayana.*
communi poſſe aliis alterius Ordinis Religioſis conferri. Qua de re jam ſuperius alle-
gat.127. *aliquid actum ſit atq; ad eam à me in reſolut.q.*5.*cap.un.* §.2. reſponſum,
ubi igitur videri poterit.

Hoc autem loco peculiare ait F. Romanus, *quaſi textus* d. Concilii *corruptus* 169
citetur; cujus me formalia deſcripſiſſe claris verbis, & duabus lunulis in margine, tam
hic, quàm fol.1[illegible]2.col.2.ſeu q.5. cap.un. num.2. *continenter appoſitis, profitear.*
Quare amborum verba ut jacent, deſcribere ſe ait.

Textus meus paulò ante recitatus fuit; Textum autem Concilii Trid. hunc ait eſſe; 170
Quod ſi hoſpitalia hæc, ad certum peregrinorum, aut infirmorum, »
aut aliarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec in loco, »
ubi ſunt dicta hoſpitalia ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur, man- »
dat adhuc SANCTA SYNODUS, ut fructus illorum in alium pium uſum,
qui eorum inſtitutioni proximior ſit, Ac pro loco & tempore utilior, con- »
vertantur; prout ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum uſu peri- »
tiores ſint, per ipſum deligendis, magis expedire viſum fuerit, niſi aliter for- »
tè etiam in hunc eventum in eorum fundatione aut inſtitutione fuerit »
expreſſum: quo caſu, quod ordinatum fuit, obſervari curet Epiſcopus. »

Subjicitque accuſans me, *quaſi in hoc textu multipliciter deliquerim; (indu-*
cendo) 1. *quaſi Concilium dixiſſet*; ſi loca pia VEL Hoſpitalia; *ac ſi disjunctivè de*
ambobus loqueretur. Addiderim autem datâ operâ loca pia, *ut ſub hoc nomine Mona-*
ſteria facilius intelligerentur, quæ clarum eſt ſub nomine hoſpitalis *non contineri.*
2. *Vt rurſus quaſi manu occultarem* hoſpitalia, *omiſerim illa verba Concilij, ad*
certum peregrinorum aut infirmorum genus ſuſcipiendum. 3. *in eundem finem, ne*
cogerer contra meam intentionem fateri, de ſolis hoſpitalibus *Concilium loqui*
prætermiſerim iſta, nec in loco, ubi ſunt dicta hoſpitalia, ſed horum loco poſuerim
IBI, *ut præter hoſpitalia intelligerem alia quoque* loca pia, *& inde facilius*
Monaſteria. 4. *Omnino præterierim illa verba Concilii, aut* perpaucæ reperian-
tur; *tales enim perſonæ, quamvis perpaucæ, difficiliorem redderent tranſlationem ad*
Societatem. Deinde ego allegem hoc loco pro me Concilium, in caſu quo perſonæ pe-
nitus deficiunt, proinde ne illud meo caſui reclamaret, omiſerim illud perpaucæ. 5. *Cō-*
ciliū dicat qui eorū inſtitutioni proximior ſit. Ac pro loco & tēpore utilior.

cc 2 Ego

Ego videns inſtitutum Societatis, Monaſtica inſtitutioni non eſſe proximius, mutato ac in aut, *ſaltem Societatem hoc loco & tempore utiliorem, & digniorem eſſe inſinuem, ut conditiones, quas Concilium conjunctivè requirit disjurgendo, Monaſterijs cautius inſidiarer.* 6. *Denique ubi Concilium habet*, in eorum fundatione AVT inſtitutione; *Ego ſcribam in eorum fundatione & inſtitutione; quia mihi minus obſtaculi ponat unicus obex, quam duo disjuncti.*

Demum addit, *quod bis totum hunc Concilij locum utrobique ſexties depravatum Aſtri Eclipſi inſcripſerim, ut cauſam plusquam ſufficientem dederim, duodecim falſas Concilij Trid. allegationes in margine una numerandi, &c.*

171 *Diſcutiuntur.* Hactenus inſulsè ſatis F. Romanus, qui ſi fideliter & integrè citatū à me *cap. admonet.* 8. Concilii Trid. non verò mutile particulam duntaxat ejuſdem aliquam attuliſſet, ſtatim prodidiſſet, quam fraudulenter caput illud Concilii tractaſſet, quamque inaniter me impugnaſſet, prout mox oſtendetur.

Deinde ſi ipſe fideliter retuliſſet, quod ego *loc. cit.* Concilii Trid. ſenſum ex mente Joannis Honorii *in ſumm. decretal. tit. de relig. dom.* 36. *nu.* 9. ejuſdem verbis recitarim, prout *ex reſolutione q.* 5. *Aſtri Eclipſ. c. un. n.* 2. clarè patebat; haud dubiè Lector me ab inſimulata falſitate abſolviſſet.

172 Quiſquis enim allegat ſenſum legis, etiamſi verba ipſa non exprimat, ſatisfacit. Felin. *in c. & ſi quaeſtiones n.* 4. *de ſimon.* quique allegat dictum Doctoris, prout communiter habetur, non poteſt dici committere falſum, Socin. *in c. accedens n.* 31 *de crim. falſ.* ubi vide pulchra notata.

Ut verò ſuus veritati ſit locus, breviter F. Romani notabo errores & impoſturas, ex quibus detectis veritas ſup. à me aſſerta patefiet.

Falſum autem eſt. 1. quod ego *hic vel in d. q.* 5. *c. un. num.* 2. dixerim, me citare Concilii Trid. verba formalia, ſecundum literas & ſyllabas omnes.

173 *Errores vel falſa allegationes F. Romani circa Concilium Trid.* Grammaticè acceptas; Cum ego *d. q.* 5. *c. un. n.* 2. expreſſè Joannem Honorium *cit. tit. de rel. dom.* 36. *n* 9. Concilium ita citantem laudaverim.

2\. 2. Quod duarum iſtarum lunularum (*Sicelicum* vult indigitare F. Romanus) vis ac natura ſit, ſignificare, verba formalia legis vel authoris notari. Cum ejus contrarium ego *ſup.* ex Dauſquii *orthographia* oſtenderim.

Quin etiam poſito, non conceſſo, eam *Siceli* naturam eſſe; attamen ea fuiſſet à me obſervata, quod verba Honorii fideliter & integrè recitaſſem.

3 3. Falſum autem eſt, quod Joannes Honorius, nedum ego locum *Concilij Trid.* depravaverimus, aut aliquid illi addiderimus, quin potius verum, quod F. Romanus ipſum Concilii Trid. textum hic graviſſimè mutilā-

174 do & omittendo ea, quae ſecundum ejuſdem ſenſum citaveramus, corrumpat. Ita enim Concilium Trid. *cit. loc. in c. admonet. ſeſſ.* 25. *de Reform.* ante verſiculum illum à F. Romano allegatum praemittit & loquitur; *Illis verò,*

qua

Digitized by Google

quæ hoſpitalia vulgò nuncupata(NB.F.Romane)Seu Alia Loca Pia,*ad peregrinorum,infirmorum,ſenum,pauperumve uſum* Præcipue *instituta,in Commendam,adminiſtrationem aut* Quemcunque Titulum *aut etiam* Ecclesiis Suis Unita *obtinent &c.*Cujuſmodi certè verba Concilii nequaquam à F.Romano erant prætermittenda, aut ſupprimenda,ſed mecum ac cum Honorio exprimenda ac benè ponderanda;iis enim bene perpenſis ea,quæ à F.Romano fuerunt oppoſita,elidebantur,vel evaneſcebant.

Nam 1. particula disjunctiva (*ſeu*) inter hoſpitalia & alia loca pia poſita arguit, quod Concilium Trid. *d. loc.* non de ſolis hoſpitalibus,ſed de hoſpitalibus & locis piis *disjunctivè* loquatur,cujus contrarium perperam F. Romanus aſſerebat.

Quin etiam manifeſtè falſum eſt,quod ego *in d. c. admonet,* Concilii Trid.addiderim voces illas; *loca pia*; Cum eas ipſe textus Concilii Trid. antequam ego in lucem ederer,continuerit.

Quod verò *in d.loc.* Concilii Trid.*per loca pia* intelligantur Monaſteria,teſtis eſt ipſemet F.Romanus ita contra ſe *in aula ſua Asbeſto ſub n.56.pag.* 68.loquens; *Primò quia ſic finita generatione ſeu Ordine ſiniuntur pacta & conventiones inter fundatores & Ordinem inita.Nam tota periodus ſive tota complexio Ordinis,mortuis omnibus de Collegio Ordinis eſſe deſinit, deſinuntque pacta, deficientibus paciſcentibus & bona recidunt in ſiſcum Eccleſiæ Vniverſalis,aliis Religioſis,qui defunctorum inſtitutioni ſint in regula vel obſervantia proximiores,attribuenda Dd.* in c. inter quatuor de rel.dom.Concil.Trid.Sess.XXV.De Reform.Cap. VIII. Hæc ipſe. 175

NB. *F. Romanus ſeipſū refutat & redarguit ſuam allegationem falſitatis.*

Unde patet,quod pro Monaſteriis locum Concilii Trid. à me citatum F.Romanus quoque hic citet.Quod ſi igitur Concilium Trid.*cit.loc.* etiam ex F.Romani mente de Monaſteriis agit,falſum erit,quod *ſolum de hoſpitalibus* tractet,adeoque falſum contrarium ejuſdem *in d.allegat.*496 aſſertum,niſi fortè velit dicere,quod ubi ipſe Concilium Trid: *d. loc.* citaverit, benè factum ſit cenſendum; ſecus malè, ſi ego eundem locum hîc contra ipſum retorqueam,Annon quo quis jure in alium utitur,ipſe eodem uti debebit?

Alterum quoque accuſationis Hajanæ *caput* manifeſta laborat falſitate,quaſi ab Honorio atque à me iſta Concilii Trid. verba, ad peregrinorum aut infirmorum &c genus ſuſcipiendum,ſint omiſſa; cum ea virtualiter in his verbis: *hoſpitalia ad certarum perſonarum genus* ſuſcipiendum inſtituta eſſent expreſſa. Expreſſit autem Honorius verba generaliora, quia cùm videret *d. c.admonet.*8. non tantùm de hoſpitalibus,ſed etiam de *aliis locis piis* agere, neque etiam iiſdem locis congruentes perſonas *formaliter & explicitè*,ſed *virtualiter* & *implicitè* in verbis iſtis(Præcipue *ad certum peregrinorum aut infirmorum &c. genus*) adjectis contineri, ideo conformiter tex- 176

 tui

tui Concilii Trid certarum perſonarum genus ex inſtitutione Fundatorum ibidem ſuſcipiendum expreſſit, quod à nemine niſi vitilitigatore carpi poteſt. Cum particulæ (*præcipuè*) in verbis modo recitatis comprehenſæ vis & natura ſit, caſum minus dubium exprimere, & alium magis dubium includere. Barboſ. *in dict. præcipuè n.2.* adeoq; alium caſum minimè excludat, prout perperam F. Romanus aſſerebat.

Particulæ (præcipuè) vis.

177 Hinc patet *tertium* F. Romani *aſſertum*, quaſi Concilium Trid. *in d. c. admonet.* 8. de ſolis ageret hoſpitalibus, eſſe falſum. Siquidem expreſſè aliorum quoque locorum piorum meminit, ut proinde Honorius & ego rectè eadem per particulam demonſtrativam IBI indigitaverimus. Quin etiam poſito, quod Concilium Tridentinum *cit. loc.* non feciſſet expreſſam aliorum locorum piorum mentionem; attamen *ab hoſpitalibus* ad alia loca pia rectè inferretur, authoribus Ancharan. *num.* 4. & Anton. de Butr. *n.* 4. *in c. de Xenodochiis. de rel. dom.*

178 *Quarta* F. Romani *aſſertio* eſt planè cavillatoria. Annon licuit Honorio & mihi ex propoſitione *alternativa* Concilii Trid. alterum membrum præſenti rerum ſtatui applicare, etiamſi alterum oppoſitum membrum de perpaucis non attingeremus. Sanè ſi quotquot, *alterum* propoſitionis alternativæ aſſumunt, falſitatis inſimulandi ſunt, vel ipſe F. Romanus *inprimis*, qui alterum de perpaucis, membrum aſſumit, falſitatis inſimulandus erit. Quin etiam nullus Philoſophus Syllogiſmo disjunctivo, in quo *alterum disjunctionis membrum* aſſumi ſolet, ſine crimine falſi ſecundum F. Romanum uti poterit. Hoc autem eſt abſurdum, ſicut & quod de Societate ibidem aſſerit.

Similiter *Quinta* F. Romani *aſſertio* circa particulam (*ac*) cavillatoria
179 eſt, quia particula *Ac* ſubinde pro *disjunctiva* accipitur ut *in l. 1. C. ad L. Iul. de Ambitu*, & not. Barboſ. *in dict. Ac* Alber. de Roſate. *in dictionar. verb. ac.* quemadmodum etiam iſto in loco Joannnes Honorius *d. particulam* (ac) ibidem pro disjunctiva ſacris Canonibus conformiter accepit. Sive autem particula (*Ac*) copulativè, ſive disjunctivè accipiatur, nihil nobis obeſt; quia nemo inficias ibit, quod Societatis noſtræ finis & ſcopus ſit honor divinus ac ſalus animarum etiam à fundatoribus intenta, per not. Rot. Rom. *deciſ. 233. n. 3 part. 1. in recentiſſ. junct. Conſtitution. Societ.*

180 Utrum verò Societas noſtra *pro loco*, in quo Monaſterium morte omnium incolarum deſtitutum jacet, ac pro tempore hoc ſit utilior, non meum, nec F. Romani, ſed Superiorum, Summi Pontificis aliorumque Epiſcoporum erit judicare, quos & non F. Romanum *Spiritus Sanctus poſuit regere ſuam Eccleſiam* Act. 20.

181 *Nec minus Sexta* F. Romani *aſſertio* de particula (ET) frivola eſt & cavillatoria, quia cùm particula (ET) apud Honorium *copulativè* vel etiam *dis-*

disjunctivè accipi poſſit, per not. Barboſ.*dict.Et.*110.*n.*3.28.*&c.* F.Romanus autem *copulativè* duntaxat & quidem in ſenſu *compoſito, & non diviſo* contra mentem ipſius Honorii accipiat, nulli dubium erit, quin F.Romanus in vocis(ET) ſignificato cavilletur, Lectorique fallaciter imponat.

Ut hinc videre liceat, quàm parum fideliter F.Romanus Concilium Trid.*in d.c. admonet.*8. tractarit, quàmque irreligioſè cum Honorio ac mecum egerit, qui toties expreſſa Concilii Trid.*cit.loc.*verba, quibus Honorii meæque propoſitiones aſſerebantur, non erubuerit pernegare.

Eodem §. XII.

Quod ſi daretur in Ordine S.Benedicti &c.fundatio omnes omnino perſonas totius Ordinis indiſcriminatim & principaliter concernens, uti non datur tunc tamen Pontifex ex cauſa utilitatis publicæ poſſet eam alterare, remiſſivè oſtenditur.

Notandum benè ajebam in caſu, quo darentur aliquæ fundationes, quæ etiam indiſcriminatim omnes ipſius Ordinis Religioſi perſonas principaliter reſpicerent ita ut hujus loci Religioſis incolis mortuis alii aliorũ Monaſteriorum Monachi exteri ſubſtituerentur, cujuſmodi caſus exadverſum necdum eſt probatus, & ſi probaretur; quod tunc tamen ex principiis *quæſtionis noſtræ quintæ ejuſq; reſolutione* Pontifex pro publica Eccleſiæ utilitate poſſet *jus* illud *in ſpe & ad rem* Ordinis exteris illius Religioſis auferre, aliiſq; alterius Ordinis Religioſis ex eadem cauſa conferre; eò quod utilitati publicæ privata cedere debeant commoda *l.*1. *C. de primipil. lib.*12.*circa fin. l. actiones* §. *Labeo.ff.pro ſoc.c.bona.*1. *x. de poſtul.* Vel ſi id F.Romanus negaverit, ab ipſo quæro, qua ratione Ordo ipſius Benedictinus Monaſteria Auguſtinianorum, Hieronymianorum, Guilielmitarum, Eremitatum &c. acceperit? Quicquid reſponderit, ſibi dictum exiſtimet ac reſponſum. 182

Deinde ſubjiciebam, quod *ſup. q.*5.*in quæſtiuncula* 2. clauſulam hanc, *ſalvâ Sedis Apoſtolicæ authoritate*, cujus meminit *ſup.cit.Clem.quia contingit.* oſtenderim non eſſe reſervationem, ut malè F.Romanus aſſerebat, ſed diſpoſitionis ipſius *in d.Clem.quia contigit*; limitationem. 183

§. XIII.

Oſtenditur, non obtinere hic regulam, quod non ſit diſcooperiendum unum altare, ut alterum cooperiatur, ac fletus unius ſit riſus alterius, &c.

Ego ad *confirmationẽ* ex Zabar.*in d.Clẽ.quia cõtingit*, deſumptã Reſpõdebã, ipſũ de Monaſterio Conventu nõ deſtituto, ſed adhuc ordinato inſtructoq; agere 184

agere uti propoſitioni illi (*quod res* ORDINATA *ad unum uſum pium non debeat trahi ad alium uſum pium*) ſubjecta ibidem argueret ratio, ne videlicet *unum altare diſcooperiatur, ut cooperiatur alterum,* quæ ratio idem, quod hæc regula importaret; *alteri per alterum non debet iniqua inferri conditio.* Barboſ. *in tract. axiom.* 22. *n.* 1. *&* 2. Hæc verò regula ſupponit & agentem & patientem in rerum exiſtere natura, quemadmodum etiam utriuſque exſiſtentiam ſupponit ratio à F. Romano allegata, quod videlicet *fletus unius, non debeat eſſe riſus alterius.* Si verò neuter exſiſteret quomodo alter flere, ridere alter diceretur, quippe cùm non Entis nullæ ſint qualitates, nullivè effectus.

Atqui nos agimus de Monaſteriis conventu ob mortem incolarum Religioſorum deſtitutis, adeoque de caſu, quo nulli illius loci incolæ Monachi dantur, nec amplius exſiſtunt, ſed extincti ſunt Igitur &c.

185 Deinde regula illa, quod unum altare non ſit diſcooperiendum, ut alterum cooperiatur, vel ne uni per alterum iniqua conditio inferatur, tunc obtinet, quando altare illud reipſa eſſet coopertum; ſecus quando illud eſſet nudum & diſcoopertum; Hoc verò in caſu noſtro d. altare ob mortem omnium non fuit coopertum, ſed diſcoopertum Igitur, &c. Deinde ſi d. altare eſſet (prout non) coopertum, adhuc tamē nō officeret; quia d. regula diceretur obtinere, quando id *privatâ authoritate* ac *ſine ulla cauſa* fieret; ſecus quando ex *publica ſuperioris auctoritate*, juſtâ interveniente causâ neceſſitatē vel utilitatem ſacræ reipublicæ & Eccleſiæ reſpiciente jus alicui in ſpe duntaxat competens ad alium transferretur. Tunc enim minimè illi conditio iniqua inferretur, per not. Cagnol. *in d. l. non debet alteri ff. de R. I.*

Hinc quando ſuæ ſanctitatis authoritate ex publica Eccleſiæ utilitate unum Monaſterium Conventu ob mortem omnium Religioſorum incolarum deſtitutum (ad quod exteri ejuſdem Ordinis Monachi ponuntur, ſed non probantur habere jus in ſpe) ad alios alterius Ordinis Religioſos transferretur, non exteris illis, nec ulli alii conditio iniqua inferretur. Nam aliàs quomodo F. Romanus ſuum Ordinem defendet, quando ipſe Hieronymianorum, Auguſtinianorum, Guilielmitarum, Eremitarum Monaſteria accepit?

§. XIV.

An & quando ſtatus Eccleſiæ mutari poſſit, & num hoc in caſu noſtro detur aliqua mutatio ſtatus Eccleſiæ.

186

Mutatio ſtatus Eccleſiæ multipliciter conſideratur.

Ad 6. fundamentum *de mutatione ſtatus*, Reſpondi, quod hîc duplex mutatio ſtatus intervenire poſſit, aut ipſius loci ſacri, aut ipſius perſonarum. Rurſum mutatio loci ſacri dupliciter contingere queat, vel quoad eſſe ſacrum ipſius loci, vel quoad ejus qualitatem regularitatis & ſæcu-

lari-

Digitized by Google

laritatis.Si de *priori* agatur mutatione,certum ſit,quod mortuis omnibus huius loci Sacri Collegis incolis,non propterea ipſius loci Sacri ſtatus ſit mutatus, neque ſubſtitutione aliorum Religioſorum vel Clericorum mutetur, mutatur autem,ſi in uſum profanum converteretur,quod ab Epiſcopo fieri nequit,ut *in Reſolutione q.1.c.4.* fuit oſtenſum. De huiuſmodi mutatione ſtatus hic nobis quæſtio non eſt.

Quod attinet mutationem ſtatus loci Sacri quoad eius qualitatem regularitatis vel ſæcularitatis,ea duplex in iure intelligatur;altera poſitiva,eaque viciſſim ſecundum M.Eugenium *conſ.43 n.47 uſque ad n.60.lib.1.* duplex; 1.*ſimplex & perpetua*,ut quando Eccleſia Regularis per 40 annos citra diſpenſationē ſæculari cōferretur,tunc enim eſſet Status Regularitatis mutatus,ſecundo *temporaria & qualificata*,ut quando interveniente diſpenſatione regularia ſæcularibus conferrentur,prout fieret,ſi ea alicui in commendam darētur. Quin etiam ſtatus huiuſmodi alicuius Eccleſiæ prior vel expreſsè,& formaliter,vel implicitè & per conſequentiam ſupprimi poteſt,ut ſi de eo loco nova fiat diſpoſitio & introductio alicuius qualitatis à priori diverſæ. Alber. de Roſat.*in l.inter ſtipulantem* 84.§.*ſacram. ff.de V. O.* Altera *negativa* foret,ſi mortuis omnibus alicuius loci Regularibus,nulli illius qualitatis Regulari à multo tempore conferretur,atque de hac,ſicut & de mutatione ſtatus perſonarum quæſtio eſſe poteſt,*Vtrum hac ob mortem omnium Religioſorum incolarū huius loci nullo ſuperſtite,ſaltem negativè accidat?* Et ſtatuendum eſſe dixi, quod hoc caſu intervenit mutatio ſaltem negativa.

Nam mutatio ſtatus *negativa* intelligitur,quando fit ab eſſe alicuius ad illius non eſſe tranſitus. Atqui mortuis omnibus alicuius loci Religioſis incolis nullo ſuperſtite nec ullo illius qualitatis Regulari per longiſſimum tempus ſubſtituto,fit & cenſetur fieri ab eſſe ipſius qualitatis loci ad non eſſe *tranſitus*.Igitur &c.Hæc tamen mutatio *negativa* qualitatis ſtatus alicuius loci non impedit,quo minus prior qualitas ſtatus illius loci nim.*eadem regularitas* introduci poſſit,ſecus eſt in mutatione ſtatus poſitivâ eaque abſoluta,quæ fit per introductionem novæ qualitatis à priori diverſæ,hæc enim omnino impedit,quo minus ea durante prior qualitas reſtitui poſſit. Alber. de Roſat.*in d.§. ſacram.* 187.

His ſuppoſitis,quæritur,*Utrum locus aliquis Sacer Statu ipſius quoad qualitatem regularitatis ob perſonarum Religioſarum obitum,nulla eis à longiſſimo tempore facta ſubſtitutione,ita negativè mutato,poſſit alijs alterius Ordinis Religioſis iure citra ullius iniuriam aſſociari?* Et Reſpondi,quod ſi F Romanus hoc neget, qua ratione ipſe ſuum defenſurus ſit Ordinem,quando à ſæcularibus Canonicis Eccleſias accepit Collegiatas , atque alia aliorum Ordinum Religioſorum Monaſteria. 188.

Deinde Reſpondi,quod iura à F.Romano allegata ſolum de ſtatu & con- 189.

conditione ipſarum rerum ſacrarum *quaſi eſſentiali*, non vero *accidentali* qualitatis mutanda agant, vel certe caveant, ubi qualitas aliqua reipſa & actu reperitur in aliquo Convẽtu ſuperſtite exiſtens, ipſa ſine cauſa nõ mutetur. Quibus & nos quoque aſſentimur, nec ea quicquam contra nos faciunt. Cum Pontifex ea bona ex utilitate Eccleſiæ alijs alterius Ordinis Religioſis recte aſſociaverit, ut jam ſupra pluribus eſt comprobatum. Igitur &c.

190. Denichius de caſu fundamenti quarti loquitur, ideoque quod ibi reſpondimus, non eſt, quod huc repetamus.

§. XV.

De Decretis Imperatorijs Reſpondetur remiſſivè.

191. Aiebam, *VII.* fundamento de Edicto Cæſareo & decretis Imperatoris jam *ſup. in qq. 2. & 3. earumque reſolutionibus*, abunde ſatisfactum eſſe, ideoq; illuc benevolum lectorem remittebam.

192. Illud hic ſolum obſervari cupio, quod licet Ferdinandus II. Imperator felic. record. multa Monaſteria Conventibus deſtituta Ordinibus antiquis reſtitui voluerit; tamẽ aliqua ex ſuæ Sanctitatis etiã voluntate pro bon. Reipub. Chriſtianæ ad ſalutem animarum fideique propagationem Societati aſſignarit, quemadmodum ſua Majeſtas in ſuis ad Reverẽdiſſimum Commiſſarium Generalem Ordinis Ciſtertienſis 16 *Octob.* 1630. eſt conteſtata, ut proinde contraria F. Romani aſſertio veritati repugnet.

§ XVI.

Bona Monaſteriorum Conventu deſtitutorum veniunt ijs, qui à Pontifice, vel Epiſcopis ſubſtituti ſunt, reſtituenda.

193. Reſpondebam VIII. fundamentum exadverſum allegatum in eoque de ſubſtitutione eiuſdem Ordinis Religioſorum faciẽda aſſumptũ, ex ſupradeductis redargui falſitatis. Cum ſecundùm citatos *authores*, bona Monaſteriorũ ob mortẽ omnium incolarũ Conventu deſtitutorũ, ſint eorum, qui in defunctorum locum ſubſtituentur. *Vid. quæ in reſolut. q. 2. cap. 4. & append. tum q. 2.* fuere deducta.

Quod ſi igitur alij exteri Religioſi eiuſdem Ordinis in Monaſteriũ ob mortem omnium Conventu deſtitutum eiuſque bona à Superiore legitimo ſubſtituãtur, horum ea erũt; ſin verò alij alterius Ordinis Religioſi à Superiore legitimo in bonum Eccleſiæ ſubmittantur & ſubſtituantur, illorum, & non aliorum exterorum eiuſdem Ordinis Religioſorum ea bona erunt.

194. *per Conſtit.* Alexandri VI. *accepimus, dat.* 1497. *ult. Sept.* Acceditque ratio, quod cum alij *ſubſtituendi* in genere accepti ſint indefiniti, nec definiti, ſed à Superiore legitimo definiendi, quibus ſe ipſa in *executione* dominium acquiretur, fiet

ut

ut ijs, quos ipſe Superior definierit ac re ipſa inſtituerit, vel introduxerit, vel etiam ſubſtituerit, non verò alijs dominium illius Monaſterij Conventu deſtituti, eiuſque bonorum acquiratur. per not. *in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & Cler.* Hinc patet falſam eſſe contrariam F. Romani rationem, quaſi Monaſteria Conventibus deſtituta ſint aliorum exterorum eiuſdem Ordinis Religioſorum; ſiquidem hæc directò d. Conſtitutioni Alexandri V I. *accepimus.* contradicit.

Quod ſpectat ad delictum perſonarum, conſtat illud toti Conventui, ſi ab ipſo commiſſum ſit, non Eccleſiæ præiudicare, ideoque ipſum Conventũ inde expelli poſſe. *ut ſup. q. 2. & alibi* fuit oſtenſum.

§. XVII.

De aſſerto Brevi Apoſtolico pro Ordinibus antiquis dato diſquiritur.

Reſpondebam *ad* IX. F. Romani fundamentum; allegari quidem à F. Romano in Aſtr. *q.* 1. *n.* 106. S. D. N. Vrbanum Papam VIII. pro antiquis Ordinibus reſcripſiſſe; at non probari. Perinde autem eſſe, nihil allegare, vel allegatum non probare. Barboſ. *axiom.* 20. *n.* 2. ideoque per nudam F. Romani allegationem & quidem ex relatione tantum unius Abbatis, eiuſque partis, cuius ſimul negocium agitur, factam non poſſe infringi aſſertionem P. Laymanni in *primo proœmio ſub n. 6.* allatam, qua motu proprio S. D. N. Vrbanus Papa VIII. pro Societate noſtra reſpõdiſſe perhibetur. Siquidem hæc aſſertio de motu proprio Vrbani VIII. ipſiſmet Cæſareis literis ad Generalem Commiſſarium 16. Octob. 1630. datis, atque aliunde cõfirmatur, ut alibi videbitur. 195.

Et quare potius F. Romano nudè aſſerenti, quam P. Laymanno, etiam, ſi hic nudè contrarium aſſeruiſſet, credetur? An non F. Romanus in ſimilibus jam ſæpius falſus eſt & fefellit? Annon author ipſius, à quo ſe cognoviſſe dicit, ſuſpectus eſt, quod ſit pars adverſa litigãs? Annon abſurdũ eſſet, ipſum audire, cuius reprobatur author. *c. licet ex quadam de teſtib.* 196.

At ſecus eſt in P. noſtro Laymanno, cuius authores nequaquam à F. Romano reijci queunt aut reprobari, Laudat is *q.* 1 *præamb. fol.* 5. Eminẽtiſ. D. Franciſcum Cardinalẽ Barberinum, qui *Anno* 1630. 24. *Ian.* Ill.*mo* tunc Nuncio Apoſtolico Viennẽſi, nunc E.*mo* Cardinali Ioanni Baptiſtæ Pallotto, quin imo ipſum S. D. N. Vrbanum Papam VIII. *qui Anno* 1629 eidem Domino Cardinali reſcripſit, ut S. C. M.*ti* intimaret, non omnia Monaſteria, quæ recuperantur, Religioſis eorundem Ordinum eſſe reſtituenda, ſed aliqua pro Collegijs Societatis Ieſu, & Seminarijs Parochorum &c. eſſe ſeligenda, *defenſ. proœm.* 1. *n.* 6. quemadmodum S. C. Maieſtas *in Præfatis literis ad Generalem Commiſſarium Ordinis Ciſtercienſis* ſe de eo monitam conteſtatur, Vt proinde hic nulli dubium amplius eſſe poſſit,

 quin

Digitized by Google

quin vera fuerit P. Laymanni *noſtri aſſertio*; Contraria verò F. Romani falſa.

197. *Adhac eadem* aſſertio P. Laymanni *ex literis Illuſtriſsimi Principis Pauli Savelli Oratoris Romani ad S.C. Maieſtatem Romæ 26. Ian. 1630. datis* comprobatur, in quibus aſſeverat, Monaſteria Conventibus deſtituta, non eſſe Ordinum antiquorum, nec hos in ea jus habere; cum illa Religioſis, quæ obtinuerunt, ex Officialium Romanorum reſolutione perhibeat *donari*, At quæ propriè alicui donantur, illa nullo iure cogente fiunt, ſed ex ſola liberalitate donantis proficiſcuntur *l. 1. in princ. ff de donat*.

2. Subeſſe cauſam utilitatis & neceſſitatis Eccleſiæ, ut ex Monaſterijs quibuſdam Seminaria erigantur.

3. Officiales Romanos reſpondiſſe, S.C. M*tis* voluntati ſe ſatisfacturos, quatenus fieri poſſit. Id autem poſſe dicimus, quod de iure poſſumus.

Vnde cum de jure ipſi Officiales Romani reſpõderint, neque ex eo ſe ad Monaſteria Conventibus deſtitura eiuſdem Ordinis Religioſis tradenda non obligatos agnoſcant, mirum eſt, quâ ratione F. Romanus illis obligationem imponere aut poſſit, aut velit.

198. *Comment. Hayana.* F. Romanus *allegat.* 362. dicit, *me affirmare, quod ipſe* in Aſtro q. 1. n. 106. *allegarit Vrbanum VIII. Papam pro antiquis Ordinibus reſcribentem. At verò nullius ipſe Reſcripti Pontificij uſpiam ibi meminerit: niſi forſan mibi idem ſit Reſcriptum Principis, quod viva vocis oraculum, qua ratione & apes Barberinas hic reſcripſiſſe, nil erit exoticum.* Idem ipſe *allegat.* 497. repetit, *quod viva vocis oraculum Vrbani VIII. Domino Hilarioni Abbati Ordinis Ciſtercienſis, non Benedictini redditum ſit. &c.*

199. *Diſcutitur. Reſcribere quomodo in iure accipiatur.* Verum F. Romanus, qui hactenus in Canonibus & Logicis impegit, nunc etiam in Grammaticis impingit, neſcius quod verbum *reſcribere*, non ſemper ſcripturam, aut reſcriptum atramento exaratum inferat. Budæum ipſe non videtur volutaſſe, qui *in l. ſi vir vxori, ff de praſcript. verb.* refert apud Servium Grammaticum verbum *reſcribere*, idem etiam ſignificare, quod reddere, ut patet ex illo Terentij in Phormione.

Sed tranſi ſodes ad forum, atque illud mibi
Argentum jube rurſum reſcribi Phormio
Phor. *Quod? nae ego perſcripſi porro illud, quibus debui.*

Vbi *reſcribere* argentum, ſignificat idem quod *pecuniam reddere, perſcribere* eſt *dare*. Ita etiam dicitur jus aliquod tranſcribi id eſt, transferri. An neſcit F. Romanus quod S. Apoſtolus 2. *Cor.* 3. *v.* 2. & 3. dicat, *Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus manifeſtati quod epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis &* SCRIPTURA NON ATRAMENTO *ſed Spiritu Dei Vivi: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis Carnalibus*

Digitized by Google

libus, &c. Aut neſcit F. Romanus, quod *Pſalmographo Pſalm.* 44. *v.*2. dicatur *Lingua mea calamus ſcriba velociter ſcribentis.*

Quando igitur Pontifex ad propoſitam quæſtionem *lingua ſeu voce* reſpondit, *calamo ſcriba velociter ſcribentis, non atramento, nec in charta,* ſed in cordibus quærentium carnalibus *reſcripſiſſe* intelligitur, vel certè ex Budæo quando dicitur reſponſum reſcripſiſſe, intelligetur *vivæ vocis oraculum* reddidiſſe.

Deinde aſſertum illud *vivæ vocis oraculum,* ſive Abbati Ciſtertienſi ſive 200 Benedictino redditum eſſe perhibeatur, parum refert. Cum utrique tanquam parti colligitanti & teſtimonium in propria cauſa ferenti non credatur, eo quod nullus in propria cauſa ſit idoneus teſtis. *l. nullus ff. de teſtib.* Hæc ad cavillationem F. Romani elidendam ſufficiant.

§. XVIII.

Tranſlationes Monaſteriorum non tantum ab uno ſexu in alium, ſed etiam ab uno Ordine in alium fuerunt facta, & tranſlatione ab uno ſexu in alium facta F. Romani propoſitum evertitur.

Reſpondebam ad X. F. Romani argumentum, falſum eſſe, quod cata- 201 logus noſter ſolum oſtendat, quaſi tranſlationes Monaſteriorum ab uno ſexu ad alium intra eundem Ordinem ſint factæ. Cum longe aliud *Catalogus* ipſe ſuperius recenſitus loquatur; nimirum quod vel Monaſteria ab uno ordine in alium fuerint tranſlata, vel quæ olim fuerant unius Ordinis, poſtmodum alijs alterius Religioſis fuerint aſſociata & unita.

Dein aiebam, poſita etiam F. Romani hypotheſi, quod tranſlatio- 202 nes Monaſteriorum ab uno ſexu in alium intra eundem Ordinem fuiſſent factæ, tunc tamen per eam ipſe omnia ſua ſuperius allata principia everteret, videlicet, *quod voluntas teſtatorum non ſit mutanda,* eò quod deſtinata ad unũ uſũ pium, non ſint etiam ad aliũ ſimilem uſum transferenda; tum ſi naturalis & divini iuris obligatio eſſet, ut Monaſteria Conventibus deſtituta alijs eiuſdem Ordinis & qualitatis perſonis reſtituenda eſſent, non poſſent citra iuris naturalis & divini læſionem in alias alterius qualitatis & ſexus perſonas transferri. Neque hoc tantum *in Germania,* ſed & ubivis locorum eſſet obſervandum. Cum obligatio Iuris naturalis ac divini non ad certum locum Germaniæ reſtringi poſſit, ſed ad quævis loca orbis terrarum extendi ac porrigi debeat. Ut proinde F. Romanus *cit. loc.* immeritò P. Laymannum talia vrgentem reprehendat.

Certè cum F. Romanus ex eo, quod Monaſteria ab uno ſexu in alium intra eundem Ordinem transferantur, quod concedat propterea Teſta-

torum voluntates non mutentur, nec obligatio juris divini ac naturalis violetur, neceſſe eſt, ut etiam concedat, contrarias ipſius F. Romani aſſertiones & argumenta non concludere.

203 *Commenta Hayana* F. Romanus *allegat.* 363. dicit, *quod ego incuſem illum, quaſi docuiſſet,* q. 2. Aſtri. n. 5. *translationes Monaſteriorum olim* TANTUM *ab uno ſexu in alium intra eundem Ordinem factas eſſe. Aſſeritque me labi memoria. Nam ſi bene meminiſſem, ſcirem utique ſe non locutum fuiſſe de Catalogo ſuperius à me allato & triennio poſt Aſtrum inextinctum excuſo fol.* meo 176. & ſeqq. *ſed de illo, quem Paulus Layman expanderat* in Appendice nuncupatæ ſuæ iuſtæ defenſionis, fol. 10. & ſeqq. *Imò neque de toto illo Catalogo locutus erat, ſed de* 56. *Monaſterijs duntaxat illius Catalogi. Capiam ipſius verba, & mea in pharetram recondam.* Porrò numerantur, *ajebat,* in eo Catalogo Laymanni minimum 56. Monaſteria, quæ opponens computat inter Germaniæ Monaſteria tranſlata ab uno Ordine ad alium, Quorum tamen nullum taliter translatum eſſe deprehendimus, ſed vel ſunt extra Germaniam, vel manſerunt in uno eodemque Ordine, & translatio tantum inſtituta fuit ab uno ſexu ad alterum, nulla facta alienatione ab ipſo Ordine, vel demum ex Eccleſijs ſæcularibus factæ ſunt Regulares, idque de jure communi, *glo. in c. ſtatuimus.* 19. *q.* 3. *verb. quæritur.*

En ut ipſe ſolum de 56. *Monaſterijs loquatur, quæ in triplici differentia inveniri dicit, nullumque ipſorum quod ab uno Ordine ad alium fuerit translatum. Ego duabus differentijs omiſſis* tertiam *unicam allegem, & inſuper ipſum volens arguere &c. ajam, Monaſteria ſaltem alia mei Catalogi, ab uno Ordine Religioſo in alium translata fuiſſe, &c.*

204 *Diſcutiuntur.* Hactenus F. Romanus, qui propoſitionem hanc concedere debet, quod aſſeruerit *translationem Monaſteriorum à P. Laymanno recitatorum olim tantum ab uno ſexu ad alium intra eundem Ordinem factas fuiſſe;* quam aſſertionem ego ex ipſiſmet exemplis à P. Laymanno *in d. appendice juſtæ defenſionis* allegatis redargui falſitatis. Neque propterea quod intra vel extra Germaniam acciderint, poſſunt dici, aſſertum jus fundationis variare, ut ſi eiuſmodi translationes in Germania fiant, ius fundationis violetur, ſecus ſi extra Germaniam acciderint, Cum fundationes teſtatorum non minus extra, quàm intra Germaniam ſint obſervandæ. Neque propterea, quod à me poſt triennium exempla ex eodem P. Laymanni Catalogo & *appendice* ſint extracta & propoſita, ſuàm mutavere naturam, ut ſint nova & alia, Cum ex ſolo temporis decurſu natura rerum geſtarum & exemplorum minimè varietur.

Neque etiam propterea evadit, quod *tertio* addat, Eccleſias ſæculares in Regulares converſas; cum prima fundatio non Regulares, ſed ſæculares Eccleſias intenderit, quomodo igitur F. Romanus volet

ſalva

ſalva Teſtatorum fundatione Eccleſias ſæculares in Regulares converti poſſe?

Ex quibus apparet, quod F. Romanus ubique diverticula quærat, cum undique firmis jurium, Dd. & rationum munimentis urgeatur, quibus oſtenditur, quod alienigenis vel exteris aliorum Monaſteriorum ejuſdem Ordinis nequaquam ad Monaſteria Conventibus deſtituta ex iure Canonico, civili aut Reſcriptis Imperatorijs vel etiam vivæ vocis oraculo Summi Pontificis aliquis debeatur acceſſus; licet ſubinde, imò ſæpius ex gratia is pateat ac ijſdem permittatur. 205

Unde ex omnibus hactenus ſupra deductis relinquitur, quod cum Conventus Religioſi ob mortem omnium incolarum Religioſorum ſint extincti, adeoque tituli eorundem & privilegia corporalia ac dignitates cura & conventibus vacuæ expirarint, bona quoque eorundem ab alijs Monaſterijs utpote membrum proprietatis independentia ſint vacantia, nec ab alijs occupata vel poſſeſſa, poſſit Pontifex ordinariâ ſuâ poteſtate licitè & legitimè minoribus quatuordecim annorum, adeoque non ejuſdem qualitatis & Ordinis perſonis teneatur conferre, poſſitque conſequenter non obſtantibus teſtatorum voluntatibus aut concordatis ſeu pactis Conventis Nationis Germanicæ utpote de caſu illo minimè loquentibus, nec etiam utilitati Eccleſiæ repugnantibus, nec poteſtatem Summo Pontifici tanquam ſupremo capiti & juriſdictionum conceſſionumque Eccleſiaſticarum fonti eripientibus, aut ejuſdem poteſtatis uſum contra Eccleſiæ utilitatem non reſtringentibus Eccleſias ſæculares Regularibus, vel Monaſteria Conventibus ſuis pro certo illo loco, aut certis illius loci originarijs vel incolis, non autem pro alienigenis vel exteris aliorum locorum, nedum pro toto Ordine per univerſum terrarum orbem diſperſo fundatis deſtituta, alijs alterius Ordinis Religioſis in Eccleſiæ utilitatem ex præſumpta Teſtatorum voluntate, atque ex juris Canonici præſcripto unire & aſſociare, quemadmodum pluribus S. Rotæ Romanæ deciſionibus fuit comprobatum. 206

Ut proinde contrariæ F. Romani aſſertiones ordinariæ Summi Pontificis poteſtati, eiuſque legitimo uſui & exercitio plurimum derogent, eique omnino contrarientur, ac velut ſacrilegij reæ veniant omnino reijciendæ.

* * *

RE-

RESOLVTIO

QVÆSTIONIS VIII.

De Monaſterio VVoltigerodano.

NOtaveram, quod F. Romanus nonnullas Quæſtiones, quæ partim *Monaſterium VVoltigerodenſe*; partim *promiſſionem Abbatum* Societati factam, ac textum S. Evangeliſtæ Lucæ, partim alia concernerent, operi ſuo admiſcuiſſet, ex quibus duæ aliquam cum quæſtione præcipua affinitatem habere viderẽtur; tertia vero omnino ſeparata eſſet, quas ſeorſim pertractavi.

§. I.

Narratio partis adverſæ Accuſantis.

Hac vero quæſtione 8. referebam, quod F. Romanus *in Indice ſuo lit.* „ *VV.* aſſereret.

„ VVoltigeroda Monaſterium Ordinis Ciſtertienſis Monialium in in„ feriori Saxonia, ſabbatho, Palmarum Anno 1631. Violenter per manus quo„ rundam Ieſuitarum è templo & Monaſterio eiectis Monialibus à P. Rectore Goſlarienſi occupatur, qui mirabilis fuit proceſſus *q.1. Aſtri.n.97.*

Reſpondebamque initio à F. Romano aſſeri quidem dictum Monaſterium VVoltigerodenſe violenter eiectis Monialibus à P. Superiore Goſlarienſi fuiſſe occupatum, at id nec litteris, nec teſtibus, nec ullo probabilis „ Argumenti indicio doceri, nec doceri poſſe, ideoque calumniari dicendum „ eſſe, *ex l. 1. ff. & tot. tit. Cod. de calumn. tot. tit. C. de jureiur. propter cal. dand.*

F. Romanus *allegat* 385. tandem poſt multas calumnias dicit, *quod in teſtes adducat eas ipſas perſonas, quæ proceſſui interfuerunt, hæ audiantur ad Dominum Officialem* ita ſcribentes.

„ **Proceß**

„ Welcher ſich mit den Geiſtlichen Cloſter-Jungfrawen den 12. Aprilis „ im Jahr 1631. zu Woltigeroda verlauffen/ welchen ſie ſelber geſchrieben vnd „ dem Herrn Official vberſchicket haben.

„ Vnſer demütiges gebett mit wünſchung zeitlicher vnd ewiger wolfahrt/ „ Hochwürdiger Geiſtlicher Vatter vnd Official.

„ Vnſeren erbärmlichen zuſtandt / können wir arme verlaſſene Wei„ ſen nit verhalten/ wie die PP. der Societät am Sonnabent/ vor dem Palm„ tag ſo vnbarmhertzig mit vns vmbgangen / dann ſie mit dem Herrn Ampt„ man von Windela/ ſambt dem alten vnd new angenommenen Vogt ſolche geſellen/ mit welchen man pflegt Schelmen vnd Dieb zu fangen / in vnſer Clo-

Digitized by Google

Cloſter Woltigerod/ in welches wir von vnſerem Geiſtlichen Vatter Herren Prelaten von Walckenried Subdelegirtem Commiſſario, dem Käyſerlichen Edict nach zu leben/ darein geſetzt/ zwiſchen 6. vnd 7. vhren kommen/ da wir noch in vnſerem gebett auff dem Chor / von gemeltem Amptman vnd Jeſuitern mit vngeſtümm auffgefordert / wir ſolten hinauß gehen. Seind aber nach vnſerer Ordnung in vnſern Stülen kniendt verblieben vnd darauff geantwortet/ wir weren in der gehorſam vnſers H. Ordens/ auß deſſen befelch wir nicht weichen dörfften. »

Nach dieſem hab ich Jungfraw Maria Kögel Profeſſin/ den Stull mit gefalten händen ergriffen/ vnd daran mit allen kräfften mich gehalten/ da haben mich obgemelte zween / vnd ein Jeſuiter Novitius die händt mit gewalt abgeriſſen / mit beyden armen ergrieffen/ vnd der Jeſuiter Novitz/ mich vmb den Leib gefaſſet / vnnd alſo mit gewalt halb getragen/ halb geſchleifft biß auff den Steul des Chors. Wie ich aber geſchrien Gewalt/ Jeſus Gewalt / ihr werdet mich gantz ermorden / (dan ich konte nit mehr athem bekommen) haben ſie mich zum Chor hinauß geſchleiffe / vnnd alda einen Stull bekommen/ Inmittelſt iſt vnſer Geiſtlicher Beicht-Vatter darzwiſchen kommen / mich auff dem bodem ſitzendt vnd ſchreyendt gefunden/ Gewalt/ ſie mich mit gewalt widerumb auffgehoben/ in denſelben Stull geſetzt/ vnd gehalten / nachmals durch den Creutzgang getragen / in welchem als ſie mit mir geruhet/ wolte ich jhnen entlauffen / ſie haben mich aber dermaſſen widerumb gehalten/ daß ich ſchwerlich athem ſchöpffen/ vnnd mich alſo zu deß Cloſters Clauſur hinauß getragen. Weil ich der forcht halber bin vber die äcker gangen/ zwiſchen den Vogten biß an den Kirchhoff/ habe ich mich auß raht meines Beichtvatters an die Mawren gelehnet / warauff ich auß befelch deß Herren Amptmans/ von bemeldten zweyen/ ſo mich bey den händen / welche ich jhnen doch nicht reichen wollen / ergreiffen wolten mit beyden Armen angefaſſet/ gleich wie ein vbelthäterin hingeführt. Vnderwegs aber mich an ein Wagenrad gehalten / davon ſie mich mit ſolchem gewalt geriſſen/ daß ich an den Armen ein kratz bekommen vnd alſo mit mir vmbgangen/ daß ich des andern Tags gantz vbell auffgeweſen/ vmb dieſen orten geſchwollen vnd vmb die Brüſt einen jnnerlichen vnd eußerlichen ſchmertzen/ ſampt zugefügtem ſchrecken erlitten/ vnd habe nicht anders vermeint/ ich würde ſolches nimmer vberwinden. »

Nach mir iſt gefolget die Adeliche Jungfraw Anna Lucia von Dernbach Ihr. Käyſerl. Mayeſt. Herrn Vice-Canzlers nechſt verwandte Blutfreundinne/ welche ſie gleichfalß in beyſein vnſers Geiſtlichen Beichtvatters mit gewaldt auß dem Chorſtul gezogen vnnd geſchleifft / welches der Pater wiederſprochen/ vnd zu dem P. Rectori geſagt/ er hette nit vermeint das er ſo ein man wäre vnnd in ſo Heiliger zeit ein ſolches weſen anfienge / auch »

zu den Vögten/ſie ſolten gedencken/daß ſie Jhr Mayeſt. Vice Canzlers nechſte Baſen angreiffen. Es hat aber nichts geholffen/ſondern ſie mit vngeſtümme fortgefahren/ſelbe außerhalb des Chors in ein Stuel geſezt/ vnd durch die Kirchen biß vor das Cloſter hinauß getragen.

Die Dritte/ war der obgeſezten leibliche Schweſter Anna Sidonia von Dernbach/ welcher ſie gleichſals die hände mit gewalt vom Chor loßgeriſſen/ vnd hat ſie folgents der Jeſuiter Novitius auch in der mitten gefaſſet vnnd hinauß geſchleifft. Nachmals auch auff einen Stull geſezt/ als ſie ſich an die Chor thür mit beyden händen faſt angehalten/ aber bald widerumb loßgeriſſen wurde/ iſt ſie von bemelten dreyen Perſonen/ wie die vorige ihr Schweſter zur Kirchen hinauß getragen worden. Vnder werendem tragen/ ſagte ſie zum Jeſuiter/ ob dieß der danck were/daß jhr Herr Vetter Seel. beym Collegio zu Fulda ſo viel guts gethan? Wer ſie hinauß trüge/ der werde den Vice-Canzler auch hinauß tragen/ es hat aber nichts geholffen.

Die Vierdte/ war Anna Christina von Hideſen/welche ſie kniende biß zum Stull/warauff ſie geſezt wardt/ getragen/vnnd ebener maſſen durch die Kirchen hinauß geſchleifft haben.

Die Fünffte/war Anna Catharina von Viſchborn/welche ſie wie die vorigen auß dem Chor-Stull geſchleifft/in Stull geſezet/vnd alſo biß zum Cloſter hinauß getragen haben.

Dieſes können wir alle vor Gott vnnd allen Heyligen bezeugen.

Nach vnſerem hinauß führen haben ſie denen 4. angenommenen Kinderen befohlen/ſie ſolten ſich auch alsbald fortmachen/im widrigen jhnen auch alſo widerfahren werde.

Alſo ſeind wir miteinander/ vnerhörter vnſer auß vnſerem Gotteshauß verſtoſſen worden/ vnd weil ich Anna Lucia von Dernbach von vnſerem Genädigen Herrn Vatter als eine Profeſſin bin angenommen worden/ ſpricht der P. Rector er wiſſe auch was Profeß ſey/ ſie könte noch wohl in die Welt gehen/ vber welches ſie geantwortet/ ſolches auff jhr gewiſſen ſie nicht nehmen wolle/ warauff der Pater Rector widerumb geſagt/ aber ewer Obrigkeit könte das thun. Gleichſals hat jhm die ander Schweſter Anna Sidonia vorgeworffen/ſie ſey eben ſo wohl in jhrem gewiſſen/ vnnd vor Gott Profeß. Darauff er in gemein geantwortet/ſie könten wohl widerumb in die Welt kommen/welches vns ſelzam vorkommen/ dan er vns ja vielmehr in vnſerem fürſatz ſolte geſtärckt haben.

Als wir auch begerten/ ſie ſolten mit vns ſo lang gedult tragen/ biß daß wir ein Antwort bekommen oder Jhr Käyſ. Mayeſt. hierüber berich-

berichtet hetten/ aber nichts/ auch durch fünff Fußfäll auch weinenden Augen erlanget/ alß zween tag/vnnd wan der Herr Amptman vnß nicht Acht tag außgebracht/ würden wir mit bloßen Füſſen ſein hinauß gejagt worden / **vnd zwar durch dieſes Orth/wo wir ins Cloſter hinein kommen.** Sie haben vns auch die Milch von vnſern Kühen/wie dan auch die Schluſſel zum Kornboden in abweſenheit vnſers Beicht-Vatters genommen/ vnd wiewoll wir ſolchen zum offtermahln begert / iſt er vns doch abgeſchlagen worden.

Hoc eſt, Proceſſus, qui cum Religioſis Sanctimonialibus contigit, 12. die Aprilis Anno 1631. in Monaſterio VVoltigeroda ab ipſiſmet ſacris Virginibus deſcriptus & Domino Officiali tranſmiſſus.

Humiles noſtras preces cum voto temporalis & æternæ proſperitatis, Reverendiſſime Religioſe Pater & Domine Officialis.

Miſerabilem noſtrum ſtatum nos derelictæ pupillæ, non poſſumus non conqueri, quam exoticum & immiſericordem Proceſſum Patres Societatis ſabbato Palmarum veſperi nobiſcum inſtituerint. Nam una cum Domino Satrapa ſeu præfecto in Widelag & duobus apparitoribus talibus miniſtris, quorum opera Magiſtratus in capiendis furibus & nebulonibus uti conſuevit, ad Noſtrum Monaſterium Woltigeroda, in quo à noſtro ſpirituali Patre Domino Prælato VValkenriedenſi ſubdelegato Commiſſario conformiter Edicto reſtitutionis Cæſareo collocatæ & deputatæ fueramus, intra ſextam & ſeptimam horam advenerunt, noſque adhuc in templi Choro precibus noſtris perſolvendis deditas impetuoſe alloquentes, ut excederemus, ipſe Satrapa & Ieſuitæ inſtiterunt. Manſimus autem in ſtallis noſtris genu flexæ, reſpondimusque nos ſub obedientia ſacri Ordinis noſtri eſſe, cujus injuſſu fas non ſit nobis hinc excedere.

Poſtmodum ego Virgo *Maria Kögel* profeſſa ſtrictis manibus apprehendens ſedilia, totis viribus ijs adhæſi; ſed mox prænominati duo & Ieſuita Novitius violenter mihi manus avellentes utriſque brachijs me comprehenderunt, & Ieſuita quidem Novitius ſtrictis brachijs lumborum tenus me circumplexus eſt, atque in hunc modum violenter me partim portarunt, partim per terram traxerunt uſque ad ſedile Chori, cumque exclamarem, VIOLENTIA, IESUS VIOLENTIA, VOS OMNINO ME OCCIDETIS (neque enim amplius reſpirare poteram) extra Chorum me protraxerunt, ibique ſedile portatile repererunt, quæ dum gererentur, noſter Confeſſarius interveniens humi ſedentem, & de illata, violentia me exclamantem invenit. Illi vero me vi rurſum elevantes ſedili impoſuerunt, ac tenuerunt, deinde per circuitum Monaſterij deportarunt, ub dum mecum aliquantulum quieſcerent, fugam meditata non nihil me proripui, ſed mox ab ijſdem tantoque retenta ſum, ut ægre Spiritum trahere potue-

potuerim : ac ſic denique foras extra Monaſterij clauſuram me deportarunt. Dum propter ſulcos per agrum incederem uſque ad Cœmiterium media inter Apparitores ex conſilio mei Confeſſarij nonnihil ad murum me reclinavi: ſed quamprimum iuſſu Domini Præfecti à præfatis duobus cupientibus meas apprehendere manus, quos tamen ipſis negavi, per utrumque brachium comprehenſa, inſtar maleficæ deducta ſum, & inter eundum, ſtantis ibidem Currus rotam apprehendi, unde tanta me violentia abſtraxerunt, ut poſtero die prorſus male habuerim, in illis partibus intumuerim, & circa pectus internum externumque dolorem una cum incuſſo terrore perſenſerim, ſincere exiſtimans, me id mali nunquam ſuperaturam.

Me proxime ſecuta eſt Nobilis virgo *Anna Lucia à Dernbach* Sacræ Cæſareæ Maieſtatis Domino Vice Cancellario de Stralendorff ſanguine proximè iuncta, quam ſimiliter in præſentia noſtri Confeſſarij violenter extra Chorum protraxerunt, Quod cum ille contradiceret, & P. Rectori exprobraret. Nunquam ſe exiſtimaſſe talem eum eſſe virum, qui tempore tam ſacro eiuſmodi tragœdiam inciperet, Et ad Apparitores, meminiſſent, ſe cognatam Domini Vice Cancellarij S. R. Imperij comprehendere. nihil tamen omnibus actum, ſed cum impetu pergentes eam in ſedili extra chorum collocarunt, & per templum uſque foris Monaſterij portam extulerunt.

Tertia erat prædictæ Germana Soror *Anna Sidonia à Dernbach*, cui pari cum violentia manus à choro abſtraxerunt, eamque Ieſuita Novitius ſimiliter ſtrictis brachijs per medium circumplexus foras protrahens ſedili impoſuit, cumque ambabus manibus januam chori fortiter apprehenderet, à tribus ſæpe nominatis perſonis, inſtar ſuæ ſororis per templum elata fuit. Inter portandum dicebat ad Ieſuitam, an hæc eſſet ipſorum gratitudo, quod ſuus Dominus cognatus P. M. in Collegio Fuldenſi Societati in tantum benefecerit? ſuam deportationem in Dominum Imperij Vice Cancellarium certo redundaturam, ſed ſurdo fabula narrata.

Quarta ſequebatur *Anna Chriſtina ab Hideſen*, quam genuflexam abſtrahentes ſedili ſimiliter impoſitam per Eccleſiam aſportarunt.

Quinta fuerat *Anna Catharina de* Viſchborn, quam uti priores è ſtallo chori protractam in ſede collocarunt, & extra Monaſterium ejecerunt. Iſta poſſumus omnia coram Deo & tota cœleſti curia teſtari.

Nobis in hunc modum foras elatis quatuor ſuſceptis puellis imperarunt, ut quantocyus etiam exirent, id ni facerent, ſimillimo proceſſu exportandas.

Hoc modo è Monaſterio noſtro ſimul inauditæ exturbatæ ſumus; & quoniam ego *Anna Lucia de Dernbach*, à noſtro Reverendiſſimo Domino Patre veluti profeſſa ſuſcepta fui, ajebat P. Rector ſe non ignorare quid ſit eſſe profeſſam, fas adhuc ipſi eſſe ad ſæculum reverti. Cui reſpondit illa, ſe bo-

Digitized by Google

ſe bona conſcientia non poſſe id in animum inducere. *Replicavit Pater Rector;* „
at Veſtri Superiores hoc poſſunt. Similiter & ipſi altera Soror Anna Sido- „
nia objecit, ſe quoque in ſua conſcientia & coram Deo profeſſam exiſtere. „
At ille in communi Reſpondens aiebat, eas ad Sæculum redire poſſe. Sed „
quod nobis exoticum viſum, cum multo magis decuiſſet, ut nos in noſtro re- „
gulari propoſito confortaret. „
Porro quando petebamus, ut exturbationem noſtram tantiſper pro- „
traherent, quoad Reſponſum acciperemus, vel Sacram Cæſaream Maieſta- „
tem deſuper informaremus, nihil etiam profuſis lachrymis quinquies in ge- „
nua provolutæ obtinuimus præter biduum, ac niſi Dominus Satrapa nobis „
octiduum impetraſſet, nudis pedibus *per illummet locum, per quem intraveramus*, „
profligatæ fuiſſemus. Quin & lac de noſtris vaccis nobis negarunt, & clavem „
ad horreum in abſentia noſtri Confeſſarij abſtulerunt, eandemque ſæpius „
petitam reſtituere detrectarunt.

COPIÆ

Litterarum & Supplicationum D. Jacobi Abbatis Cæſarienſis ad Jmperatorem Ferdinandum II. de dato VValkenriedt 17. *April. Anno* 1631.

Aller Durchleuchtigſter/Großmächtigſter vnnd Vnüberwindlichſter Rö- „
miſcher Keyſer Ew. Keyſerl: May. ſeindt neben meinem einſtändigen ſchuldig- „
ſten gebett/ meine allerunterthenigſte pflicht/ ſchuldige Dienſt zuvor/ Aller „
Gnädigſter Herr. „
Wiewoll Ew. Keyſerl. May. ich wegen jetzigen betrübten zeiten in einzige „
klage allerunterthenigſt anzuruffen billich bedencken tragen ſolte/ ſo kan ich je „
demnach auß höchſter noth deroſelben allerunderthenigſt vngeklagt nicht laſ- „
ſen/ wie daß deß Herrn Patrũ Jeſuitarũ Provincialis Hermãnus Gawing mit „
zuziehung etlicher Hildeſheimiſchen Rähten vnnd vnderm prætext eines ge- „
rümbten/ aber mir nicht zukommenẽ Keyſ. Mandats den 29 Martij jetzt lauf- „
fenden Jahrs in das Gotteshauß Waltingeroda ſo in Hildeſheimiſchen- „
Diœceſ ein meil von Goßlar gelegen/ vnnd ich darüber von Ew. Keyſ. May. „
zu Exequirung deß edicts die reſtitution der Geiſtlichen gütern betreffendt „
deputirter Cõmiſſarien zu einem Adminiſtratorn verordnet/ auch mit vn- „
ſers Ordens religioſen daßelbe mit groſſer mühe vnnd koſten vorlengſt wider- „
umb beſetzet/ darin die divina nach fundirten intent biß anhero halten laſſen/ „

vnd alſo in geruhlicher beſitz gehabt/eingefallen / mich gantz vnterſucht / alle Cloſters Diener in pflicht genommen/vnd wie der Præpoſitus, ſo ein Religioſus nicht hat herauß weichen wollen/ſondern zu letzt auff den Kirchhoff ſich begeben/zween Soldaten darumb/wer jhn davon abholen ſolte / mit würffelen ſpielen laſſen/auch endlich durch einen ſo verſpielt/herauß gezogen /vnd geführt. Vnnd ob wol der Jungfräwliche Cvonent ſich darinnen noch auffzuhalten geſinnet/ſolcher geſtalt auß dem Cloſter ſich treiben zu laſſen vnterſtandem haben / vnnd noch biß dato mit abziehung der natürlichen vnterhaltung vnternemmen/denſelben erbarmlich herauß zu jagen/vnd alſo mich meiner adminiſtration thätlich zu entſetzen.

Als aber hierdurch dero allgemeinen rechten wohlbekandten Regul/quod nemo inauditus poſſeſſione ſua privandus, zu widergelebt wirdt/vnd alſo vnſers Heiligen Ciſtercienſer Ordens privilegia, wie auch daß von ſolchem procedere bey den vncatholiſchen gegebenes Scandalum vnverſchwiegen/beklagter Herrn Patrum Ieſuitarum Provincialis gewaltſam invaſion nullo jure zu iuſtificiren.

Demnach gelangt ahn E. Kayſerl. Majeſt. mein aller vnterthänigſtes hochfleiſſiges bitten/dieſelbe geruhē allergnädigſt obgeſagtē Herrn Provincialē ein ſcharpffes Mandatum zu erkennen / vnd darin anzubefehlen/daß er das Cloſter Woltigeroda alsbald widerumb verlaſſen/vnd mich in meiner poſſeſſion deſſen nicht moleſtiren. Wan auch wider verhoffen ſub- & obreptitie ein Kayſerl. Mandat außgebracht were/mir zu meiner gegenantwort inſinuiren vnd ohne E. Kayſerl. Mayeſt. allergnädigſten Spruch/welchem mich vnterthänigſt/gehorſambſt accommodiren will/ſich deß geringſten nicht weiter vnterfangen ſolle. Zu E. Kayſerl. Mayeſt. getröſte mich deſſen aller vnterthänigſt/ vnd thun dieſelben Göttlicher Allmacht zu aller Kayſ. proſperitet auffs allertrewlichſt befehlen. Datum in deß Heil. Reichs Stifft Walckenriedt den 17. Aprilis Anno 1631.

LATINE

SACRATISSIME, POTENTISSIME ET INVICTISSIME ROMANORVM IMPERATOR.

Præmiſſis debitis humillimis precibus & obligatiſſimis ſervitijs

CLEMENTISSIME DOMINE

Quanquam ob hodiernam perturbatam rerum faciem meis querelis, ut Sacræ Cæſar. Maieſtat. Veſt. ſupplex provolvar, difficul er mihi ipſi perſuadeā, ſum̄a tamē neceſſitas me cōpellit, Maieſtati Veſtræ demiſſiſſime exponere, qualiter Dominorum Patrum Jeſuitarū Provincialis Hermanus Gavving adiunctis ſibi quibuſdam Conſiliarijs Hildeſienſibus ſub prætextu aſſerti ſed mihi nunquam inſinuati Mandati Cæſarei 29. Martij, anni currentis Monaſterium Woltingeroda in Diœceſi Hildeſienſi uno milliari extra Goslariam ſitum, cuius ego à Sacræ Cæſ. Maieſt. Veſt.

Veſtræ pro Executione Edicti reſtitutionem bonorum Eccleſiaſticorum ”
concernentis deputatis Commiſſarijs Adminiſtrator creatus, perſo- ”
nas Ordinis Religioſas ibidem non ſine ſumptibus & laboribus iam dudum ”
introduxi, à quibus divinum cultum conformiter fundatorum intentioni ”
huc uſque ſedulo obſervandum curavi, adeoque inquieta profeſſione fui, in- ”
vaſerit & occuparit, meque irrequiſito omnes Monaſterij famulos homagio ”
ſibi obſtrinxerit, cumque Præpoſitus (Religioſus) nollet excedere, ſed po- ”
ſtremo in Cæmiterium ſeſe recepiſſet, duos milites fortunam per alearum ”
jactum experiri voluerit, utri eorum ijs extrahendus deberetur, prout deni- ”
que per alterum, cui minus Fortunata ceciderat alea, è Sacro loco protractus ”
& abductus fuit. Ac licet Virginalis Conventus adhuc in loco perſiſtere co- ”
gitet, tali modo ſe de Monaſterio exturbari non ſuſtinens, tamen ſubtra- ”
ctione neceſſitatiæ ſuſtentationis & fame eundem miſerabiliter oppugnare & ”
eijcere, adeoque & me adminiſtratione mea de facto ſpoliare conati ſunt, ”
hodieque conantur. ”

Verum quia per huiuſmodi proceſſum contravenitur notiſſimæ iuris ”
communis Regulæ, qua decernitur, quod nemo inauditus poſſeſſione ſua ”
privari debeat, & reclamant Sacri noſtri Ciſtercienſis Ordinis privilegia, ſed ”
nec eiuſmodi Patrum Ieſuitarum Provincialis, rei (ut de ſcandalo omnibus ”
à Catholicis per hunc exoticum modum dato taceam) violenta invaſio ex il- ”
lo iure iuſtificari poteſt. ”

Sacræ Cæſ. Maieſt. Veſt. humillime ſupplico, Dignetur Clementiſſi- ”
me prædicto Domino Provinciali per ſerium Mandatum imperare, ut præ- ”
fatum Monaſterium Wokingeroda quantocyus iterum deſerat, nullamque ”
mihi in poſſeſſione mea moleſtiam inferat; quod ſi etiam præter ſpem meam ”
Mandatum aliquod Cæſareum ſub- & obreptitie fuiſſet impetratum, mihi ”
pro mea defenſione inſinuet, & citra Veſt. Cæſ. Maieſtatis Clementiſſimam ”
ſententiam (cui humillime parebo) deinceps quicquā in minimo ne attentet. ”
Id quod Cæſ. Maieſtatem Veſt. facturā demiſſiſſime confido, quam divinæ ”
Omnipotentiæ ad omnem Cæſaream proſperitatem humillimè commen- ”
do. Datum in Imperiali Monaſterio Walkenriedt 17. April Anno 1631. ”

Ibidem n. 10. Referuntur literæ eiuſdem Abbatis Cæſarienſis, quaſi ad ”
Ill.mum D. Petrum Henricum de Stralendorff S.C.Mtis Vice Cancellariū ”
Imperij ſub Dato 17. April. 1631. atq; ad P. Guilelmū Lamormaini ſub dato ”
30. Maij eodem Anno 1631. datæ, totæ calumnioſæ, quæ præter ſuperiores ”
literas circa factum nihil novi continent, indignæ quæ videantur, quin po- ”
tius dignæ ut tanquam libelli famoſi aboleantur. ”

Præmiſſas literas teſtes aſſerti ſui nuncupat P. Romanus, quibus calum- ”
niam ſufficienter à ſe removeri putat, ſed vehementer fallitur. ”

§ II. ”

Defenſio Societatis.

Siqui-

Siquidem ipſe tanquam Patronus Virginum accuſatricum cauſam actürus, ipſas Virgines accuſatrices in teſtes invocat, contra expreſſum text. in *l. nullus ff. de teſtib.* cum nemo ſimul accuſare & in eadem ſuâ propria cauſa teſtis eſſe poſſit *d. l. nullus.* deinde aſſerit, ſe proceſſum referre; & tamen ſolam unius partis accuſationem refert: Cum proceſſus legitimus non in ſola unius partis accuſatione conſiſtat, ut ex Amanuenſibus procuratorum & Notariorum F. Romanus addiſcere potuiſſet.

Tum ex ſola unius partis accuſatione alteram partem inauditam condemnat, contra illud Sapientis effatum, ***alteram aurem alteri parti patulam ſervato***, ut & altera pars audiatur.

Taceo alias abſurditates, aſſertionesque F. Romani, cum allegatis à ſe Virginum teſtimoniis minimè convenientes, quas paulo poſt deducam, ubi quædam de Societatis noſtræ juribus præmiſero.

Inprimis notorium eſt, quod ſua S. C. M*tas* FERDINANDUS II. Anno 1629. 9. Maij Viennâ ad noſtrü id temporis Provincialem ***Reverendum Patrem Hermannum Baving*** motu proprio ſcripſerit, iuſſeritque deſignari loca, in quibus pro bono Eccleſiæ & Religione Catholica reducenda erigi poſſint Collegia, quæque iſthic bona Eccleſiaſtica ab Hæreticis hactenus uſurpata, eum in finem deſervire poſſint, prout ex S. C. M*tis* literis alibi videre eſt.

2. Quod S. C. M*tas* accepta etiam aliunde informatione Romam ad
“ ſuam Sanctitatem Urbanum Papam VIII. ſcripſerit. Quodque Cardina-
“ liũ Congregatio de fide propaganda re ſibi propoſitâ & examinatâ cenſue-
“ rit, ut in Civitatibus maioribus fiant Collegia Societatis Ieſu, in alijs vero &
“ maxime in ijs, ubi Vniverſitates ſunt, inſtituantur Seminaria, & iſta habean-
“ tur & declarentur Pontificia. Ad applicationem quod attinet &c. iſta fiant
“ ex Monaſterijs Defunctarum vel extinctarum Monialium &c. ***Romæ die 21.***
“ ***Maij Anno*** 1630. ***Congreg.*** 123. Quemadmodum habet votum d. ***Congregationis***
“ ***Cardinalium de fide propaganda.***

“ 4. Tum ſacris Apoſtolicâ & Cæſareâ authoritatibus 16. *Octob.* Anno 1630. Illuſtriſſimo & Reverẽdiſſimo Principi ac Domino Domino ***Franciſco Guilelmo Epiſcopo Oſnabrugenſi &c.*** Commiſſum eſt, ut *Illma* ſua *Cel.do* vel per *ſe* vel ſuos Subdelegatos Commiſſarios Societatẽ noſtrã in verã ac realẽ poſſeſſionem vel quaſi præfati Monaſterij Woltigerodani Virginũ defunctarum pro Novitiatu fundando dati eiuſq; appertinẽtiarũ, iuriũ &c. introducerent.

5. Nec minus Sereniſſima ſua Celſitudo Ferdinandus Archiepiſcopus & Princeps Elector Colonienſis, Epiſcopus Hildeſienſis 24. *Dec.* 1630. datis ad ſuos Conſiliarios Hildeſienſes literis noſtros introduci iuſſerit.

6. *Ill.ma* etiam ſua *Cel.do* Epiſcopus Oſnabrugenſis ex Apoſtolica & Cæſarea authoritatibus, tũ R*mo* ac Prænobili *D. Arnoldo* von Buchholtz Cathedraliũ Eccleſiarũ Hildeſ. & Leod. Præpoſito, Vicedomino Monaſterij Weſtphaliæ,

phaliæ, Archidiacono Hasbaniæ, atque Admodum R*everendis Nobilibus & Clariſſimis D. Hermanno Eilinck, D. Erneſto Mack I. V.* reſpective Licentiato & Doctori Sereniſſimi Principis Hildeſienſis *Officiali & Cancellario conjunctim & diviſim,* (quibus & Sereniſſimus Epiſcopus Hildeſienſis introductionem noſtrorum demandarat) commiſerit, ac 16. Martij 1631. vices ſuas ſubdelegarit, ut ſi quæ iſtic reperirentur *intruſæ perſonæ*, ijs amotis, Societatem noſtram in ejuſdem Monaſterij omniumque ejus appertinentiarũ, jurium, literarum, documentorum poſſeſſionem vel quaſi introducerent, quemadmodum etiam in eandem Admodum RR. Nobiles & Clariſſimi DD. modo nominati Officialis & Cancellarius quibuſdam Virginibus contra Summi Pontificis, S. R. E. Cardinalium Congregationis *de fide propaganda*, Imperatoris ac Sereniſſimi Principis Electoris Colonienſis, Epiſcopi Hildeſienſis voluntatem recenter intruſis abſentibus, vocato earum procuratore omni meliori modo amotis, Societatem noſtram 29. *Martij* 1631. introduxerunt, Monaſterij famulis, Villicis, Colonis, Officialibus Societati noſtræ tanquam vero Domino & poſſeſſori tranſcriptis. 8. qui etiam omnes Societati noſtræ ſeſe fide datâ obſtrinxerunt, illamque deinceps tanquam Dominum ſuum & Verum poſſeſſorem agnituros ſpoponderunt, prout in tali caſu neceſſe erat juxta Rot. Rom. *deciſ.* 74. *&* 81. *apud* poſt. *Tom.* 2. *de ſummarijs. poſſ.* tum noſtros contra quorumcunque impetitionem defendi mandaverunt, ſicut ex ſubjecto poſſeſſionis adeptæ documento eſt videre.

Im Nahmen dero Heiligen vnzertheilten vnd Hochgelobten Dreyfaltigkeit Amen.

Documentum poſſeſſionis adepta in VVoltigerode.

Zu wiſſen/Kundt vnd offenbar ſey hierdurch jedermenniglichen/ſo diß offenes inſtrumentum ſehen/leſen oder hören leſen/daß im Jahr / als man zahlt nach Chriſti vnſers einigen Erlöſers vnd Seeligmachers leiblichen Geburt ſechzehen hundert ein vnd dreyſſig/ Indictione Romana Decima Quarta, Bey herſch-vnnd regierung deß Allerdurchleuchtigſten/Großmächtigſten vnd vnüberwindlichſten Fürſten vnnd Herrn/Herrn Ferdinandi deß andern dieſes Nahmens/Erwöhlten Römiſchen Kayſers zu allen Zeiten Mehrern des Reichs in Germanien/zu Hungaren/Böheimb/Dalmatien/Croatien/vnd Schlavonien ꝛc. Königs/Ertz-Hertzogens zu Oeſterreich/Hertzogens zu Burgundt/zu Brabant/zu Steyer/zu Cärndten/zu Crayn/zu Lützenburg/zu Württenberg / Ober-vnnd Nieder Schleſien / Fürſtens zu Schwaben/Marggraffens deß Heil. Römiſchen Reichs/zu Burgaw/Mehren/Ober-vnd Nieder Laußnitz/gefürſteten Gravens zu Habsburg/zu Tirol / zu Phyrdt zu Kyburg vnd Görtz / Landtgravens im Elſas / Herrn auff der Windiſchen Marck/zu Portenaw/vnd Salms ꝛc. Vnſers Allergnädigſten Herrn/Ihrer

Digitized by Google

rer Kayſerl. vnd Königl. Mayeſt Reiche deß Römiſchen im zwölfften / deß Hungariſchen im dreyzehenden/vnd deß Boheimiſchen in vierzehenden Jahren/Sonabents poſt Gertrudis Virginis, war der neunzehende Monats tag Martij altens/vnd neun vñ zwantzigſten newen Kalenders/vmb ſieben Vhren vormittag/ich endts benenter Notarius von den Ehrwürdigen/andächtigen/ vnd wollgelährten Herꝛn Patribus der Societät IESV allhie in Goßlar in jhre jetzo inhabende Behauſung/gegen der Kirchen SS Simonis vnd Iudæ vbergelegen/erfordert worden bin/vnd wie ich mich auff beſchehene requiſition dahin ingeſtellet/hat Superior Pater Gerardus Crapolius mir zuverſtehen geben/ daß die Hochw. Ehrenveſt. großachtbare vnd hochgelährte Herꝛn Hermannus Eiling vnd Erneſtus Mack/beyden der rechten reſpectivè Licentiaten vnd Doctoren/auch Churfürſtl. Durchleuchtigkeit/zu Hildeßheimiſcher Regierung wollverordneter Official vnnd Cantzler geſtriges tages anhero angelanget / vnd heut eine Commiſſion auff dem Jungfrawen Cloſter zu Woltingradt abzulegen willens wehren / begerten demnach ich als ein Offenbahrer Notarius dieſem actui beyzuwohnen/was hiebey verlauffen würde / fideliter notiren vnd ſolches der gebür verinſtrumentiren möchte.

Vnd weil ich ſolches ratione officij mei publici & juramenti præſtiti mit fuge nicht abſchlagen können noch ſollen/ſo habe ich mich mit jhrer Hoch-Ehrw. Ehrenveſt. Großachtbar vnd Hochg. Gunſt. an obberürten Orth erhoben vnd da wir allda hora decima vel circiter angelangt/lieſſen die hochanſehenliche Herꝛn ſubdelegirte Commiſſarij in abweſen Reverendi Fratris Michaëlis Gößen Profeſſ. Sacræ Cæſareæ Majeſt. & Præpoſiti prænominati Monaſterij den Adminiſtratorem Burchardum Lappenium zu ſich fodern/ vnd begehrten/er die Kirchen offen machte vnd wie er ſich in denen willfährig erzeigte/verfügten ſich dieſelbe in obberürte Kirchen/vor den Chor/thäten allda jhr Gebett/vnd nach geendigten ſolchen precibus öffnete der Ehrenveſter/ Großachtbarer vnd Hochgelährter Herꝛ Erneſtus Mack beyder Rechten Doctor vnd Churfürſtl. Cöllniſcher zu deß Stiffts Hildesheimiſcher Regierung wollverordneter Herꝛ Cantzler/in beyſein der auch Ehrw. andächt. vnd wollgelährten Dnn. Patrum Gerardi Crapolij & Ioannis Tachſonij auß Goßlar/vnd mein deß Notarij vnd darzu endtsgeſetzten hinzu ſonderlich ſubrequirirten vnd erbettenen Gezeugen/einen in Händen haltenden authentiſirten extract eines Kayſerl. Original Mandats nebenſt deß Hochwür. vnnd Hochgebornen Fürſten vnnd Herꝛn Herꝛn Frantz Wilhelms Biſchoffen zu Oßnabrück/Verden vnd Minden/Thumbprobſten zu Regenßburg / Gravens zu Warttenberg/Herꝛn zu Walt ꝛc. auch allerhöchſtgedachter Römiſcher Kayſerl. Mayeſt. in die Ober- vnnd Nieder-Säxiſchen Creiß zu exequirung deß vber etliche erledigte Reichs gravamina publicirten Kayſerl. Edicts hochanſehenlichen Commiſſarij ſubdelegation ſchreiben/vnd laß ſelbige dem Admi-

niſtra-

Digitized by Google

niſtratori obgedacht de verbo ad verbum für / welcher Wortlicher inhalt dieſes:

Ferdinandt der Ander von Gottes Gnaden/Erwöhlter Römiſcher Käyſer / zu allen zeiten mehrer deß Reichs ꝛc.

Ehrwürdiger/Hochgeborner lieber Fürſt; andechtiger/auch Getrewer ꝛc. demnechſt wir vns auß ſonderbaren vns hierzu bewegenden vrſachen vornemblich dem allgemeinen Catholiſchen weſen zu augenſcheinlichen nutzen vnd auffnehmenen gnädigſt dahin entſchloſſen/vnnd denen Patribus der Societät Iesu zu auffrichtung für dieſelbige etlicher fundationen im Nieder-Saxiſchen Craiß vnterſchiedliche der orten gelegen Jungfrawen Stifft vnd Cloſter als nemblich zu fürderung eines Novitiats oder Probhauſes in deß H. Reichs-Statt Goßlar / das Jungfrawen Cloſter Woltingradt vnter das Stifft Hildesheim gehörig/welches Cloſter vnrechtmeſſiger weiſe von vnterſchiedlichen Occupanten vor Jahren eingezogen/vnd eine zeit lang innen gehalten worden/vnnd es nunmehr an deme/daß ſolch vnſer gnädigſter bewilligung vnd aſſignation zu würcklicher folge denſelben obbenentes Jungfrawen Cloſter zu obangedeutetem ende/mit ſambt allen vnd jeden pertinentien ſambt vnd ſonders eingereümbt vnd ſie die Patres in die poſſes vnd Adminiſtration derſelben eingeführt worden. Als begeren wir an deine And. vnd dich/als vnſere der orthen diß fals verordnete Commiſſarien, daß ſie vnnd du obbeſagtes Cloſter mit allen vnd jeden darzu vnnd eingehörung/wie obgedacht/dem Ehrſamen vnſerm lieben andechtigen Patri Hermanno Baving als Provincialen der Reiniſchen vnnd Nieder-Säxiſchen Provintz jhres der Societät Ordens oder an ſtatt deſſelben ſeinem hierzu verordnetem vollmechtigen entweder Sie D. And. vnd du ingeſambt vnd ſonders/oder auch durch dero oder deinen hierzu ſubdelegirten Commiſſarij völliglich einräumet/auch alle vnd jede hierzu gehörige Origin: Schrifften / Vhrkunden vnd Nachrichten einantworten vnd zu ſtellen laſſet/maſſen wir vnſer gnädigſtes vertrawen zu dero vnnd deiner Perſon geſetzet/ſie vnd du auch dero erkandten guten eiffer vnd dexteritet nach den ſachen zuthun wiſſen werden / vnnd an dem allen würdet vollbracht vnſer gnedigſter wollbedacht vnnd ernſtlicher wille vnnd meinung.

Gegeben in vnſer vnnd deß Heilligen Reichs, Statt Regenßburg den Sechzehenden Monats Tag Octobris Anno Sechzehenhundert vnnd Dreiſſig / vnſerer Reiche / deß Römiſchen im Zwölff-

ff 2 ten/

Digitized by Google

ten/deß Hungariſchen im dreyzehenden/vnd deß Böheimiſchen im vierzehenden ꝛc.

Daß dieſer extract dem Kayſ. Originali Wortlich gleich laute/bezeuge ich mit vnterſchriebener Hand

Hermanus zur Welle Not. Pub. Impp.

Frantz Wilhelm von Gottes Gnaden Biſchoff zu Oſnabrück/Verden vnd Minden/Thumbprobſt zu Regenßburg / Grave zu Wartenberg vnnd Herr zu Waldt.

Vnſern gruß vnnd alles guts zuvor/Hoch. Ehrw. vnd beſonders lieber auch Würdig/Ehrenveſter/Hochgelehrte/liebe beſondere/

Was die Römiſche Kayſerl. Mayeſt. vns wegen einräumung deß vnter dem Stifft Hildesheim gelegnen Jungfrawen Cloſter Woltingradt zu fundirung eines Novitiats oder Probhauſſes der Societät Ieſu binnen der Reich. Statt Goßlar allergnädigſt committirt, vnd befohlen / ſolches gibt hiebeygefügter authentiſirter Extract (weil in dē Kayſerl. Original andere vnterſchiedliche Puncten begriffen) mit mehrem zu erkennē/ Wan vns nun anjetzo anderwertz wichtige Geſchefften obligen / derent wegen wir höchſt angeregte Commiſſion Perſöhnlich nicht verrichten können als wollen wir jhnen vnnd euch hiemit vnd in krafft dieſes ſambt vnd ſonders ſubdelegirt / dabey begert vnd in Gnaden angeſonnen haben/auff daß jhr vorb. Cloſter Woltingradt deß Patris Provincialis der Reiniſchen vnd Niederſächſiſchen Provintz gedachter Societät bevolmechtigten/mit allen zubehörungen vnnd gerechtigkeiten/Schlüſſelen/Brieffſchafften/Vhrkundten/Sigelen vnd Regiſtern einraumen vnd vberantworten/auch alle vnd jede ſich dabey erzeugende opponenten im Nahmen allerhöchſtgedachter Jhrer Kayſerl. Mayeſt. bey Pöen deroſelben Kayſ. Edicto einverleibt/zu ſchuldigſter accommodation mit allem ernſt anweiſen vnd halten vnd ferner alſo hierinnen verfahren/damit Jhr Kayſerl. Mayeſt. allergnädigſte Intention, darzu Jhr Päbſtl. Heiligkeit vnnd Jhr Churfürſtl. Durchl. zu Cölln ꝛc. auch jhren Conſenſum bereits ertheilt / gebürendt effectuirt, die darin befundene detentores oder detentrices würcklich außgeſchaffet / vnd wir darnechſt der verrichtung zu ferner aller vnterthänigſter relation berichtet werden mögen. Deſſen wir vns alſo verſehen / verbleiben jhme mit allem guten willen ſtets beygethan / vnd euch mit gnaden wolgewogen/ Geben in vnſer Statt Verden/am 16. Martij Anno 1635.

Frantz Wilhelm mpp.

Dem

Digitized by Google

Dem Hochwürdigen/vnſerm beſonders Lieben auch Würdig/Ehrnueſt Hochgelärten / vnſerem lieben beſonderen Arnolde von Buchholtz Thumb-Probſten zu Hildesheimb vnd Lüttig/Vice Domino zu Münſter/Archidiacono Hasbaniæ &c. Herman Eylinck vnd Ernſten Mack / der Rechten reſpectivè Licentiaten vnd Doctoren Fürſt. Hildesheimiſchen Officialen vnnd Canzlern ſambt vnd ſonders. ꝛc.

Locus Sigilli ſuppreſſi.

Vnd wie nun beyde ſchreiben verleſen/vnnd mir dem Notario vnterge-ſetzt dieſelbe dem inſtrumento zu inſeriren von ſeiner Ehrenueſt Groſzachtb. vnnd Hochg Gunſt. eingehendiget/hat dieſelbe mehrgedachten Verwalteren ferner angemeldet/demnach er ableſende ſatſamb vernommen / ſie die Herzn Subdelegirte zu dem Ende allhier angelanget / daß ſie allerhöchſt gedachter Ihr Kayſerl. Mayeſt. Mandato vnnd Ihrer Biſchoffl. Gn. ſubdelegation-ſchreiben zu ſchüldiger volge dem Hochw. And. vnnd wolgelährten Dño Hermanno Baving Provincialen der Reiniſchen vnd Niederſäxiſchen Provintz/ Ihres der Societät Ordens oder an ſtatt deſſelben ſeiner Hochwürden gnugſamen gevolmechtigte diß Jungfrawen Cloſter Woltingrade mit allen zubehörungen vnd gerechtigkeiten würcklich aſſigniren/vnd dieſelbe in die poſſeß vnd adminiſtration deſſelben einſetzen ſolten vnd wolten/als zweifflen ſie nit/ die jetzige detentorn oder detentrices ſich dieſem keines wegs opponiren/ſondern zu ſchüldiger accommodation vnterthänigſt bequemen / das Cloſter reümen/vnnd alle Sigel/Brieff/Vhrkunden/vnd was ſonſten an archiven obhanden/willig abtretten vnnd außantworten würden. Vnd obwoll der Verwalter mehr angeregt mit der abſentz deß Herzn Præpoſiti & Conventualium ſich excuſiren / vnd jhnen competentia juris remedia reſerviren wollen/ſo hat er aber auff vorgehende verwahrſchawung der hohen Pöen vnd Straffe dem Kayſerl. vor dieſem publicirten vnd offentlich aſſignirten Edicto einverleibt:dem jetzo abgeleſenen Kayſerl. Mandato in allem vnterthänigſt zupariren ſich anerbotten/auch den Hochanſehenlichen Herzn Subdelegatis in Signum debitæ ſubjectionis & obedientiæ, den Pforten vnnd Kirchen-Schlüſſel alsbald vberreichet/warauff dan Reu. Dñs Pater Gerardus Crapolius ſeine von jhrem Provincialen in Händen habende ſchrifftliche Vollmacht zu verleſen produciret/vnd war deren Wortlicher Inhalt dieſes.

Reverende in Chriſto Pater

Pax Christi

Cum ſacra Cæſarea Majeſtas & Collegium & Novitiatum in Impe-

riali ſua civitate Goslar eſſe velit, ad ejus Tyrocinii ſuſtentationem Monaſteria duo VVoltingroda & C. aſſignaverit, Ego Goſvvinus Nickel, Præpoſitus Provincialis Societatis IESV in inferiori Rhenana facio poteſtatem Reverentiæ Veſtræ, ut cum primum intellexerit ab Admodum Reverendo Clariſſimo Domino D. Hermanno Eilinck jurium Licenciato & Sereniſſimi Electoris Colonienſis & Adminiſtratoris Hildeſienſis Officiali & montis S. Mauritij Hildeſij Canonico tanquam ſubdelegato Commiſſario, quo tempore eorundem Monaſteriorum poſſeſſio Societati tradenda ſit, eam vi ac valore mandati Sacræ Cæſar. Majeſtatis omni meliori via ac modo juris, coram Notario & teſtibus meo ac totius Societatis nomine apprehendat, & inſtrumento deſuper facto Authentizatam apprehenſæ poſſeſſionis Copiam ad me tranſmittat. Datum Coloniæ 28. Ian. 1631.

R. V. Servus in CHRISTO
Goſwinus Nickel

Reverendo Patri in Chriſto P. Gerardo Crapolio Societatis
IESV ſuperiori Goslariæ,

Locus ſigilli ſuppreſſi.

Alß dan Ehrnwolgedachte Hochanſehenliche Herrn ſubdelegati Commiſſarii nach ableſung obberürter Volmacht befunden / daß ſelbige auff den Ehrw. Andächt. vnd wollgel. Domin. Gerardum Crapolium Patrem Superiorem in Goßler jetzo zu gegen dirigirt vnd gerichtet / ſo haben ſie denſelben als des gantzen Hochw. Ordens Societatis IESV Gevolmächtigten berürten pforten vnd Kirchen Schlüſſel tradirt, vnd demnechſt allerhogſt gedachter jhrer Keyſerl. Majeſt. gnädigſter bewilligung vnd aſſignation zu folge jhnen vielgedachtes Jungfrawen Cloſter Woltingradt mit allen vnd jeden pertinētien ſambt vnd ſonders eingeräumt / auch jhne oder ſie in realem & actualem poſſeſſionē & Adminiſtrationem deßelben eingeführet / vnd darzu gluck vnd Gottes ſegen gewünſchet / welche aſſignirte poſſeſſion vnd gratulation prænominatus Dom. Pater ſuperior vor ſich vnd in Nahmen der gantzen Societet vi ac valore Summi Pontificis Vrbani Octavi, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis nec non Reverendiſſimi & Seremiſſimi Archiepiſcopi Electoris Colonienſis & Adminiſtratoris Hildeſ. Ordinarii mandati & conſenſus omni meliori via ac modo juris ſumma cum reverentia vnd mit vnterthäniſter Dancksagung zu forderſt gegen jhr Päbſt. Heiligkeit / Römiſche Keyß. Majeſt. vnd Churfürſt. Durchleucht zu Cölln ꝛc. der allergnädigſten bewilligung / wie auch jhre Biſchoffl. Gn. zu Oßnabrück / Verden vnd Minden ꝛc. alß hochanſehenlichen Commiſſarien vnd deroſelben Subdelegatos der ſchleunigen vollenzie-

hung

Digitized by Google

hung halber acceptirt, vnd angenommen/ folgens in ſignũ veræ ac realis apprehenſæ poſſeſſionis ſich wiederumb vffn Chor zum Altar erhoben/ daſelbſten/ erſtlich ſein embrünſtig gebett zu dem allgewaltigen Gott gethan/ Secundo, den Altar an beyden orthen tangirt, Tertio/ ein pulſum mit der Klocken geleutet. Quarto den ring an der Kirchthür ſambt einen auß der erden vor derſelben thür gegrabenen erden kloz in die handt genommen / vnd darauff dan Quinto SS. Miſſam ſolemniter & devote celebrirt, vnd gehalten hat.

Endlichen finitis iſtis ſacris ſeindt mehr. wollgedachte Hochanſehenliche HH. ſubdelegati mit den Herrn Patribus in eine ſtube gegen der Kirchen vber in einen gemach belegen gangen/ gemüts vnd meinunge Siegel, Brieffe/ vhrkunden vnd archivē von dem Adminiſtratore außgeſtellet werden ſollen/ aber alß derſelbe angedeutet / daß nichts ſonderlichs hievon obhanden/ beſondern der voriger vncatholiſcher detentor, vnd vermeinter Probſt ſolche dero zeit mit weggenommen/ vnd noch bey ſich haben ſolle/ ſo haben es dieſelbe dabey bewenden/ vnd durch den Vorwalteren/ die wagenknechte vnd andere bediente Mannes perſonen vor ſich beſcheiden laſſen/ vnd jhnen vorgehalten/ weil nun dieß Jüngfrawen Kloſter andern Herrn/ nemblichen den Herrn Patrib. hierzugegen aſſignirt vnd ingeräumt/ ſo müſten ſie nun hinfüro denſelben träw vñ holt zu ſein angeloben/ oder wer daſſelbe nicht zu thun bedacht/ ſeinen ſtab weiter ſetzen/ vnd wie nun der Vorwalter/ daß er viell angewendt/ auch die diener/ daß ſie theils jhre lohn noch ſtehen vorgeſchüttet/ vnd jhnen nichts thunlich zu ſein gedachte/ daſſelbe hindan zuſetzen, ſo haben ſie ſambt vnd ſonders mit handtgebender trew dem Herrn Patribus obgedacht von jezo ahn vnd hinfüro trewlich zu dienen vnd ſich nach jhnen zu richten zugeſagt. Schließlichen iſt vff guttachten vnd befehl offtern wollgedachter Herrn Subdelegirten Reverend. Domin. Pater Ioan. Tachſonius nebenſt zweyen Soldaten vff dem Cloſter/ die jhnen jezo ingeräumbte vnd von jhnen apprehendirte poſſes, biß zu ferner jhrer der Herrn Patrum verordnung zu continuiren verpliben/ vnd haben alſo Jhre Hochw. Ehrenveſt. Großacht. vnd Hochgl. Gunſten jhren abſcheidt genommen/ vnd nacher dem ambthauß Wiedelaw dem H. Ambtman daſelbſten zu committiren, wofern nach jhrem abzuge jemant ſich dieſem zu wieder opponiren / er als dan wegen Jhrer Churfürſtl. Durchl. zu Cölln die Herrn Patres bey der eingeräumbten poſſeſſion gepürlich manuteniren ſolle/ jhren weg nehmen wollen wie auch geſchehen.

Nach verrichtung dieſes vorgangenen actus, als von den hochanſehenlichen Herrn ſubdelegatis Commiſſarijs vnd deß Hochwürdigen Ordens der Societät IESV Gevolmächtigten obwollgedacht ich der Notarius voriger requiſition eingedenck zu ſein errinnert / vnd gebürlich ſubarrhirt worden / hierumb ſo hab ich alles fleiſſig in notam genommen/ Protocollirt vnd vber beſchehene ſolche immiſſion

vnd

vnd apprehendirung der würcklichen poſſeſſion diß gegenwertige inſtrumentum conficiret vnd vmb billige gepüer herauſſer geben. Geſchehen im Jahr vnſer Erlöſung/Indiction, Käyſl. vnd Königl. May. Regirung/ Monat/tag/ſtunde/ohrt/vnd ende/wie oben berührt/ in beyſein der Ehrngeachten vnd Erbarn Henrici Zilckens / Ioannis Mattiſii, Aſmi Gloide vnd Tihlen Sängbär / alle hierzu inſonderheit erforderten vnnd erbettenen beglaubten Zeugen.

L.S.N.

Et ego Chriſtianus Cocus ciuis Goßler, & ſacra Imperiali authoritate pub. Not. Quia ſupradictis requiſitioni mandati Cæſarei & ſubdelegationis R.mi Epiſcopi Oſnaburgen. Verdẽ. & Mindẽ. inſinuationi, prælectioni, factæ poſſeſſionis aſſignationi & acceptationi omnibusque aliis, dum ſic, ut præmittitur, fierent & agerentur, una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque omnia ſic fieri vidi & audivi, ac in notam ſumpſi. Ideo hoc præſens publicum inſtrumentum exinde confici, propria manu ſub- & ſcripſi, nec non Notaritatus mei ſigno ſolito authentizavi, In fidem & euidens teſtimonium omnium & ſingulorum deſuper requiſitus & rogatus &c.

Chriſtianus Cocus qui ſupra Notarius publ. in fidem manu propria ſcripſit, ſubſcripſit & ſubſignavit (voculas in margine folii ſexti & ſeptimi poſitas & ex præpropera feſtinatione omiſſas agnoſcendo.)

In nomine Sanctæ, Individuæ, ſummeque benedictæ Trinitatis. Amen.

Notum ac manifeſtum ſit omnibus hoc inſtrumentum publicum viſuris, Lecturis, vel legi audituris, quod anno à Chriſti unici Redemptoris ac Salvatoris humana generatione milleſimo Sexcenteſimo trigeſimoprimo, Indictione Romana decima quarta, cum Imperium Romanum adminiſtraret Sereniſſimus, Potentiſſimus, Invictiſſimus Princeps ac Dominus, D. FERDINANDVS SECVNDVS, *electus Romanorum Imperator ſemper & omni tempore Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, ac Sclavoniæ, Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Luxemburgiæ, VVirtembergiæ, ac ſuperioris, inferiorisque Sileſiæ, Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, ac ſuperioris,*

ac

ac inferioris Luſatiæ, Comes Principalis Habſpurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landtgravius Alſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c. Dominus noſter Clementiſſimus, anno Romani ſui Imperii duodecimo, Hungarici decimo tertiò, Bohemici decimo quarto: Sabbatho poſt Gertrudis virginis, decimo nono menſis Martii ſtylo veteri, vigeſimo autem nono ejuſdem, ſtylo novo, hora ſeptima antemeridiana, nominatus in fine Notarius, à Reverendis ac Religioſis, Doctiſſimisque Patribus Societatis IESV, *in eorum tunc poſſeſſa domo Goslariæ è regione templi* SS. *Simonis & Iudæ ſita, requiſitus fui, & cum poſt requiſitionem præſentem me ſtitiſſem, Superior dicti loci Pater Gerardus Crapolius certiorem me fecit, quod Admodum Reverendi, Clariſſimi, Conſultiſſimique Domini, Hermannus Erling, & Erneſtus Mack, Iurium reſpectivè Licentiatus, ac Doctor, etiam Sereniſſimi Electoris Colonienſis, & Adminiſtratoris Hildeſienſis bene conſtitutus Officialis, & Cancellarius, heri huc appulſi, hodieque volentes commiſſionem circa Monaſterium Virginum VVoltingrodenſe exequi, petierunt, ut ego, qui Notarius eſſem publicus, vellem huic actui intereſſe, quodque in eo fieret, fideliter adnotare, & de eo aptum inſtrumentum conficere. Et quia id, ratione officii mei publici, & iuramenti præſtiti, non potui honeſte denegare, nec debui, ſic cum prædictis Reverendis Admodum Clariſſimis, Conſultiſſimisque Dominis ad dictum me locum contuli, & cum eò hora decima vel circiter appuliſſemus, in abſentia Reverendi Fratris* Michaëlis Gotzen *Profeſſi, dicti ſpectabiles Admodum Domini evocarunt ad ſe D. Burchardum Lappenium Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, & Præpoſiti nominati* Monaſterij *Adminiſtratorem, petieruntque templum aperiri: & cum in eo promptum ſe ac voluntarium exhiberet, contulerunt ſe ipſi ad prænominatum templum, & ante oſtium* Chori *preces ad Deum fuderunt, quibus abſolutis aperuit* Clariſſimus, Conſultiſſimus, *Doctiſſimusque Dominus Erneſtus* Mack *Iuris utriuſque Doctor, Electoris Colonienſis in regimine Epiſcopatus Hildeſienſis bene conſtitutus* Cancellarius, *in præſentia Reverendorum, Religioſorum, doctiſſimorumque Dominorum* Patrum *Gerardi* Crapolii, *&* Ioannis *Tachſonii Goslariæ reſidentium, in præſentia etiam mea Notarii, & in fine nominatorum hanc ad rem peculariter requiſitorum Teſtium, tenens in manu authenticum extractum Originalis mandati* Cæſarei, *ſcriptumque ſubdelegationis Reverendiſſimi, Illuſtriſſimique Principis ac Domini D. Franciſci Guilielmi Epiſcopi Oſnabrugenſis, Verdenſis, ac* Mindenſis, *Præpoſiti Ratisbonenſis, Comitis de VVartenberg, Domini in* Waldt *&c. Cæſareæ etiam* Majeſtatis *prænominatæ in inferiori ac ſuperiori Circulo Saxonico ſpectabilis* Commiſſarii *pro executione publicatorum quorundam* Cæſaris *edictorum circa expedita quæpiam Imperii gravamina, quod utrumque ſcriptum dictus* Cancellarius *prælegit memorato Adminiſtratori de verbo ad verbum, quorum hoc erat argumentum.*

FERDINANDVS SECVNDVS,

Dei gratiâ electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, &c.

Reverende, Illuſtris, Devote ac Fidelis nobis etiam Dilecte Princeps, &c. Quandoquidem nos ex cauſis peculiaribus, maxime pro ſingulari utilitate & incremento univerſalis rei Catholicæ, Clementiſſimè in id nos reſolvimus, ut Patribus Societatis IESV, ad erigendas pro eâ fundationes aliquas in inferiori Saxoniæ circulo diverſa ijs in locis Collegia ac Monaſteria tradantur, nominatim ad fundandum Novitiatum, ſive domum probationis in ſacra Imperiali civitate Goslarienſi, Monaſterium Virginum Woltingrodenſe ſitum in Diœceſi Hildeſienſi, quod contra jus faſque à variis Occupatoribus invaſum, & aliquanto tempore detentum: & quia iam placet nobis, ut gratioſa aſſignatio noſtra dicti Virginum Monaſterii, ad memoratum finem, cum omnibus ac ſingulis ad id pertinentibus tradatur Patribus, inque realem poſſeſſionem, & adminiſtrationem inducantur. Sic modo à tua Devotióne & Te veluti noſtris Commiſſarijs requirimus, ut ea per ſe vel per ſubdelegatos Commiſſarios conjunctim vel ſeorſim dictum Virginum Monaſterium, cum omnibus ad id pertinentibus juribus ac poſſeſſionibus totaliter poſſidendum tradat honorabili, nobis dilecto, ac Religioſo Patri Hermanno Bavingh tanquam Provinciali Provinciæ Rhenanæ Inferioriſque Saxoniæ Ordinis ſui Societatis IESV, vel conſtituto ejus loco Plenipotentiario. Etiam volumus ut pari modo per T. Dil. & Te vel Tuos omniũ Iuriũ ac poſſeſſionum dicti Monaſterii Originalia inſtrumenta, ſcripta, inſtructiones ac regiſtra dictis Patribus attribuantur. Sic gratioſè de T. Dil. tuaque perſona confidimus ob zelum bonum, dexteritatem nobis notam vos hæc omnia executioni mandaturos. Atque in hoc fier gratioſa, bene conſiderata, ſeriaque volũtas atque ſententia noſtra. Datũ in noſtra, & S. Rom. Imperii urbe Ratisbona 16. Octobris, anno 1630. Imperii noſtri Rom. 12. Hungarici regni 13. Bohemici 14.

Quod hoc extractum ex Cæſareo Originali verbotenus concordet teſtor manus meæ ſubſcriptione.

Hermannus zur VVelle Notar. publ. mp.

Fran-

Franciſcus Guilelmus

Dei gratia Epiſcopus Oſnabrugenſis, Verdenſis, & Mindenſis, Præpoſitus Ratisbonenſis, Comes de VVartenberg, Dominus in VValt, &c.

Præmiſſa ſalute, & bonorum omnium apprecatione, Admodum Reverende ac peculariter dilecte, Reverende etiam, Clariſſime, Doctiſſime, nobiſque Chare.

Quid nobis Sacra Cæſarea Maieſtas, circa traditionem Monaſterii, Virginum VVoltingratæ, Societati IESV, pro fundatione alicuius Novitiatus ſive domus probationis in Imperiali urbe Goslarienſi facienda, Clementiſſimè commiſerit, atque demandarit, id manifeſtabit hiſce meis adiunctum authenticum extractum; quia in Originali Cæſareo diverſa alia puncta continentur.

Cū hoc tempore alia gravia nobis incūbant negotia, ut ob ea memoratam antea commiſſionem perſonaliter exequi non poſſimus, ſic volumus hiſce ipſis, Vobiſque omnibus ac ſingulis, vi huius mei ſcripti, ſubdelegationem conferre, rogareque, ac gratioſè requirere, ut vos præmemoratum Monaſterium VVoltingrodt poſſidendum tradatis Plenipotentiariis Patris Provincialis Rhenanæ & Inferioris Saxoniæ dictæ Societatis Provinciæ, cum omnibus ad id pertinentibus Iuribus, clavibus, ſigillis, Literis fundationum ac Regiſtris. Date etiam operam, ut omnes plane excitatæ vel excitandæ oppoſitiones nomine ſuæ S. Cæſareæ Majeſtatis, & ſub pœna edicto eius comprehenſa, ſopiantur, adque debitam omnes ſubjectionem & accommodationem per vos ſerio adducantur. Denique ſic in omnibus hiſce vos gerite, ut ſuæ Cæſareæ Maieſtatis clementiſſima intentio, etiam ſummi Pontificis, Sereniſſimique Principis Colonienſis Epiſcopi Hildeſienſis iam actu declarata pro iiſdem voluntas executioni mandetur, inventique Detentores ac Detentrices actualiter excludantur: & ſic nos prima data occaſione de omnibus actis ac tranſactis certiores reddamur. Id omnino ita futurum confidimus, offerentes in Vos propenſam voluntatem noſtram omnem ac gratiam. Datum in noſtra civitate Verdenſi. 16. Martii. Anno 1631.

Franciſcus Guilielmus
mp.

Inſcriptio.

Admodum Reverendo , nobis ſingulariter dilecto : Etiam Reverendo, & Clariſſimis, Doctiſſimiſque ſingulariter nobis dilectis Arnoldo à Bucholtz, Præpoſito Hildeſienſi ac Leodienſi, Vicedomino Monaſterienſi, Archidiacono Hasbaniæ, & Hermanno Eilinck & Erneſto Mack Iuris reſpective Licentiato & Doctori, Principis Hildeſienſis Officiali & Cancellario, &c. conjunctim & ſeorſim.

Locus ſigilli ſuppreſſi.

Cum ita ſcriptum utrumque prælectum fuiſſet, mihique Notario infraſcripto illa ipſa Inſtrumento inſerenda fuiſſent à Clariſſimo , Doctiſſimoque Domino Cancellario oblata, idem antenominato Adminiſtratori ulterius indicavit: quandoquidem prælecta ſufficienter percepiſſet, ipſique Domini Subdelegati eum in finem eò ſe contuliſſent, ut ſupramemorata ſuæ Cæſareæ Majeſtatis mandato, Illuſtriſſimique Principis & Epiſcopi Oſnabrugenſis ſubdelegationi debitè ſatisfacerent, atque Admod. Reverendo, Religioſo, Doctiſſimoque Domino P. Hermanno Bauing Provinciali Rhenanæ & Inferioris Saxoniæ Societatis IESV*, vel eius Locumtenenti cum ſufficienti poteſtate conſtituto, hoc Virginum Monaſterium* Woltingradenſe *, cum omnibus ad id pertinentibus bonis atque Iuribus actualiter aſſignarent, eumque in poſſeſſionem, adminiſtrationemque inducere deberent, ac vellent; ſic ſe minimè exiſtimare, modernos Detentores, aut Detentrices ullo modo ſe oppoſituros, verum ſe debitæ paritioni accommodaturos, dictis ante Poſſeſſoribus relicturos, ſigilla, literaſque fundationum exhibituros, & quicquid ad archivium pertinet tradituros, ſponteque relicturos. Et quanquam memoratus ſæpius Adminiſtrator ſe per abſentiam Præpoſiti & Conventualium excuſare tentaret, illiſque competentia Iuris remedia vellet reſervata, nihilominus ob prænuntiatas comminationes gravis mulctæ ac pœnæ Cæſareo mandato iam ante publicato contentæ declaravit ſe humiliter Cæſaris edicto pariturum, ſe etiam Spectatiſſimis Dominis Subdelegatis in ſignum debitæ ſubmiſſionis & obedientiæ portarum & templi claves quantocyus traditurum. Quo facto Reverendus Dominus Pater Gerardus Crapolius ſuam, quam in manu habebat à ſuo Provinciali plenipotentiam ad prælegendam produxit, cuius hoc erat ad verbum contentum.*

Reverende in Chriſto Pater,

PAX CHRISTI.

Cum Sacra Cæſarea Majeſtas, & Collegium, & Novitiatum in Imperiali ſua civitate Goslar eſſe velit, ad eius Tyrocinii ſuſtentationem Monaſteria duo VVoltingroda & C. aſſignaverit, Ego Goſvvinus Nickel,

Digitized by Google

ckel, Præpoſitus Provincialis Societatis IESV in Inferiori Rhenana Provincia, facio poteſtatem R.æ V.æ, ut cum primum intellexerit ab Adm. Reu. Clariſſimoque Dño Hermanno Eilinck Iurium Licentiato, & Sereniſſimi Electoris Colonienſis, & Adminiſtratoris Hildeſienſis Officiali, & montis S. Mauritij Hildeſij Canonico, tanquam ſubdelegato Commiſſario, quo tempore eorundē Monaſteriorū poſſeſſio Societati tradenda ſit, eam vi ac valore mandati S. Cæſareæ Majeſtatis omni meliori via ac modo juris, corā Notario & teſtibus, meo ac totius Societatis nomine apprehēdat, & inſtrumento deſuper facto authentizatam apprehenſæ poſſeſſionis copiam ad me tranſmittat. Datum Coloniæ. 28. Ianuarij Anno 1631.

R. V.æ Servus in Chriſto
Goſwinus Nickel.

R.do Patri in Chriſto P. Gerardo Crapolio
Societ. IESV Superiori
Goslariæ.

(Locus Sigilli ſuppreſſi.)

His ita peractis, honorabiles, atque ſpectabiles Domini ſubdelegati Commiſſarij lecta, & audita prædicta plenipotentia in Reverendum Religioſum, Doctiſſimumque Dominum Gerardum Crapolium Patrem Superiorem Goslariæ ibi tunc præſentem collatā, tradiderunt ei tanquam totius Ordinis Societatis IESV Plenipotentiario claves templi & portarum monaſterij, deinde ex conſenſu & aſſignatione prænominatæ Cæſareæ Majeſtatis antememoratum Virginum Monaſterium VVoltingrodam cum omnibus ac ſingulis ad illud pertinentibus poſſidendum dederunt, eumque & Societatem in realem & actualem poſſeſſionem & adminiſtrationem illius induxerunt, ad idque felicia omnia, & Dei benedictionem apprecati ſunt: quam aſſignatam poſſeſſionem, & aggratulationem prænominatus D. Pater Superior pro ſua parte, & nomine totius Societatis acceptavit, vigore Summi Pontificis Vrbani octavi, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, nec non Reverendiſſimi, Sereniſſimique Archiepiſcopi Electoris Colonienſis, & Adminiſtratoris Hildeſienſis Ordinarij mandati & conſenſus omni meliori via ac modo Iuris, ſummā cum Reverentia, humillimaque gratiarum actione, primo erga ſuam ſanctitatem Rom. Pontificem; dein erga Cæſaream Majeſtatem, ſuamque Serenitatem Archiepiſcopum Colonienſem ob datum conſenſum & approbationem; ut etiam erga Reverendiſſimum Epiſcopum Oſnabrugenſem & tanquam ſpectabilem Commiſſarium, eorumque ſubdelegatos Dominos ob maturatam executionem. Demum in ſignum veræ ac realis apprehenſæ poſſeſſionis, 1. ſe ad chorum altareque contulit, ibidem ferventes ad Deum preces effudit, Deoque gratias egit: 2. utrumque cornu altaris apprehendit. 3. Campanam pulſavit. 4. annulum oſtij templi, & glebam aliquam ante ipſum oſtium terra egeſtam manu accepit, 5. & ultimo Miſſæ ſanctum ſacrificium ſolenniter ac devote ibidem celebravit.

Deni-

Deniqueſinitis iſtis Sacris, ſapius antenominati Spectabiles Domini Subdelegati una cum Dominis Patribus ſeſe in Hypocauſtum domus è regione porta templi ſita contulerunt ea intentione ut Sigilla, Litera, fundationes Originales, Archiviumque ab Adminiſtratore extraderentur. Verum cum ille indicaſſet nihil ſingulare ibi ſupereſſe, omniaque ab Acatholico Detentore putatitio Prepoſito ablata, & adhuc dum apud eum detenta, reſponſo huic Domini acquieverunt, & mox per Adminiſtratorem comparere fecerunt ante ſe Curruum adminiſtros alioſque omnes famulos ac officiales domus, iiſque propoſuerunt.

Quoniam modo hoc Virginum Monaſterium alijs Dominis, nempe Dominis Patribus hic praſentibus aßignatum eſſet, ac traditum, debere eos impoſterum praſtare ſe ijs addictos atque fideles, idque modo ſtipulata manu promittendum. cui id non placeat, hinc illi abeundum. Cum vero Adminiſtrator obtenderet multas ſe impenſas feciſſe, famuli etjam dicerent partem ſalarii necdum perſolutam, rebus ſuis non expedire ita recedere, ita omnes ac ſinguli porrecta manu fidelitatem in ſervitio Dominis Patribus pro tunc & futuro addixerunt, adpromittentes ſe omnia ex Patrum voluntate geſturos.

Finaliter ex conſilio atque voluntate ſupranominatorum Subdelegatorum Dominorum, Reverendus Dominus P. Ioannes Tagſonius cum duobus militibus in tradito ac poſſeſſo Monaſterio, apprehenſaque poſſeßione permanſit : itàque Admodum Reverendi, Clarißimi, Doctißimique Domini Subdelegati diſceſſerunt, adque domum Amptmanni in VVidelavv ſe tranſtulerunt, Prefectoq; inibi commiſerũt, ut ſi forte quiſpiam rebus à ſe tranſactis adverſari, & ſe opponere vellet, ipſe nomine Sereniſsimi Principis & Electoris Colonienſis Dominos Patres in tradita poſſeßione honeſte manuteneret. Quo facto abierunt.

Poſt hunc actum abſolutum à ſpectabilibus Dominis Subdelegatis, Patribuſque Societatis IESV Plenipotentiarijs, ego ſupranominatus Notarius memor ſuperioris requiſitionis, & ſubarrhationis mihi facta, omnia acta ac dicta diligenter annotavi, ac in protocollum redegi, ſuper que facta immißone & apprehenſione, imo & actuali poſſeßione praſens hoc inſtrumentũ confeci, & ut aquum, extradidi. Actum anno ſalutis noſtra, indictione, ſub Imperio ſua Regia ac Imperialis Majeſtatis, menſe, die, hora, loco, ac fine ſupra-nominatis, in praſentia Honorabilis ac honeſti viri Henrici Zilkens, Ioannis Mattiſii, Aſmi Gloide, & Tiblen Sängbähr, qui omnes ad hoc ſingulariter requiſiti ac poſtulati fideles teſtes fuerunt.

Et ego Chriſtianus Cocus Civis Goslarienſis,

& ſacra Imperiali autoritate publicus Notarius, quia ſupradictis, requiſitioni Mandati Ceſarei & ſubdelegationi Reverendißimi Epiſcopi Oſnabrugenſis, Verdenſis, Mindenſiſque inſinuationi, prælectioni, facta poſſeßionis aßignationi & acceptioni, omnibuſque alijs, dum ſic, ut præmittitur, fierent, & agerentur, una cum prænominatis teſtibus praſens interfui, eaque omnia ſic fieri vidi & audivi, ac in notam ſumpſi: Ideo hoc praſens publicum Inſtrumentum exinde confeci, propria manu ſcripſi, & ſubſcripſi, nec non Notaria-

tus

Digitized by Google

tus mei Sigillo ſolito authenticavi. In fidem, & teſtimonium omnium & ſingulorum deſuper requiſitus & rogatus &c.

(L.S.N.) Chriſtianus Cocus, qui ſupra Notar. publicus, in fidem manu propria ſcripſit, & ſubſignavit. &c.

Adeptâ à noſtris poſſeſſione Virgines quædam jactantes ſe ab *Abbate VValckenriedenſi* in d. Monaſterium occupandum deſtinatas, mentito ruſticarum ancillarum habitu clam noſtris domum non per oſtium, ſed juxta colluviaria ſunt ingreſſæ, per quæ timebant ne iterum exportarentur aut dimitterentur.

Patres noſtri mandati DD. Commiſſariorum ſubdelegatorum memores. Cancellariam acceſſerunt Hildeſienſem, ut ab impetitione Virginum in poſſeſſione turbantium liberarentur; Ea mox 5. April. eodem anno 1631. *Vice Amptmanno in VVidelahe Henrico* Burckſtorff demandavit, ut cum ex mandato Cæſaris Illuſtriſſimique Epiſcopi & Principis Oſnaburgenſis Apoſtolici & Cæſarei Commiſſarij ſcientibus & conſentientibus Summo Pontifice, atque Ser.mo Principe Electore Colonienſi, Epiſcopo Hildeſienſi, Ferdinando, Societati Ieſu pro fundando Goslariæ Novitiatu Monaſterium Woltingeroda ſit aſſignatum & conceſſum, Societatem noſtram in præfati Monaſterij poſſeſſione manuteneat, atque omni meliori modo, ſemotâ tamen vi & ſcandalo tueatur. Et ſi virgines à turbatione non ceſſent, eis ad victum neceſſaria ſubtrahantur ac cubicula obſerentur, ne annona ſuppeditetur, quo ita diſcedere cogantur.

Qui tamen modus non ſucceſſit, quod aliunde ipſis neceſſaria ſuppeditarentur.

Quare *octavo April.* reſcripſit ad Cancellariam Vice *Amptmannus* Burckſtorff ſe omnibus modis laboraſſe, ut eas ad abitum diſponeret, ſed eas omnino reſpuiſſe. Earum tamen Patrem Præpoſitum præſentem manu per unum militem comiter apprehensâ curaſſe educi, & nomine DD. Subdelegatorum Commiſſariorum ſeriò demandaſſe, ut à regreſſu in Monaſterium omnino abſtineret.

Hinc Cancellaria Hildeſienſis poſtridie nimirum 10. *Aprilis eodem anno* 1631. præfato Burckſtorff demandavit, ut Virgines eas *in d.* Monaſterium ſeſe ingerentes, omni meliori modo & via, quâ poſſit, commodè educat, Societatis verò Patres in ſua poſſeſſione non tantum in præſens, ſed etiam in futurum contra omnem vim & quoſcunque manuteneat ac defendat.

Rurſum 11. *April.* 1631. eidem Burckſtorff demandavit, ut dictas Virgines tanquam nobiles honeſtè curet educi, ne ſub dio relinquantur, ſed illis rheda à Patribus Societatis vel alius honeſtus currus procuretur, quo Goslariā honeſte revehantur, quemadmodum etiam illis P. Superior Gerardus Crapolius obtuliſſe ſe ſcribit.

Cum hiſce DD. mandatis Virgines non parerent, ipſe Vice Ampt-

man-

Digitized by Google

17 mannus Burchſtorff/ut DD.ſubdelegatorum Commiſſariorum mandatis ſatisfaceret, tandem poſt multas tergiverſationes, Virgines ſingulas ſedi impoſitas curavit honeſtè exportari.

Quibus eductis *P.Gerardus Crapolius* Superior currum, quo Goſlari-
18 am revehe.entur, obtulit, ſed eum recuſarunt; at poſtmodũ Societas noſtra ibidem vſque ad Suecorum invaſionem in pacifica manſit poſſeſſione. Atque hæc erant à F.Romano ſi fraudibus agere non ſtatuiſſet, referenda. Siquidem hæc à R.mo& Ser.mo Principe ac Domino Dño Henrico Maximiliano Archi-Epiſcopo Colonienſi S.R.I.Principe Electore Epiſcopo Hildeſienſi, utriuſque Bavariæ Duce nuperrime mecum clementiſſime communicata, ad proceſſum eſſentialiter ſpectabant. Sed quia F.Romanus hæc ſuæ vidit adverſari intentioni, ea omiſit, ac pro juridico proceſſu calumnioſã duntaxat accuſationem obtulit. Certe ex hiſce deductis colligere eſt, quam multipliciter & F.Romanus & Virgines à veritate abierint. Imò ſibi mutuo contrarientur, quamque multa probanda F.Romano incumbant, quæ non probavit, imò quibus contraria Virgines ſcripto ſuo libello deponant.

Ex ijs primum eſt, quod F.Romanus *d.allegat.*3.§.5.*n.*14. aſſerat, à D.
" Abbate in Walckenried quatuor profeſſas Moniales Ordinis Ciſtercien-
" ſis ac duas Sorores Novitias cum ſorore Laica ad *d.* Monaſterium Wolti-
" gerodenſe in Saxonia inferiore ſitum deſtinatas eſſe.

" Cum tamen ſola Maria Kögels/reliquarum vero nulla ſe profeſſam fateatur; quin etiam ipſæ reliquæ Virgines & quidem ſecunda & tertia in Ordine nimirum Anna Lucia ejuſque ſoror Germana, Anna Sidonia von Dernbach fateantur ſe vere non fuiſſe profeſſas, ſed à ſuo Prælato tanquam (als) profeſſas fuiſſe acceptas, ipſaſque profiteri propoſuiſſe d. verbis. Er ſolte vns in vnſerm Fürſatz geſtercket haben / ipſe in propoſito noſtro nos confirmare debuiſſet, vnde ſi tanquam profeſſæ fuerunt ſuſceptæ, ergo vere non fuerint profeſſæ, quia dictio tanquam ſua natura denotat improprietatem & fictionem, Barboſ.*in dict.tanquam.* 412.*n.*1.*per l.ſi pecunia.ff. ſi cert.petat.& L.jubemus* §.*ſane.l.*1.*C.de SS.Eccleſ.* Deinde ſi profiteri propoſuerant, ergo vere necdum erant profeſſæ; qui enim profiteri proponit, ille de facto non profitetur, nec ante eſt profeſſus. Adhæc quomodo Virgines illæ ante annũ Novitiatus in religione peractũ & expletum potuerunt profiteri? Certe F.Romanus nõ probavit, nec unquã probaturus eſt, Virgines eas præter unã Mariam Kögels annum probationis in Novitiatu expleviſſe, nedũ tempore expleto in alicujus manibus deſcripto profeſſionem ſuam emiſiſſe, prout de jure ad profeſſionis ſolennitatem requiritur, ſtylique ac moris eſt, uti infrà *in tract. noſtro* 4. oſtendetur.

2. Quod additur in libello accuſatorio, quaſi P.Superior Goſlarienſis dixerit, illas adhuc nubere poſſe, cum in propoſito decuiſſet confirmare: illud cum ſit facti alieni, non præſumitur ſed probandum eſt, Et poſito non conceſſo,

xiſſet, ſicuti ſe dixiſſe negat, ſaltem voluit ſignificare, illas non eſſe profeſſas utpote quæ nullo ſolemni caſtitatis voto tenerentur, non autem ut illas à pio propoſito dimoveret, cum aſſeratur dixiſſe, ſie können nicht aber / ſie ſollen einen man nemen quod poſſent, non verò quod debeant nubere &c. Quæ duæ propoſitiones multum inter ſe differunt, ut nemini non notum eſt. Siquidem omnium Theologorum & ICtorum eſt ſententia docentium, quod novitius validum poſſit contrahere matrimonium. Nemo tamen illi propterea matrimonium ſuadet.

Et quomodo probabit F Rom. quod Abbates Cæſarienſis & Walckenriedenſis conjunctim vel ſeorſim habuerit poteſtatem deſtinandi unam virginem profeſſam cum aliis non profeſſis in alienæ diœceſis Monaſterium Conventu vacuum ab ipſorum vel etiam ipſius virginis profeſſæ, quæ mittebatur, Monaſterio tanquam membrum proprietatis non dependens? & quidem inconſulto alterius Diœceſis Epiſcopo vel etiam ipſo invito ſe in illud intrudendi? aut quomodo oſtendet illud iis pleno jure fuiſſe ſubjectum, aut ab eo tanquam membrum proprietatis dependiſſe? Quo nec oſtenſo nec oſtendendo, ſequitur, quod ipſi nullum jus in d. Monaſterium & quidē alterius Diœceſis habuerint, ex Conſtitutione Alexandri VI. Pontificis *in reſolutione quaſt.* 6. allata, adoque ex S. Gregorio M *lib.* 11. *indict.* 6. *Epiſt.* 4 contra ipſos ſit pronunciatum. 3

Tacetur, quod virgo Maria Kogels non fuerit in d. Monaſterio Woltigerode Diœceſis Hildeſienſis, ſed in Coſtenburg Diœceſis Moguntinæ profeſſa; adeoq; in hoc & non in illo jus acquiſiverit, neq; ipſa poſſit in duobus Monaſteriis à ſe invicem ut membrum proprietatis non dependentibus eſſe. *per c. cum ſingula.* §. *prohibemus & ibi not. de præb. in* 6. Adhæc Abbas Cæſarienſis in ſuis 17. April. 1621. ad Imperatorē datis ac *ſup.* relatis aſſerit quod ipſe à S. C. M.tis Commiſſariis deputatis fuerit Adminiſtrator woltigerodenſis conſtitutus, &c. de qua conſtitutione nec docet, nec docere poteſt; imo ſi doceret, nullum illi Canonicum præberet titulum, tum quia quod conceditur in adminiſtrationem, non datur in titulum; tum quia canonicus titulus à ſuperiore Eccleſiaſtico non à Cæſaris Commiſſariis proficiſcetur; quin etiam Cæſaris voluntati aſſertorum illorum Commiſſariorum Conſtitutio contrariatur. 4 5

Imò ſi ex ſuppoſitione D. Abbas Cæſarienſis ab aſſertis Commiſſariis deputatus eſt duntaxat adminiſtrator in woltingerode, nec perpetuus, nec cum libera deſignatus, igitur ejus cuſtodia & non diſpoſitio illi ſolum fuiſſet commiſſa, uſque dum de Canonica ejuſdem proviſione appareret; neq; ejuſdem ipſe conſecutus eſſet poſſeſſionem per tradita *ſup. in reſolut.* q. 1. *c.* 3. *n. & q.* 2. *ſect.* 3. *cap.* 1. & Rot. Rom. *deciſ.* 243 *in antiq. &c.* Conſequenter nec ipſe Abbas Cæſarienſis Abbati walckenriedenſi, potuit de eodē Monaſterio poteſtatem diſponendi tribuere; Cùm ipſe eam non haberet, *per l. nemo plus* 6

juris 54 *ff. de R.I.* & cum aliunde de Canonica proviſione Societati facta, legitimaque Cæſaris & Sereniſſimi Epiſcopi Hildeſienſis attributione appareret, hoc ipſo adminiſtratio commiſſa, ſi quæ legitima interceſſiſſet, expiraſſet. *per inf. tradita cit. loc.*

7 Quod ſi igitur Abbates Cæſarienſis & walckenriedenſis non habuerunt inde nec aliunde facultatem d. Monialem in Monaſterium alterius Diœceſis pleno jure ſibi nec ſubjectum, nec ut membrum proprietatis à ſuo d. pendens introducendi, non potuerunt eam cum aliis Virginibus Canonicè in illud Monaſterium immittere, adeoque quando immittere præſumpſerunt, ipſa Maria Kögels cum ſuis Virginibus non fuit Canonicè introducta ſed intruſa; Cùm intruſus dicatur, qui in Eccleſiaſticis à Superiori, non habente poteſtatem conferendi titulum obtinet, adeò ut nec coloratum titulum habere dicatur. Gomez. *in regul. de triennal. poſſ quæſt.* 29. *& q.* 41.

8 Unde conſequens eſt, quod Epiſcopus iſtius loci, Virgines ſicuti de facto ſe ingeſſerant, ita de facto potuerit privare, Bertachin. *in repert. verb. Eccleſia ſub num.* 10 *Verſ. ſin autem Eccleſiam.* Pan. *in c. quia Clerici in ult. not. de jure Patron.* Felin. *in c. qualiter & quando. num.* 10 *col. penult* gloſſ. *de accuſat.* Ubi hoc dictum adeò extollit, ut æternùm velit eſſe notandum. Marſil. *ſingulari.* 195. *incip.* Nemo privandus; maximè quando modico tempore ante ſe ingeſſiſſe conſtat, *per not.* Matth. *de* [illegible] *§. quid ergo c.* 1 *de inv. ſtit. de re alien. fact.* Idem poſt Iſern. *in c. illud de probib. feud. alien. per* Frider. *tradit. per c. ad decimas de reſt ſpol. in* 6. *& c. conſtitutus de filijs presbyt. & ibi* Franc. Hic autem conſtabat, Virgines non multò, nedum longo tempore ſed paulo ante intruſas fuiſſe, ut ita Sereniſſimus ipſas, vocato earum procuratore, quod ipſæ non eſſent in loco præſentes, auctoritatibus Apoſtolica, ſua & Cæſarea, ſicut potuit, ita voluerit privatas, quemadmodum ex inſtrumento adeptæ poſſeſſionis patet.

9 Conſequitur etiam, calumnioſum eſſe F. Romani *n.* 21. *& allegat.* 392. aſſertum, quaſi P. Superior Goſlarienſis ut animoſius *menſe Martio* 1631. id Monaſterium occuparet hortatus fuerit Virgines, ut Goſlariam in Monaſterium Franckenberg ſeſe reciperent Illud enim Superior P. Gerardus Crapolius expreſſè negat, nec cum ſit facti, præſumi poteſt, ſed probandũ erit, neque etiam veriſimile eſt; cum Monaſterium Franckenberg non eſſet Ordinis Ciſtertienſis, ſed nigrarum Monialium, nec intra Goſlariam contineretur, olim à Conrado Epiſcopo Hildeſienſi Sifridi circa *annum* 1227. 12. *Nov.* ſucceſſore ædificatum.

10 Tum quod eædem Virgines noſtros Societatis Patres authoritate Apoſtolica, Cæſarea & Sereniſſimi Archiepiſcopi Electoris Colonienſis Epiſcopi

piſcopi Hildeſienſis in *d.* Monaſterii poſſeſſionem 29. *Martii* 1631. immiſſos in poſſeſsione ſua per Clanculariuni juxta colluviaria, & non per oſtium ementito ancillarum habitu ingreſſum turbarint, cujuſmodi Clanculatius & illegitimus ingreſſus non rectè à F. Romano *nu.* 22. ingenioſum regreſſionis Monialium *inventum* explicatur; cùm mutatio habitus profeſſæ Virginis in tali caſu per Sacros Canones non eſſet licita, neque ex juſta cauſa à Canonibus approbata fieret *per not* Aſterani *in ſumm lib.* 6. *tit.* 47. ut rectè ideò Cancellaria Hildeſienſis 5. *April. d. An.* 1631. D. Henrico Burchſtorff Vice-Amptmanno in widelage demandarit, noſtros Patres legitimè immiſſos contra Virgines iſtas turbatrices in poſſeſſione omni meliori modo abſque vi tamen & ſcandalo manuteneret, ſubtrahendo turbatricibus victui neceſſaria, cubicula obſerando, quò ita ſponte recederent.

Mutatio habitus quando licita, quando non.

11

12 Inde efficitur, falſam eſſe & calumnioſam Virginum *allegationem*, quaſi Patres noſtræ Societatis illis victuneceſſaria & lac etiam ex propriis vaccis negari juſſiſſent.

Sicut etiam patet falſum eſſe, quod cum Virginibus non humaniter, 13 ſed planè inhumaniter ac cum illis tanquam maleficis perſonis fuiſſet actū; cùm cōtrarium ex informatione Amptmanni, Decretis Cancellariæ Hildeſienſis ac Dominorum ſubdelegatorum notorium ſit, quod diu multumque rogatæ ſint, ut à turbatione deſiſterent, at ipſis non obtemperantibus tanquam cum nobilibus Virginibus omni meliori modo ut ageretur, imperaratum fuerit, prout etiam cum iiſdem fuit actum.

14 Ita Virgines acceptis mandatis non obtemperantes neque à vi turbativa & inquietativa deſiſtentes, Vice-Amptmannus Burchſtorff vigore dd. mandatorum curavit prius 8. *April.* earum Patrem Confeſſarium manu comiter per unum militem prehensâ educi atque ipſas Virgines 12. *April.* 1631. ex ordine ſedi in Periſtylio repertæ honeſtè imponi & per duos Præfectos ſeniorem & juniorem exportari, ubi cum ventū eſſet ad Stabularias, quæ etiam videbantur exportari velle, dixit Vice-Aptmannus, Nein / du biſt groß gnug / du kanſt wol hinauß gehn / *i.* næ tu ſatis adulta es & fortis, ut ipſa exeas uti ex ipſo Vice-Amptmanno R. P. Joannes Zwenbrugge & P. Hieronymus Mulmannnus *menſe Sept.* 1648. dixicerunt.

Hinc patet falſam eſſe F. Romani *cit. loc n.* 18. aſſertionem, quaſi P. 15 Hermannus Baving, (quem ille erroneè Joannem Bavin & alibi Hermannum Gawin nominat) duobus militibus juſsiſſet aleas mittere uter

bus turbatricibus reſtitiſſent, annon ipſis ex jure naturali vim vi repellere, ipſaſque per moderamen inculpatæ tutelæ amovere licuiſſet? ſi F. Romanus neſcit, diſcat ex Aſterano *in ſumm lib.6.t.47.conſid.6. q.6.*& Franciſc. Aretin. *in c.cum non ab homine. de Iudic.* prout contra F. Romanum pluribus oſtenſum eſt, maximè quando virgines poſito habitu religioſo viros religioſos in ſua poſſeſſione turbare auſæ fuerant.

Quod Hæreticum Conſulem Goſlarienſem F. Romanus in teſtem 19
advocat, qui eo ſe facto ſcandalizatum & offenſum aſſeruerit, haud facile crediderim, cum illa de cauſa cum F. Romano locutum fuiſſe; quod ſi tamen ea de re locutus fuerit, vel ipſe conformiter *d.* actis & receſſibus Cancellariæ rem retulerit & robore F. Romanum perſuaderit; ſin verò difformiter, non erit ipſi utpote teſti, qui actui non interfuit, ſed de auditu alieno & quidem falſo accepit, credendum.

12 Scandaloſum eſt, quod ib. d. *d.n* 24 de *P. Davide Priore Ord. Prædicatorum* 20
Halberſtadii, eiuſdemque *F. Angelo* laico refert, quaſi *parum abſuerit*, *quin F. Angelus laicus Procuratorem Societatis baculo ſuo viriliter deplumaſſet, qua in re quid deliquiſſet, ait, ſe non videre.* Cum q.6. Aſtri Eclip. §. quod ſi Scioppius, *contra invaſorem poſſeſſionis alienæ, etiamſi Clericus aut Religioſus exiſtat, quibuslibet etiam Clericis & Religioſis fuſtes & baculi ſine ullo metu Excommunicationis incurrendæ concedantur.*

Comment. Hayanum. De duobus Prædicatoribus.

Verum aſſertum hoc F. Romani cogitatum meo judicio planè inveriſimiliter de *homine Religioſo* refertur, eò quod nec illius nec F. Romani ſit, ſepoſitâ reverentiâ Superioribus Eccleſiaſticis debitâ juſtam eorundem voluntatem, ac demandatam executionem impugnare, multò minus in alio nec conſcio nec cooperãte Superiorũ ſibi non ſubjectorum factum alioquin ad ſe non pertinens, propria & privata authoritate vindicare, ſed ſuæ ut decet Religioſos viros, ſtudere regulari modeſtiæ & diſciplinæ.

Diſcutitur.

Quin etiam F. Romanus allegando *d.q. 8.n.13.§. quod ſi Scioppius.* ſuã o- 21
ſtendit, vel imperitiam vel fallaciam, quando illud de invaſore, quod ei in *actu invaſionis* impunè reſiſtere liceat, vult huc, ubi agitur de *Executione à Præmiſſis DD. Commiſſariis* contra immorigeras Monialem & Virgines facta detorquere. Nã nulli privato, cujus omninò non intereſt, poſt factam à Magiſtratu Eccleſiaſtico Executionẽ licebit propterea tertium privatum invadere ac de eo ſe privatim vindicare. Si Dei zelo agitur F. Romanus ſatis inveniet quod pro charitate religioſa inſtauranda ſuo in Ordine, qui in Monaſteriis Vetere, Novo ac *Zeven* Archidiœceſis Bremenſis, haud ſatis conformiter inſtrumento Pacis premitur, laboret. Non ego F. Romano objiciã, quid in *Hagen* Diœceſis Oſnabrugenſis, atque alibi acciderit; neque quod Prælatus alterius Ordinis Illuſtriſſimo atque Celſiſſimo Dño Joanni Ludovico S.R.I. Principi, Comiti Naſſovico Reſponderit. *Malle ſe, ut Monaſteria ſint in manibus Hæreticorum, quam Ieſuitarum,* quo reſponſo non parum Illuſtriſ-

Digitized by Google

ſtriſſima ſua Celſitudo fuit offenſa, prout Prælato publicè apud Acta coram Eminentiſsimo & Reverendiſsimo Dño Fabio Chiſio tunc Nuncio Apoſtolico, nunc S.R.E. Cardinali in Cauſa poſſeſsionis vinearum in Leudeſtorff 6. *Feb.* 1641. *in Eliſione refutationis ferè ſub finem & alibi* fuit objectum.

22 Præterea F. Romanus multa hic congerit, quibus Societatis titulum ac poſſeſsionem improbare, ſui verò Ordinis comprobare nititur, imprimis circa conceſsionem Apoſtolicam Societati factam pluribus *allegat.* 386. *n.* 29. 32. *& ibid. n.* 12. 26. 27. 28. diſcurrit, & cum nauſea eadem repetit, quo ipſo ſe in aliena re peregrinũ eſſe oſtendit. Neq; Societas F. Romano de re ad ipſum non ſpectante documenta edere tenetur, ſufficienter ea *ex S. Cardinalium Congregationis de propaganda fide voto* pateſcebat. Quin Reverendiſſimus & Ill.mus Princeps & Epiſcopus Oſnaburgenſis de Apoſtolica & Cæſarea voluntatibus *tanquam Apoſtolicus & Cæſareus Executor in literis ſuis inſtrumento captæ poſſeſsionis insertũ* eſt conteſtatus. Quidquod ſua Sanctitas Auguſtiſſimo Imperatori noſtro Ferdinando II. fel. record. de bonis ejuſmodi recuperatis dederit diſponendi facultatem, ſuperius demonſtratum eſt.

Voluntas Apoſtolica defenditur.

Cætera quæ ibidem *n.* 13. 14. apud F. Romanum ſubjiciuntur *de edicto*

23 *Cæſareo*, hinc peregrina ſunt, vel aliena, utpote de *Abbatum promiſsione*, de qua *num.* 15. 16. 17. 18. pluribus diſcurrit, & nos in *reſolut. quæſt.* 9. reſolvemus.

24 Quæ verò de diſceptatione placida *n.* 20. *&* 21. Item de Imperatore, quaſi à recto Juſtitiæ tramite mutato *d. num.* 17. 27. aſſeruntur, injurioſa ſunt.

25 Quod autem F. Romanus *n.* 31. propoſitiones meas negantes, *quibus aſſertam translationem Virginum Canonicam negabam*, invadit, non ſecus *ac ſi ego negans negativam probare aſtringerer & ipſe ponens & Affirmans ad nihil teneretur*, eſt imperiti Cauſidici mundum diſputationibus ſuis implentis & partes litibus involventis perſonam induere, Non ſic F. Romane meum, ſed tuum erat probare. Si neſcis diſcas id *ex l. 2. ff de probat.* & aliunde.

26 Hinc ea, quæ F. Romanus *allegat.* 387. 388. 390 391. affert, per ſe collabaſcunt. Siquidem aſſerta à F. Romano Abbatiſſæ venia & Conventus Monialium in Toſtenburg conſenſus facultas Eminentiſsimi Archiepiſcopi Moguntini pro Monialis extra clauſuram exitu, tum authoritas & conſenſus Sereniſsimi Epiſcopi Hildeſienſis pro ejuſdem Monialis in Monaſterium morte omnium Conventualium deſtitutum, atque à Toſtenburg/ Walckenriedt / aliove Monaſterio independens ingreſſu non præſumuntur interveniſſe niſi probentur cùm ſint facti *l. in bello* § *facti ff. capt. & poſtlim. reverſ.*

Translatio Monialis iſtius non oſtenditur fuiſſe legitima & Canonica.

Ex eo verò quod Eminentiſsimus Archiepiſcopus Moguntinus egreſſum

ſum iſtius Monialis ex Monaſterio ſuæ Diœceſis non impediverit, ipſius conſenſus non rectè inferri poteſt, ſicuti nec ex eo, quod Monialis illa cum Virginibus aliis *clam* Monaſterium Wolting-rodense, ſed *non per oſtium* ingreſſa fuerit, conſenſus Sereniſſimi Principis Electoris Colonienſis *Epiſcopi Hildeſienſis* rectè inferri poteſt, cùm alias etiam manifeſtè de contraria Sereniſſimæ ſuæ Celſ. voluntate conſtet.

Ad hæc neque conſtat, neque probatum eſt quod Moniales in Toſtenburg ſint ab Ordinarii Jurisdictione exemptæ, & quorſum urget F. Romanus *immunitas Epiſcopis dandas*, ſi Monaſteria, de quibus agitur, ſint exempta. Certè videtur F. Romanus cum Epiſcopis pilæ luſum luſurus. 27

Quin etiam *poſito* quod probaretur, prout tamen necdum probatum exiſtit, Virgines eaſdem exemptas; adhuc tamen Ordinario quoad clauſuram eſſent ſubjectæ Etaſin. Chockier *de Juriſdict. ordinar. in exempt. part. 2. quæſt. 15. num. 51. & 81. per c. periculoſo de ſtatu Monach. in 6. Clem. attendentes de ſtat. regular.* Angel. *Verb. exemptio num. 10. verſ. poſſunt c. 1. §. fin. de ſtat. regular. in 6 & Concil. Trid. c. 5. ſeſſ. 25. de regular.* Egreſſus vero Monialium ſpectat ad clauſuram, Bonac. *de clauſ. & pœn. Violat. ipſis impoſitu q. 1. punct. 3. ſub n. per d. c. periculoſo.* 28 *Effugium F. Romani refellitur.*

Rurſum *poſito*, quod Eminentiſsimus Moguntinus conſenſum dediſſet, ut Monialis illa ex Toſtenburg egredi potuiſſet; non tamen probatur, nec probari poteſt, quod ipſa alienigena potuerit Monaſterium morte omnium Conventualium Originariarum vel incolarum deſtitutum, in alienâ Diœceſi ſitum, inconſulto, imò invito Ordinario Epiſcopo propria, vel etjam aliorum ſui Ordinis Superiorum (à quorum Monaſteriis illud Conventu deſtitutum) ut membrum acceſſoriè unitum non dependebat nec etiam illud in aliena Diœceſi unire poterat *c. 9. ſeſſ. 14. Concil. Trid. de reform.* authoritate ingredi & occupare. 29

Attento maximè, quod nec probatum ſit, etiam præfatum Monaſterium Woltigerode ab ordinaria Juriſdictione omnimodè exemptum fuiſſe, cùm Modernus intruſus munera injuncta ſubeundo, contributionesque ſolvendo contrarium re ipſa oſtendat; hæc etenim non ſunt ſigna loci exempti. Unde F. Romanus Sereniſsimo Principi Electori Colonienſi Epiſcopo Hildeſienſi fruſtra inſultat, quaſi ipſius Sereniſsimæ Celſ.nis non intereſſet. 30

Quod F. Romanus *ſub allegat. 385. num. 14.* aſſerit, quaſi *Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps Franciſcus Gulielmus Epiſcopus Oſnabruggenſis, Mindenſis & Verdenſis tanquam per Circulum inferioris Saxoniæ & Cæſareus Executionis Commiſſarius clementiſſime per ſuum ſubdelegatum Admodum Reverendum Dominum Hermannum Eilinck iſtarum Virginum in d. Monaſterium ingreſſum approbaverit.* Illud nequaquam à F. Romano probatur, quia etiam illi præ- 31

Digitized by Google

præmiſſum inſtrumentum apprehenſæ à Societate noſtra Monaſterii illius poſſeſſionis, tum varia pro Societatis noſtræ Patribus lata decreta *in tract. 3.c.1.ſect.1.§.2.* Summatim producta contrariantur.

32 *Comment. Hayanum.* At F. Romanus *d. allegatione n.31* objicit, quod *niſi Ordo Ciſtertienſis fuiſſet in poſſeſſione, in aulâ Cæſaris non fuiſſet in integrum reſtitutus.* Verùm hoc totum figmentum eſt, nulla nitens probabilitate aut veriſimilitudine.

Refellitur. Quomodo enim quis contra proviſionem Apoſtolicam & Cæſaream Sereniſſimique Ordinarii Hildeſienſis Epiſcopi immiſſionem alterâ parte abſente nec citatâ, nec auditâ in Cauſa Eccleſiaſtica petitorium, & titulum Eccleſiaſticum involvente reſtitutionem in integrum impetrabit, aut Imperator decernet. Sanè ſunt ea incredibilia & inveriſimilia, directò Juri contrariantia, quæ F. Romanus hic enarravit, ut proinde ipſi nihil ſit credendum.

Quin etiam expreſſè ex litteris Cæſaris ad Ser.mum Principem Electorem noſtrum Ferdinandum *p.m. 15. Martij* 1644. datis refutatur. In ijs enim S. C. M. jubet, ut Societas noſtra ad Monaſterii Woltigerodani poſſeſſionem Suecico incurſu interverſam reſtituatur.

33 *Comment. Hayanum.* Quod addit F. Romanus *allegat.3. n.2.* Moniales ex *VVoltigerode in* Franckenberg *fortè propter militarium invaſionum pericula conceſſiſſe, reliquiſſe in Monaſterio VVoltigerode procuratorem, quem ego* Burchardum Lap *nominem, adeoque poſſeſſionem non fuiſſe vacuam & deſertam, tum quia non recedere dicitur quis à loco, à quo diſcedit animo incontinenti revertendi.* Rota deciſ.70.nu.5. apud Oliver. Beltram. *tum quia dicitur etiam quis habitare, ubi familia ſua habitat, & poſſeſſionem acquirere & retinere per familiam ſuam.* Bart. in l.1.§. Municipes, ff. de acquir. poſſ. & l. ſi mulieri. ff quib. mod. uſusfruct. amitt. n. 2. *ſed & ſola appoſitio Cuſtodis arguit poſſeſſionē cmunöitatis.* l. ſi ita §. Dominus de uſu & habit. Alex. conſ.88. n. 28. vol 5. *Rota apud Coccin. deciſ.354.n.2. Ex quibus inferretur, occupationem Monaſterii à Patribus Societ. factam, familia Monialium in poſſeſſione exiſtente & abſente proprietario, præſumi clandeſtinam vitioſam & nullam.* c. licet Cauſam & ibi Dd. de præb. *Bart.* in l. Si duo in Princ. ſub num. 4. ff. uti poſſidetis. *Veral.* deciſ. 334. num. 2. & 6. part 2. *Cæſar. de Graff.* deciſ. 5. num. 2. de cauſ. poſſ. & propr. *Rota apud Coccin.* deciſ. 14. num. 7. & alii.

Diſcutitur. Verùm F. Romanus ſupponit, aliqua nec conceſſa nec probata, quæ tamen prius ab ipſo probanda eſſent. nim. *quod ipſa Monialis cum ſuis Virginibus non profeſſis Canonicè in d. Monaſterio VVoltigerode inſtituta, in ejuſque poſſeſſionem,* antequam Societati illud fuiſſet datum atque ab eadem ſimpliciter inhabitatum *legitime introducta fuiſſet.*

Quin etiam poſito non conceſſo, quod *d.* Monialis cum ſuis Virginibus ante

Digitized by Google

ante inhabitationem Societatis *d.* Monaſterium ingreſſa fuiſſet; attamen quia inconſulto & inſcio Sereniſſimo Epiſcopo Hildeſienſi contra Summi Pontificis voluntatem & Imperatoris aſſenſum de facto Monaſterium illud non ita pridem ingreſſa fuerat, etiam de facto per Sereniſſimum Epiſcopum Hildeſienſem privari potuit, *per not ſuperius allata*, ut proinde hic intret regula, *non præſtat impedimentum, quod de Iure non ſortitur effectum de R. I.* adeoque ſit calumnioſa F. Romani illatio, quaſi ſolennis illa SOCIETATIS in d. Monaſterij Woltigerodani introductio eſſet vitioſa & clandeſtina; cum eius contrarium, videlicet quod SOCIETATIS Iuſta, iniuſta verò fuiſſet Monialis ipſa, haberet inferre 3. Nec conſequenter hic loquitur F. Romanus, *F. Romanus ſibi contrarius.* qui ſuperius aſſeruit, Monialem ſuaſu Patris Superioris Goslarienſis in Franckenberg iviſſe, ut ille Monaſterium occuparet; hîc verò non ſuam Patris, ſed periculo militum territam abiviſſe. De Procuratore, famulis & famulabus iam ſupra eſt reſponſum.

Rurſus F. Romanus *allegat.* 394. Monialem à turbatione & vi turbativa purgare nititur, aſſerens, 34. *Alia Commēt. contra poſſeſſionem Societatis pro Moniali.* *mihi prius incumbere probare, quod Societas in legitima tunc poſſeſſione fuerit, quam dicam in ſua poſſeſſione turbatam, qui enim ſuam poſſeſſionem continuat non dicitur alium turbare aut ſpoliare.*

Rota deciſ. 11. de reſtit. ſpol. n. 3. in noviſ. *Ridiculum autem eſt quod aſſeram poſſeſſionem Societatis à Moniali in ſuam poſſeſſionem legitimè regreſſa vi oppugnatam fuiſſe. Inauditum eſt in omni hiſtoria, quod in iſto caſu fœmina Viris vim intulerint. Et quid armorum, quid armatorum apud ſe regreſſa Moniales habuerunt? An Monaſterij portam effregerunt? an ſibi reſiſtentes fuſtibus vel baculis abegerunt? an ſine Principis auctoritate rem occuparunt, quæ cum Principis authoritate ſuffragantibus Sacris Canonibus per Commiſſarium Cæſareum Generalem in poſſeſſione firmata fuerant? non cenſetur vis illata, quando poſſeſſio recepta fuit de mandato Iudicis* l. Creditores ff. ad legem Iul. de vi Priv. *& dixit Rota* in illa Cornetana & in Romana fructuum cenſuum Lunæ 11. Decemb. 1606. deciſ. 281. apud *Oliver. Beltram.* Et eſto *vim intuliſſent, quid inde; cum & poſſeſſor poſſit propria authoritate expellere ſpoliatorem. Menoch.* lib. 6. præſump. 69. num. 25. & alij apud eundem; *& talibus ego fuſtes concedam & baculos* ubi ſup. num. 24. Hæc F. Romanus ibid. num. 39.

At mentito ruſticarum ancillarum habitu Monaſterium intrarunt; *inquiam ego, quid tum? iſta vim non arguunt. Vis enim eſt maioris impetus, qui repelli non poteſt.* l. 2. ff. quod metus cauſa Sylv. *Verb. vis. Ementito autem habitu uti, per ſe & intrinſecè non eſt malum aut culpandum; finis & intentio faciunt hoc indifferens opus bonum aut malum. Iacob matris conſilio ementito habitu Eſau bene-*

diſtionẽ Patris Germano fratri præripuerit. Societas Ieſu(ut ſcribit Guilielm. Lamormaini in Epiſtola ſua ad Abbatẽ Cæſarienſem ſub dato Ratisbonæ 17. Sept. 1630 Aſtri fol. 265. col. 1.) *ementito habitu ſuos Patres nonnunquam miſit ad Religioſas Virgines, quæ in duodecim Monaſterijs Saxoniæ inferioris hucuſque perſeveraverant; Vidiſſe ſe aſſerit non ſemel noſtros Patres ementito Sæculari habitu etiam in Comitijs* Imperij *Generalibus de die per Vrbes incedere, & menſas Dominorum frequentare. Rem non vituperat ſi cum debitis circumſtantijs fiat. Sed ego habitus mutationem in Monialium dedecus trahere moliar, quæ tamen ideo ab ijs solùm aſſumpta videtur (ſaltem ſua opinione) ne habita poſſeſſione ſpoliarentur. Cedere namque bonis acerbum eſt. Per violentiam amittitur poſſeßio, ſive quis corpore expellatur, ſive veniens non admittatur.* ff. de acquir. poſſeſſio. clam §. qui ad nundinas l. quamvis ſaltus l. peregre §. ult. & l. licet ff. eod. l. 1. §. idẽ Labeo ait. *Hoſt.* in ſumm. de reſtit. ſpol. n. 1. *Menoch.* de remed. 1. recup. n. 80. *Maſcardus* vol. 3. prob. Concl. 1329. n. 7. l. 1. §. 24. ff. de vi & vi armata. *modo jus invaſori (ut hic) non reſiſtat; ne ergo Sacræ Virgines ad Monaſterium ſuum non admitterentur, id eſt, ne ſua poſſeßione naturali per familiam continuata ex intruſione Patrum Societatis ſaltem apparenter ſpoliarentur, mutato habitu Monaſterium ſilenter intrarunt (nam nova res novum Conſilium capit, ut ait Ancha an* conſilio 204. *& in legitima ſua poſſeßione perſtiterunt, donec ab Apparitoribus & novitio Ieſuita per vim eiecta ſunt; imo & ultra. Vbi nulla Monialium violenta oppugnatio, nulla poſſeßionis alienæ turbatio interveniſſe doceri poterit, Cum utens Iure ſuo nemini faciat iniuriam Hac ibid.* n. 40.

Ex quibus Wilhelmus Hulſius Prædicans Weſalienſis *in tertio ſuæ artis Pelaſgæ ſpecimine pag. 19. & 20.* ſuum auxit calumnioſum ſcriptum, quo Societatem noſtram ſine ullo fundamento aut probabilitate aliqua contra jus tam divinum, quàm humanum invadit, eius honorem & actiones ſugillat. Verum cum ipſe ibidem factum iſtud ſolummodo ex libello Virginum ac-
Diſcutiũtur. cuſatorio & Abbatis Cæſarienſis ad F. Romanum retexuerit, non auditis, nec examinatis alterius partis argumentis, reſponſionibus & defenſionibus, de eo iudicari præſumpſerit, quis eum à calumnia liberum pronunciabit? maximè ſi ipſe Patrum noſtrorum Exceptiones & defenſiones contra Virgines accuſatrices & Abbatem Cæſarienſem, tum F. Romanum conſiderentur, & ut juſtitiæ ratio poſtulat, ponderentur. Vt igitur hæc omnibus innoteſcant, relicto Hulſio ad ipſius authorem F. Romanum revertimur, illique reſpondemus.

Principio quod ipſe fruſtra Societatis poſeſſionem allatret, qui eam à Monialibus legitimè & Canonicè captã nec probat nec probare poteſt, quẽadmodum probare tenebatur, Cum adeptio poſſeſſionis ſit facti, factum autem non præſumatur ſed probandum ſit. Ridiculus ſane eſt. F. Romanus, qui de continuatione poſſeſſionis multa diſcurrit, non probata prius adeptæ poſſeſſionis exiſtentia, ut merito in illum quidã Religioſus ſic invehatur *in aſ-*

ſerta

Digitized by Google

ſerta actione Ordinis Ciſtercięſis in ea Monaſteria, quæ ab alijs ſine legitima cōceſſione ſunt occupata part. 1. in princ. Vbi ait, quod *rerum Ordinis ignoratione, ille ſcriptor laborarit, qui non pridem adilis ſive populi ſuffragio abſque noſtrorum rogatu Ordinis advocatus multa pro noſtro jure viſus eſt protuliſſe argumenta, ſed quibus nihil magis elumbe, fractūque eſſe poſſit, ut niſi inſcientia hominem excuſaret, acriori obiurgatione dignus videretur.* Hæc ille.

Cuiuſmodi inſcientia ex eiuſdem F. Romani reſponſione ſub *allegat.* 394. allata apparet, quando exiſtimat, *Quaſi Monialis & Virgines vim aliquam nō niſi vel armis vel armatorum manu inſtructa inferre poſſent.* Certè F. Romanus Principia inſtitutionum Iuris videtur ignorare, in quibus §. *recuperandæ de interdict.* ita diſponitur, *Qui autem aliquem de poſſeßione per vim deiecerit, tenetur lege Iulia de vi privatâ, aut de vi publicâ; ſed de vi Privatâ,* ſi ſine armis *vim fecerit; ſin autem cum* armis *eum de poſſeßione vi extulerit, de vi publica tenetur.* *Monialis vim iniuſtam intuliſſe oſtenditur.*

Præterea neſcit F. Romanus quod quinque dentur genera violentiarū. Nam 1 datur violentia *expulſiva* ex poſſeſſione fundi, ſeu rei immobilis, quo caſu datur *interdictum unde vi* &c. 2. *Ablativa* rei mobilis, pro qua datur Actio de *vi bon. rap.* 3. *turbativa*, quando duo pluresve prætendunt ſe eiuſdem rei eſſe poſſeſſores & unus alium turbat ſeu non pacifice poſſidere patitur, & pro immobilibus datur *interdict. uti poßidetis*, pro mobilibus, *utrobi*. 4. *Inquietativa*, quando qui non eſt poſſeſſor, nec prætendit ſe poſſeſſionem, *vi aut clam inquietat*, & non ſinit alium re ſua quiete uti, quo caſu datur interdictum *quod vi aut clam.* 5. denique eſt compulſativa, quando quis per vim & metum cadentem in conſtantem virum alium compellit ad aliquid dandum vel faciendum. Vnde quod *metus cauſa* interdictum datur Vide Schneid. *in §. quadruplum Inſtit. de actione quod metus cauſa Inſtit. de Act.* & ibi Angel. quoque not. *Violentiarum quinque genera.*

In hoc vero caſu noſtro non agebam de vi *expulſiva*; ſed *turbativa*, quam Monialis cum ſuis Virginibus inferebat hoc ipſo, quod neſcia Societate poſſeſſionem eius ingrederetur, in eaque contra eius voluntatem permanere vellet; per not. Poſtij, *tom. 1. de ſummarijs poſſeſſorio Obſerva.* 41. ubi tradit turbationem fieri opponendo ſe alteri etiam de facto aſſerendo ſuam eſſe poſſeſſionem, vel non permittendo, ut quis eâ ſine contradictione liberè utatur, & infertur per quamcunque moleſtiam aut impedimentum. Poſt *d. Obſervat.* 41. *n.* 4. 5. 6. 8. unde inſulſæ ſunt F. Romani interogationes. *Turbativa hic datur.*

Adhæc dicebam ego, quod Monialis aliqua vi Societatem oppugnaſſet, at pro ea F. Romanus atrocem vim, quæ cum armis fit, ſupponit. *ff. de vi & vi arm.* Ita F. Romanus orbem ludit.

Iterū quod F. Romanus de poſſeſſione Principis authoritate, ſuffragā-

tibus Sacris Canonibus firmata aſſerit,eſt Hayanum figmentum, ex Inſula Cretenſi petitum nulla ſubnixum probatione vel etiam probabilitate, proinde illi malè jura à F. Romano applicantur.

Inſulſior eſt F. Romanus, quando *ibid.n.*40.proponit,quaſi à me *ex mentito ruſticarum ancillarum habitu* vis turbativa inferretur.Ita F. Romanus fallaci ratiocinatione ſua alios circumvenire conatur. Deinde inſtituit idem cum larvis diſceptationem,*Vtrum habitu ementito uti,ſit intrinſecè malum*, quod nuſquam à me proponebatur, neque ad rem faciebat, cui non notum eſt Religioſis, fœminis per leges Canonicas non licere abſque Canonica cauſa extra Monaſterij ſepta ſuum deponere habitum religioſum?

Quid F.Romanus viderit aut non viderit,non ego moror,cum nihil ipſi fidendum. Quod noſtri inter gentiles aut Hæreticos pro eorundem Converſione,habitu peregrino utantur, nullis eſt Canonibus prohibitum ſed laudabile,& prudens factum per not Bonacin.*de Clauſuris & pœn. violatoribus,ipſius impoſit. q.* 2. *punct.* 2. *prop.* 2. *n.* 13.14. ut proinde illud nulla ratione F. Romanus impetere vel oppugnare merito poſſit.

Demum quod F. Romanus de Spoliatione effutit, iniurioſum eſt,nullo ſubnixum fundamento; prius incubuiſſet illi poſſeſſionem Monialis Canonicam probare; quàm per calumniam objicere ſpoliationem. Ita à F.Romano allegata juris de ſpoliatione omnino perversè huc allegantur.

Alia Commenta Hay.

Rurſus *allegat.* 395. F. Romanus contra exportationem Monialis & Virginum calumnioſe objicit,*quaſi per manus lictorum violenter ex Eccleſia & poſſeſſione propriâ, legitima,Virgines Deo ſacratæ non citatæ & innocentes fuiſſent elatæ, contra* c. un.13.q.1.§.quia ergo nos,*quod ſic habet:*Nos plantavimus vineam & vos vultis fructus eius edere?item præcepit Dominus per Moyſen,*ut nemo mittat falcem in alienam meſſem.* Hæc meſſis noſtra eſt, & vos vultis falcem in eam mittere ? Nos ſumus agricolæ laborantes, Vos primum vultis percipere de fructibus noſtris ? imo non primum, quia nec ultimum nobis relinquere vultis;à prioribus enim incipientes paulatim ſerpitis & totum uſurpare contenditis, ut pro Vobis videatur dictum *fruſtatim lupus comedit agnum*, ſapere eſt (Ironice) de alieno labore victum quærere, ſi ſapere eſt velle, quod non poſſis. Adhæc callida quidem & multiplici argumentatione, IURA NOSTRA auferre contenditis, ita ut ſi fides vobis adhiberetur, non verba pro verbis ſed res pro verbis reportaretis. Sed Deo propitio, ſi verba dediſtis, verba recipietis. Arguitis nos,quod ea, quæ vobis debentur, ſubripere quærimus, quia

Omnis guttatim tollitur unda maris.

Res dare pro rebus,

quia noſtra proſequimur. Sapienti quidem & Philoſophico ore prolata ſententia *ſuum proſequi, eſtne aliena rapere?* Vnde ad vos hæc ſententia manavit? niſi quia tanto ardore noſtra concupiſcitis, ut veſtra putetis vobis auferri, cum nos noſtra conſequimur? Vnde cum cauſa noſtra debitum finem ſortita fuerit, exclamabitis, *Ah miſer crucior, tantum bolum eſſe ereptum ex faucibus.* Sed videte damnum effuſi unguenti vobis recompenſare quæratis. Item præcepit Dominus diſcipulis ſuis, *ut comederent & biberent ea, quæ apud illos ſunt;* ſed non iuſſit eis, ut dominos de domibus ſuis eijcerent, & rebus ſuis ſpoliarent. Non facile invenietis, qui tales hoſpites libenter ſuſcipiant. *Mus in pera,* IGNIS *in ſinu, ſerpens in gremio malè ſuos remunerant hoſpites.* Non ſufficit vobis edere & bibere, quæ in *domo noſtra ſunt?* quibus cum Apoſtolo debetis eſſe contenti; ſed non vultis, quia eius imitatores non eſtis, ſed potius nos de domo noſtra expellere & rebus noſtris nos penitus exſpoliare contenditis. *Hæc ibi.*

Pro verbis verba ſolemus glo. ibid. verb. verba.

At F. Romanus plurimas hac *allegat.* 385. *n.* 41. *&c.* uti initio monui, congerit calumnias, *quaſi videlicet Moniales* 1. *manu lictorum.* 2. *non citatæ & innocentes.* 3. *poſſeſſione ſua legitima violenter fuerint dejectæ,* quæ exadverſum minimè probari poterunt.

Diſcutiuntur.

Quinetiam F. Romanus ſibi ipſi contrarius in Aſtro dicit, per *manus Ieſuitarum* Virgines elatas, quod licet nec verum eſſe exadverſum doceri poſſit, attamen quomodo nunc per manus *lictorum* exportatas affirmabit? An non varietas in accuſatione ſua falſi ſuſpicionem ingenerat, per not. Card. *in Clem.* 1. *de renunc.* Spec. *de rela.* §. 2. *verſ. ſed pone.* & contrarietas ſecundum ipſum F. Romanum *in Appendic. paradox.* 23. *n.* 36. malignitatem aliquam arguit. Eo faciunt *& not. in tract.* 4. *lib.* 2. *ſect.* 5. §. 12.

F. Romanus contraria allegat.

Aſt econtra verum eſt, quod Societas noſtra legitimam eius Monaſterij poſſeſſionem acquiſierit, prout *ex ſupra recitato conſtat documento publico*, in qua dum per Monialem & Novitias *clanculariè* non per oſtium ingreſſas turbaretur, curarit eas per diverſa ſupranominatorũ Dd. ſubdelegatorum Cõmiſſariorum & Cancellariæ Hildeſienſis mandata citari, quibus cum ipſæ nõ parerẽt, tandem per Receſſum *Ann.* 1631. 10. *April.* decretum, ut omni meliori modo & via, qua poſſet præfectus Henricus Burchtorf Virgines Monaſterio educeret, qui idem Receſſus 11. *eiuſdẽ menſis & anni* fuit cõfirmatus: Vid *tract.* 3. *cap.* 1. *ſect.* 1. §. 2. *pag.* 27. 28. cuius vigore curavit ipſe præfect⁹ eas per ſuos ſub-præfectos exportari. Falſum igitur eſt, ꝙ *Moniales manu lictorũ non citatæ fuerint poſſeſſione legitimâ violenter deiectæ.* Certè nemo prudens, iuſtitiæque amans vitio alicui verterit, ſi iure agat, ut Virgines etiam religioſæ ſed turbatrices per villarum locorumque præfectos aut Adminiſtratores, Vogtetos Executores, per quos ſe exportatas Virgines ipſæmet atteſtantur, interveniente Magi-

ſtratus Eccleſiaſtici authoritate à vi turbativa cohibeantur, quæ clam Ingreſſæ in Monaſterium à Patribus inſeſſum, inde ſecedere nolentes, honeſtè educerentur, aut exportarentur.

Aſylum loci non prabet immunitatem in ipſum peccanti.

Neque locus ipſe religioſus, quem obijcit F. Romanus, at in quem peccabant ipſæ Virgines, *aſylum* præbere potuit, quo minus ipſis ibidem reſiſteretur, jubente Magiſtratu Eccleſiaſtico inde recedere nolentes educerentur, aut extraherentur, & ſcandalum ex illicito per nõ oſtium ingreſſu ac turbatione ortum tolleretur. Quid ſi enim quis Canonicos in choro cantantes turbaret, annon citra ſacrilegium & ſcandalum ex choro & templo extrahi poſſet?

c. un. 13 q. 1. §. quia ergo contra F. Romanũ retorquetur.

Altera calumnia eſt, quod *c. vn. 13. q. 1. §. quia ergo nos* contra Societatem noſtram detorquere conetur; cum omnino pro Societate contra ipſum F. Romanum, eiuſque aſſertas Moniales loquatur & faciat, prout ex textu ipſo appareret, ſi is integre & non inductis ijs: quæ intentionem ipſius evertebant, adeoque mutilè fuiſſet allatus; Ita enim ſe textus habet. *Item Apoſtolus, Communicet autem, qui catechizatur, ei, qui ſe catechizat in omnibus bonis.*

Gal. 6. 6. Hoc. *Gal. Corinth.* autem probat ſpecialiter ſibi deberi ſumptus, qui eis

Cor. 9. 11. 1. ſpiritualia miniſtravit, dicens, (*ſi nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum*

ibid. v. 12. *eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus?* Item, *ſi alij poteſtatis veſtræ participes ſunt, quare non potius nos?* Item *quis plantat vineam, & de fructu eius non e-*

Cor. 9. 7. *dit.* Nos plantavimus vineam, & vos vultis fructus eius edere? Item præcepit Dominus per Moyſen, ut nemo *mittat falcem in meſſem alienam.*

Deut. 23. 25. Hæc meſſis noſtra eſt, & vos vultis falcem in eam mittere? Item *non alligabis os bovi trituranti.* Nos ſumus boves triturantes; vos vultis alligare os

Deut. 25. v. 4. 1. Cor. 9. 9. noſtrum, & de noſtra tritura victum vobis quæritis? Item Apoſtolus, *qui altario ſerviunt, de altari vivant.* Sed nunquid de eo, cui non ſerviunt? Item *qui in ſacrario operantur cum ſacrario participant.* Sed nunquid cum illo, in

Cor. 9. 13. quo non operantur? Nos ſervimus Altario vos & participare vultis? nos vero vacuos & inanes dimittere quæritis? Item Apoſtolus; *laborantem Agri-*

ibid *colam oportet primum accipere de fructibus ſuis*: vos autem è contra quæritis. Nos ſumus Agricolæ laborantes, vos verò primum vultis percipere de fructibus

2. Tim. 2. 6. noſtris? imo non primum; quia nec vltimum nobis relinquere vultis. A Prioribus enim incipientes paulatim ſerpitis, & totum uſurpare contenditis, ut pro vobis videatur dictum, *fruſtatim lupus comedit agnum.* Item *quis militat ſtipendijs ſuis unquam? quis paſcit gregem & de lacte eius non edit?* Nos militamus; & vos ſtipendia noſtræ militiæ vobis quæritis. Nos gregem paſ-

Terent. cimus, & vos lac eius, & lunam accipere vobis vultis? *ſapere eſt de alieno labore*

1. Cor. 9. 7. *victum quærere, ſi ſapere eſt, velle quod non poſſis.* Item Dominus dixit diſcipulis ſuis; *in quamcunque domum intraveritis, in eadem manete, edentes & bibentes quæ a-*

Luc. 10. 5. 6. 7. *pud illos ſunt. Cum autem intraveritis, primum dicite, pax huic domui.* Nos domum

hanc

Digitized by Google

hanc ingreſſi ſumus, & ei pacem obtulimus: vos autem quaſi *otioſi* alieno cibo paſci gaudetis? Videte ne inter vos vertatur illud. *Vide quid faciat otium & cibus alienus.* Terent.

Item Propheta; *ſumite pſalmum & date Tympanum.* iſti à nobis ſumunt pſalmum, & vos ab eis quæritis tympanum. pſalm. 80. 3.

Item Leo quartus; *de decimis non tantum nobis, ſed etiam Maioribus noſtris iuſto ordine viſum eſt plebibus tantum, ubi Sacroſancta Baptiſmata dantur, deberi dari.* 16.q.1. de decimis. Quibus autem plebibus debentur? illis, à quibus Baptiſma accipiunt, an alijs? Nos eos Baptizamus, & vos ab eis decimas ſumitis? honeſta iſta interpretatio eſt, vtinam inveniatis qui ſic pro vobis interpretentur. Quia ergo nos rogamus populum hunc, imbrem doctrinæ ei miniſtrantes, quia colimus cum vomere prædicationis corda eius ad fidem aperientes, ſi non vultis ſinere vel patiamini nobiscum fructificare, & *qualia vobis fieri non vultis, nobis inferre cavete, ne ſi pergitis dicere, quæ vultis, audiatis, quæ non vultis.* Tob 4.6. Math. 7. 12. Ad hæc callida quidem, & multiplici argumentatione iura noſtra auferre contenditis: ita ut ſi fides verbis adhiberetur, non verba pro verbis, ſed res pro verbis reportaretis. Terent. Sed Deo propitio, ſi verba dediſtis, verba recipietis. Arguitis nos, quod ea, quæ vobis debentur, ſubripere quærimus, quia noſtra perſequimur.

Sapienti quidem & Philoſophico ore prolata ſententia: *ſuum perſequi eſt ne aliena rapere?* NB. Vnde ad vos hæc ſententia manavit, niſi quia tanto ardore noſtra concupiſcitis, ut veſtra putetis vobis auferri, cum nos noſtra conſequimur? Vnde cum cauſa noſtra debitum finem ſortita fuerit, exclamabitis? Terent. *Ah miſer crucior tantum bolum eſſe ereptum ex faucibus.* Sed videte, ne Dominum effuſi unguenti vobis recompenſare quæratis. Conſtituiſtis vos plantatores vinearum, foſſores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, & multa alia huiuſmodi officia vobis aſſumpſiſtis: & debita vobis obſequia à nobis ſubtrahi conqueſti eſtis. Sed nos non negamus, quod veſtrum eſt. *Bovi triturantis* paleæ & tegumenta ſervantor. NB. Sint hæc vobis, & nobis grana relinquite: paſtinatores vinearum, foſſores agrorũ, rigatores cãporum, trituratores arearum, diurnâ mercede accepta, provenientes fructus Dominis relinquunt. Vos ergo receptâ mercede veſtri operis in quotidianis oblationibus & alijs obſequijs, quæ pro ſpiritualibus, quæ à vobis accipiunt, quotidie deferuntur, provenientes fructus decimationum & primitiarũ nobis relinquite. Item præcepit Dominus diſcipulis ſuis, *ut comederent & biberent ea,* Luc. 10.8. quæ apud Auditores ſuos erunt, ſed non iuſſit eis & dominos de domibus ſuis eijcerent, & rebus ſuis ſpoliarẽt. Non facile invenietis, qui tales hoſpites libenter ſuſcipiant. *Mus in pera, ignis in ſinu, ſerpens in gremio malè ſuos remunerans hoſpites.* Vnde in Proverbijs dicitur; *Qui ſerpentem in ſinu ſuo nutrit; percutietur ab eo,* cap. ſi. de Iuda. Tales inveniatis vobis hoſpites, quales nobis eſſe vultis,

Digitized by Google

" vultis. Non ſufficit vobis edere & bibere, quæ in domo noſtra ſunt, dum
" quotidianos fructus oblationum percipitis, ex quibus victum & veſtitum
Tim. 6. habeatis: quibus cum Apoſtolo debetis *eſſe contenti*: Sed non vultis, quia
" imitatores eius non eſtis: ſed potius nos de domo noſtra expellere & re-
" bus noſtris nos penitus ſpoliare contenditis, dum nec etiam eorum deci-
" mationes nobis relinquere vultis. Vt autem univerſaliter omnia colligan-
" tur, cuncta, quæ pro vobis inducta ſunt, ſive de *laborante Agricola*, ſive de
" eo *qui ſuis ſtipendijs non militat*, ad hunc articulum deferimus, ut fructum
" veſtri operis, quem adeo recipere contenditis, in oblationibus & quotidia-
" nis obſequijs iſtorum recipiatis. Decimationes verò eorum, quæ nobis de-
" bentur, intactas nobis relinquite. ne dum quæritis uſurpare, quod veſtrum
" non eſt juſta animadverſione etiam illud *cogamini amittere*, quod vobis ali-
" quo modo videbatur competere. Hæc ibi.

" Ex quibus ſanè apparet, quod locus iſte ex *epiſtola* 2. *Dionyſij Papæ ad*
" *Severum Epiſcopum data*, *& d. cap. un.* 13. *q.* 1. allatus nihil pro F. Romano
" faciat; quippe qui loquitur de parochis in loco aliquo curam animarum
" catechizando, prædicando, & Sacramenta adminiſtrando gerentibus,
" quod illis debeantur decimæ, ut rectè ibidem Card. Turrecrem. nota-
" vit.

" Atqui nec F. Romanus, nec aſſertæ ipſius Moniales ſunt, aut fuerunt
" parochi Monaſterij VVoltigerodani, nec curam ullam animarum iſto in lo-
" co catechizando, prædicando & Sacramenta adminiſtrando geſſerunt, I-
" *gitur* &c. Conſequenter cum verba d. diſpoſitionis in *c. un.* 13. *q.* 1. nec F.
Romano, nec aſſertis ipſius Monialibus conveniant, non etiam ipſa diſpo-
ſitio d. c. vnic. 13. q. 1. convenire poterit.

Locus d. c. un. 13. q. 1. pro Societate contra F. Romanum eiuſque aſſertas moniales militat.

Deinde quia eadem verba *d. c. un.* 13. *q.* 1. ſecundum *proportionem* quan-
dam optimè *Societati* noſtræ applicantur, quippe quæ catechizat, prædicat &
Sacramenta adminiſtrat; Ideo & Societas noſtra *communicare debebit ijs, qui
catechizantur, in omnibus bonis*, maximè quæ Dominus vineæ agrorum &
Eccleſiæ *Summus Pontifex* ipſi aſſignavit; Conſequenter quando F. Roma-
nus ſub prætextu, quod ipſius Ordini Monaſterium VVoltigerodanum
Societati noſtræ à Domino vineæ agrorum & Eccleſiæ in uſum catechiza-
tionis, prædicationis & Sacramentorum adminiſtrationis aſſignatum, ita-
" que poſſeſſum, debeatur, per immiſſionem & intruſionem Monialis &
" Virginum vult inde nos pellere, nobiſque ſubtrahere, tunc certè aliena
" concupiſcit, alienorumque laboribus, aſſignatos partoſque fructus depaſ-
" cere, tum mutem in peram, ignem in ſinum, ac ſerpentem in gremium viro-
" rum religioſorum immittere fuit conatus. Quod quam abſurdum ſit, pluri-
bus eſt Pontifex Dionyſius *in d. c. un.* 13. *q.* 1. proſecutus: quibus ego nihil addo,
S. Bernardus contra quam quod ex S. Bernardi *Epiſtola* 301. huc applicem; locum illum ab alio, in-
depen-

Digitized by Google

dependentem, *non vi nec clam*, nec precario, ſed publicâ Pontificis, Cæſaris, & Epiſcopi Hildeſienſis ipſius Ordinarij Authoritate à nobis acceptum eſſe, ita ut nihil in abſcondito factum ſit. Contradicentes nobis in tam ſancto opere, & querentes factam ſibi iniuriam, audiant Salomonem, qui ait, *Noli prohibere eum, qui bene vult facere. ſi potes & ipſe benefac.* Veſtrum erit, quod à S. Rota Rom. judicatum ſive conſtitutum concorditer fuit, ratum habere, & de cætero firmiter manutenere. Si timetis Deum, non patiemini impediri tantum bonum, nec bonum illum Pōtificem, Cæſarem, Epiſcopum fruſtrari à deſiderio ſuo, nec Religioſos illos Societatis, ſuæ devotionis privari fructu, nec Deum denique tam accepto ſibi novi Ordinis ſacrificio defraudari. *F. Romanum facit.* " " " " " *Proverb. 3* " " " " " " "

Inſuper fruſtra obijcitur quod in *Concilio Aurelianenſi V. C. an.* 4. conſtitutum legitur, *ut nullus Epiſcoporum aut cuiuslibet alterius Ordinis clericus vel alia quæcunque perſona quibuslibet conditionibus ſeu in uno regno ſeu in alio poſitus, alterius cuiuſcunque Eccleſiæ res aut petat aut præſumat accipere, quod ſi fecerit, tam diu habeatur à Communione altaris, vel omnium fratrum ac filiorum caritate ſuſpenſus, donec ipſi Eccleſiæ, cuius directo ordine iuris eſt, ablata reſtituat.* Et *can.* 7. Concilij Cabilonenſis. *Obi. ex Concilio.*

Nam ut hinc ſubſumam, certum eſt, quod non poſſit à F. Romano vel ullo alio probari, ad Abbatem in Walckenried vel Monialem in Toſtienburg res Monaſterij vel Monaſterium VVoltigerode *proprietariè* ſpectare, quinetiam contraria aſſertio cum ipſo *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 5. *de regular.* pugnat; in quo cuique *Conventui* ſua dicuntur eſſe bona propria, ergo non erunt illa alterius alicuius Monaſterij. Unde cum Monaſterium illud, eiuſque bona annexa, neque ad Abbatem in Walckenried, neque ad Monialem in Toſtienburg proprietariè pertinuerint, non licuit illis iſtius Monaſterij VVoltigerode res aut petere aut præſumere accipere. Quod dum facere præſumpſerunt, tamdiu habebuntur à Communione altaris & omnium Fratrum &c. Charitate ſuſpenſi, donec ipſi Eccleſiæ, cuius directo ordine iuris eſt, ablata reſtituant. *R.*

Huiuſmodi verò Eccleſia eſt Hildeſienſis, cuius directo ordine Iuris eſt, de eo Monaſterio morte Originariarum, vel incolarum deſtituto diſponere, iuxta Fridericum de Senis *conſ.* 34. ab ipſomet F. Romano allegatum. Vnde apparet, quam malè ubique cauſam ſuam F. Romanus inſtruat, nihilque ad rem vel certe contra ſe proponat vel etiam proponere poſſit.

Econtra autem verum manet, quod mera fuerit & ſit F. Romani calumnia, quando in *Aſtriſui indice* aſſerit, à Patre Superiore Goslarienſi Monaſterium VVoltigerodenſe eiectis violenter per manus Ieſuitarum monialibus fuiſſe occupatum. Cum ex propria Monialis & Virginum

kk con-

confeſſione pateat, quod ipſe non per manus Ieſuitarum, nedum ſuperioris Goslarienſis, ſed duorum præfectorum fuerint exportatæ, cum ne ipſe quidem ſuperior exportatores continuè ad quemcunque locum fuerit comitatus, ut proinde ipſe nec ubique præſens, nec in diſtans agere potuerit aut egiſſe præſumi poſſit.

§. III.

Oſtenditur, quod Translatio illius Monialis non fuerit Canonica.

1 Tum etiam apparet, quod translatio iſtius Monialis minime fuerit Canonica, eò quod Monaſterium VVoltigerodanum Societati Anno 1630. donatum, atque ab eadem per R. P. Hermannum Baving id temporis Provincialem Ratisbonæ præſentem, acceptatum adeoque plene acquiſitum quoad ius in re, licet eiuſdem poſſeſſio tunc ſolenniter necdum fuiſſet tradita, per not. Garz. *part.* 4. *de benefic. c.* 2. *num.* 1. *& c. ſi tibi abſenti de præb. in 6.* & poſt donationem acceptatam ipſa Monialis cum ſuis Novitijs & D. Abbate in VValckenried ſe intruſerit, *contra c. eum qui de præb. in 6. & ibi* Vivian in *rational.* §. 1.

F. Romanus *allegat.* 194. *&* 195. *citat. hæc ex Eclipſ.* 6. *num.* 2. & ſubij-

2 cit, *inquiens, cap. eum qui cit.* ſic ſe habet, *Eum qui* Beneficium Cui Animarum Cura Imminet, *vi occupat, ſeu ſe ſcienter iniuſte intrudit, in eo decernimus, ipſo iure fore privatum beneficio, quod cum ſimili cura primitus obtinebat.* Et infra. *Et inſuper ut violentus, qui authoritate (vel verius temeritate) propria occupare dignitates, perſonatus aut alia* Quæcunque Ecclesiastica Beneficia *non verentur &c.* De *iiſdem beneficijs loquitur Vivianus* cit. loc. *hinc ponit titulum*, qui vi vel iniuſte occupat ſecundum Beneficium Curatum priuatus eſt primo &c.

Commenta Hayana

Hinc elucet, illam Monialem nec contra d.c. eum qui *nec contra Vivianum ul-*

3 *lo modo peccaſſe; loquuntur enim ambo, primum non niſi de beneficio curato, quale non reputatur Abbatia Monialium, quippe quæ nullum Sacramentum ad curam animarum requiſitum adminiſtrat. Secundò de beneficijs Eccleſiaſticis violenter occupatis Monialis autem illa nec invaſerat beneficium curatum, nec aliud beneficium Eccleſiaſticum violenter occupavit; neque enim ipſa, nec dicta Novitia, nec Abbas in VValckenried Abbatiam VVoltigerodenſem ut beneficium occupaverunt. Cum à ſuperioribus Ordinis non fuerit illic deſtinata tanquam Abbatiſſa, ſed tanquam membra Ordinis, ut d. Monaſterium*, Ceu Proprietatem Et Patrimonium Ordinis *nomine ipſius Ordinis apprehenderent, illiusque poſſeſſionem continuarent, donec ulterior diſpoſitio fieret.*

Nul.

Digitized by Google

Multum autem intereſt, an de Eccleſia agatur ut de proprietate, an vero ut de 4
beneficio c. ſuper eo, juncta gl. de tranſact. *adeoque etiam preſente Moniali & Abbate ſupra memorato, adhuc vacabat poſſeſſio Prælaturæ Monialium, non autem poſſeſſio fundationis aut fundi vel bonorum Eccleſiæ.* *Panor.* in c. ſuper num 14. & ſeq. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. *quæ apprehenſa fuerunt non ut à beneficiatis, ſed ut ab Ordine cuſtodiente, donec ex ipſius gremio beneficiatus ſecundum jura nominaretur ſeu eligeretur, &c.*

At F. Romanus male citat *q.6.num.2.* Aſtri Eclipſ. cum citare debuiſſet. *q.8.num.3.* deinde mutile recitat ipſum textum *in d. c. eum qui de præb. in 6.* & *illius rubricam*, quam ſi integram attuliſſet, ſtatim apparuiſſet, quod falſo aſſereret, *iſtic agi non niſi de beneficio curato*, Cum contrarium rubrica loquatur, quæ ſic ſe habet: *Qui vi vel injuſte occupat ſecundum beneficium Curatum, privatus eſt primo. Qui autem vi beneficium aliquod occupat, eſt ipſo iure privatus iure quod in illo vel ad illud habebat.* illique conformiter loquitur ibidem Vivianus. 5 *Diſcutiuntur.*

At F. Romanus membro *poſteriore* omiſſo *prius* recitat, ut ſibi pro libitu 6
carpendi occaſionem arripiat; nihilominus ne videatur *poſterius* membrum omnino præteriiſſe, ad illud conatur reſpondere, *dicens*, Monaſterium hic conſiderandum eſſe, *non ut beneficium*, ſed ut *proprietatem*, qua unica reſponſione veluti ſolido ariete F. Romanus ſimul hic totam ſuam aulam, asbeſtum, volvolum, ligatam libertatem & præcipuas horti partes in beneficio & natura beneficij fundatas funditus evertit. Ita hic nec titulum Eccleſiaſticum, nec vacationem nec devolutionem agnoſcit, tum etiam ſignificat quod fruſtra concordata Germaniæ de beneficijs loquentia, conciliumque Trid. quod beneficia regularia regularibus ſint danda, huc, vbi de *proprietate* & non de *beneficijs* agitur, impertinenter allegarit. Quando enim beneficium conceditur alteri in *proprietatem*, tunc titulus Eccleſiaſticus extinguitur & manet profanus, nec datur ibi vacatio, nec inſtitutio, conſequenter nec devolutio &c. *per not.* Barboſ. *lib.3. de jure univ. Eccleſ. c. 16 num.* 7. 8. 9. 10. 11. 12. Rot. Rom. *deciſ.* 730. *num.* 1. 3. *part.* 1. *in recentiſſ.* apud Farinac. & apud Coccin. *deciſ.* 328. *num.* 7. Viderit F. Romanus, quomodo diſiecta ſua fundamenta in unum colligat.

Nihil quoque præſidij in eo reperiet, quod nunc Monaſterium morte 7
omnium Conventualium deſtitutum *ut proprietatem* conſideret; quia cum proprietas bonorum Monaſterij certo ipſius Conventui incorporetur ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de regular. c.* 2. nec alijs eiuſdem Ordinis religioſis aut Monialibus debeatur ex conſtit. Alexandri VI. *Accepimus*; ita quæ contra Concilij Tridentini *ſeſſion.* 25. *c.* 5. clauſtro egreſſo, Monaſterium contra *c.* 9. *ſeſſion.* 14. *d. Conc.* in aliena diæceſi ſine authoritate

Papæ, vel Ordinarij loci occupāt, dicentur aliena invadere, prout ſup. oſtendimus. Hinc non video, qua ratione F. Romanus aut ullus alius poſſit *proprietatem* huius Monaſterij morte omnium originariarū, vel incolarū Conventualium in Hildeſienſi diæceſi deſtituti ab alio alterius diœceſis ut membrum acceſſorium non dependentis alienigenis & exteris Monialibus aut Monachis aſſerere & comprobare. Cum illud modo cit. Conſtitutioni Alexandri VI. *accepimus*. contrarietur, prout etiam in *reſolutione hac* & alibi proſecuti ſumus.

8 Neque per hoc, quod bona ea conſiderentur ut *proprietas*, Monialis à violenta invaſione excuſatur, quin propterea cenſuram anathematis, quam alias beneficij invaſione contraheret, incurrat *per text. in c. ſi quem Clericorum. 11. ſeſſ. 22 de reform. Concil. Trid.* Deinde F. Romanus hac ſua præmiſſa reſponſione, totum illud jus, quod Moniali, eiuſque Virginibus *allegat 385. & ſequentibus* attribuebat, evertit. Nam ſi Monialis illa & Virgines tantum cuſtodiæ cauſa fuerant in d. Monaſterium VVoltigerode deſtinatæ, uti ipſe in præmiſſa aſſerit reſponſione, ergo ipſæ non habuerunt titulum Canonicum, nec veram & realem eiuſdem Monaſterij poſſeſſionem fuerunt conſecutæ, ſed ſolum illic erant relinquendæ, uſque dum Canonicè alijs de eodem Monaſterio provideretur, de qua proviſione Canonica Societati facta cum evidenter appareret, earundem Monialis & Virginum cuſtodia expiravit, & extincta fuit. Ut proinde ex ipſarū parte nihil contra Societatē ſolidi obmoveri poſſit, neque etiam quicquam opponi, quo minus Societas noſtra Canonicam eiuſdem Monaſterij poſſeſſionem apprehenderet ac conſequeretur, in eamque nunc reſtitueretur.

§. III.

Translationem Monialis non Canonicè factam pluribus oſtenditur.

10 Pergebam oſtendere, quod Monialis *tranſlatio* non fuiſſet *Canonica*. Nam ſicut ad Canonicam alicuius Monachi ad aliud Monaſterium tranſlationem, ut illud adminiſtret, vel in eo officium aliquod gerat, requiritur illius Sedis ſeu loci Epiſcopi authoritas. *c. cum ſingula §. prohibemus de preb. in 6.* Ita etiam ut Monialis licet exempta, poſſit ſuo egredi Monaſterio, & ad aliud Monaſterium rectè transferri, quo ibidem religionem ſuam aut introducat aut reformet aut reſuſcitet, requiritur præter licentiam ſui Prælati Ordinis, etiam licentia Epiſcopi, & quidem ea in ſcriptis obtenta. Navar. *conſ. 70. num. 6. de regular. & conſ. 5. num. 3. & 6. de ſtat. Monachorum.* Pius V. *in extrav. ſeu conſtit. Decori*, atque

Digitized by Google

atque ita declaravitin *Concil. Triden. ſeſſ.* 25. *de regular. c.* 5. Sacra Cardinalium Congregatio, *Monialibus*, inquiens, *poſt profeſſionem exire non licet, etiam cum cauſa probabili, niſi adſit communis conſenſus Superioris regularis & Epiſcopi illius.* „

Vide Emanuel. Rodriq. *qq. regular. tom.* 1. *q.* 49. *art.* 6. quamvis in Hiſpania ex uſu & cõſuetudine contraria Mirandula *in tractat. de Monial. q.* 3. *n.* 6. exiſtimet alterius ſufficere conſenſum, *argument. Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de regular. c.* 5. Ibid. *Nemini licet ingredi ſepta Monaſterij, cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus vel ætatis fuerint ſine Epiſcopi vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda.* Et paulo poſt. *Dare autem tantum Epiſcopus vel Superior licentiam debet in caſibus* neceſſarijs. 11. *Obj. ex Mirandula.*

Verum ad hoc ipſius Mirandulæ *argumentum Reſpondeo*, aliud eſſe de *ingreſſu* aliorum externorum in Monaſterium Virginum; aliud de *egreſſu* Monialium ex ſuo Monaſterio; hic enim periculoſior, adeoque in eo cautione opus fuit maiore: Nam ubi maius periculum ibi cautius eſt agendum. *l.* 1. §. *ſed ſi quis ff. de Carbon. Edict. c. ubi periculum de Elect. in* 6. Atqui locus Concil. Trident à Mirandula allegatus agit de ingreſſu aliorum externorum in Monaſterium, ut patet. Nos verò de egreſſu Monialium extra Monaſterium, & quidem ad locum remotum alterius diœceſis, militarium quoque incurſionum libidinum periculis expoſitum, Igitur &c. Rx. 12. *An in egreſſu Monialis extra Monaſterium etiam Epiſcopi licentia ſit neceſſaria.*

Deinde quod plurium in contrariũ alleget Dd. authoritates, illæ omnino huc nihil faciunt, prout cuivis ad oculum oſtenderem, ſi ſingulorum hic enumerare vellem verba; ſed prolixitas operis me nimium quantum deterret, hinc ad ſingulos Dd. quid ſentiant, quamque pro nobis faciant, vel certè impertinenter exadverſum allegentur, breviter & ſummatim referam, & paucis declarabo.

Suarez *de Religion. tom.* 4. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 13. Bonac. *de legibus diſp.* 1. *& de Clauſura & de pœnis viola impoſitis. q.* 1. *punct.* 8. *n.* 1. *Sanch. d. lib* 6. *c.* 15. *n.* 28. tradunt quidem in Hiſpania ſolam Superioris licentiam ſufficere; tamen extra Hiſpaniam intercedunt inter utramq; Dd. ſententiam, ita ut, ſubiectis, vel ita exemptis, ut ſoli Papæ ſubſint, non autem ſi alijs Regularibus immediatè ſubſint. Hoc enim *ultimo* caſu ſufficere exiſtimant *Superioris Ordinis* licentiam & facultatem. Dd. apud Barboſ. *de Offic Epiſ. c. allegat.* 102. *n.* 28. At Barboſ. *ibid. n.* 28. *& lib.* 1. *de jur. univ. Eccleſ. c.* 44. *de Monialibus & Sacris Virginibus n.* 89. ab ipſorum diſcedit opinione propter expreſſa verba prædictæ Conſtitutionis Pij V. de Anno 1569. ſic diſponentis, *quæ tamen* (cauſa) *præter alios Ordinum Superiores, quibus cura Monaſteriorum incumberet, etiam per Epiſcopum ſeu alium loci Ordinarium,* 13. 14.

etiamſi prædicta Monaſteria ab Epiſcoporum & ordinariorum iuriſdictione exempta eſſe reperiantur;cognita expreſſe & in ſcriptis approbata ſit.

Quod ſi illæ, quæ poteſtati Regularium ſubiecta ſunt, ſine Bulla ut ait *Barboſ.* d. lib.1.de iur. univ. Eccleſ. c. 44. n. 89. *& licentiâ ordinarij egreſſa fuerint, per Cenſuras Eccleſiaſticas & alia Iuris remedia debent ipſa & earum Superiores (de quorum licentia è Monaſterio fuerint egreſſa) ab eodem Ordinario puniri,non obſtantibus quibuſcunque privilegijs,ut referunt Deciſum Campan.* in diviſ. Iuris Canon. rub. 12. c. 16.n. 22. prope finem *Armend.* in addit. ad recep. leg. Navarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religioſ. n. 103. *Barboſ.*d. lib.1. de iur. univ. Eccleſ. c. 44.n.89. & *in Collectan*.c.periculoſo de ſtatu Regular in 6.n.17.

15. Zerola *in praxi Epiſc. p. 2. verb. Moniales. §.* 12.aſſerit, ſacram cenſuiſſe Cardinalium Congregationem in his caſibus etiam ad Sedem Apoſtolicam recurrendum eſſe,ut ſignanter *in Nanatenſi.16.Ian.*1615. *& in Redonenſi* 31 *Ian.*1612.deciſum eſt.

16. 3. Ad Canonicum Monialis è Monaſterio egreſſum requiritur, ut Monialis cum Socia exeat,& utraque ſit quadraginta annorum,tum probatæ vitæ,L.Zecchius.*de Repub'. Eccleſ. tit.de relig.ingred.c.3.n.15.verſ. 15.è Monaſterijs Moniales egredi non poſſunt.*

17. *Comment- Hayana.* F. Romanus huc iterum multa falſa & impertinentia conglomerat. Nam *allegat.* 169. tradit *ex cit.* cap. cum ſingula §. prohibemus de Præb. n. 6. *non probari, quod ad Canonicam alicuius Monachi ad aliud Monaſterium tranſlationem, ut illud adminiſtret, vel in eo officium gerat, requiratur authoritas Epiſcopi,Cum ibi per verba eiuſdem Sedis* Apoſtolicæ,*Romana intelligatur, non Epiſcopalis, cuius ne mentio ibi exiſtat. Nec aliud ſtatuat ibi Papa, quam ne Monachus niſi Canonicè tranſlatus alterius Monaſterij adminiſtrationem ſeu officia ſuſcipiat abſque Sedis Apoſtolicæ authoritate.*

Diſcutitur. Verum F. Romanus gratis obtrudit illud,in quo ego vim non

18. poſui. nec enim ego dixi authoritatem Epiſcopi ad tranſlationem Canonicam Monachi requiri *ex d. c. cum ſingula §.prohibemus in Verb. ſedis eiuſdem,ut falſo* imponit lectori F. Romanus,ſed abſolutè *in d.§. prohibemus*,qui certè plura continet,quàm illa verba *ſedis eiuſdem*, ſiquidem & hæc ibidem recitantur,*Cum illis non liceat habere locum in diverſis Monaſterijs,quorum unum ab alio non dependet,nec aliorum Monaſteriorum ſi Canonicè transferantur ad ipſos Prioratus,Eccleſias adminiſtrationes, vel officia gubernare.*vbi Ioan.And.ad glo.*in verb.Canonicè addit Innoc.de renunc c. fin.*inquiēs dicit *quod eo caſu* requiritur DISPENSATIO ET AUTHORITAS EPISCOPI,q placet hic Io. Mon.& Archid, *in decret.ſi Religioſus in fin.* atque ex eodem re-

refert Anchar. *in d. c. cum ſingula not. 2. n. 2. in fine*, Philippus Francus *ibid. ſub n. 3.* varias hic affert diſtinctiones, quod nimium hoc intelligatur verum, ſi tranſitus fieret ad religionem alterius Diœceſis, quia intereſt Epiſcopi, ex quo eum à ſuâ obedientia dimittit, intelligiturque hoc de *non Exemptis*; ad *Exemptorum* verò *translationem* requirit authoritatem Papæ, quando hic eſt ipſorum Ordinarius per not. *ibid.* Alij aliter *diſtinguunt*, quos longum foret ordine recitare.

Saltem ex deductis relinquitur, quod *in d. c. cum ſingula §. prohibemus verb. niſi Canonicè transferantur &c.* prout & à Dd. accipiuntur, hoc ipſum quod aſſerueram, de authoritate Epiſcopi vel Ordinarij ad translationem Monachi Canonicam requiſita probetur. 19.

Falſum autem eſt, quod *in d. text. §. prohibemus*, ne mentio quidem fiat Epiſcopi, cum expreſsè ibidem dicatur, qui verò contra prohibitionem præſentem prædicta de cætero alienis Monachis commiſerit, vel dimiſerit, commiſſa ea vice ordinandi de ipſis ſint poteſtate privati, & de eis per diœceſanos (ſi exempta fuerint) alioquin per Sedem Apoſtolicam ordinentur. Hic ibi fortè ludet F. Romanus in voce *Diœceſanus*, cuius meminit ibid. *c. cit. §. prohibemus*, quod ea vox alias contineat litteras aut ſyllabas, quam vox Epiſcopi atq; ab eadem diſcrepet q non videtur ab ingenio F. Romani abludere, qui in eiuſmodi ſignis & literis grammaticis ſæpius nugatur, relictâ vocis ſignificatione & verborum ſenſu. Sed hæc ſufficiant. Progredior ad alias ipſius falſas allegationes. 20.

Rurſum *allegat* 213. dicit, *quod male apud ipſum citentur Navarri conſilia* 21.
5. *& 57. nam neutrobi quicquam diſputat de præſenti materia, imo* Conſili- *Commēta*
um quintum, *ipſi non exhibet niſi unicum numerum.* Conſilio autem 48, *Hayana.*
contrariam è diametro ſententiam tuetur his verbis. Reſpondeo illa verba »
Concilij intelligenda eſſe, ut nos intelleximus, alia ſimilia eiuſdem in »
dicto Commentario (*videlicet ſuper c. ſtatuimus. n. 60.*) ſcilicet quod »
approbatio illa Epiſcopalis requiritur quoad exitum Monialium ijſ- »
dem ſubjectarum, vel ita exemptarum, quod ſoli Papæ immediatè »
ſubſint. Non autem de alijs exemptis, quæ ſubſunt Prælatis aliorum Ordi- »
num, de quibus hic agimus, & quales ſint Ciſtercienſium & aliorum, *Vide* »
allegat. 173.

Verum F. Romanus videtur ſtudioſè in alienas inquirere editiones, ut 22.
ex ijs aliquam capiendi occaſionem habeat, quas ego non moror, vulgatis *Diſentitur.*
& obvijs editionibus contentus.

Quod ſi igitur ipſe hac in materia alienā obtinuit editionē, in ea ſibi cō- 23.
gratuletur, mea verò quid F. Romanus in ſua editione habeat vel nō habeat

" beat, parum refert, neque ex illa editione poteſt alios arguere fal-
" ſæ allegationis. Siquidem mea exempla *Venetijs 1601. & Colon. Agripp.*
" 1616. impreſſa ſic habent, quemadmodum ego allegavi. *Conſilium* Na-
Diſcutitur. varri 70.(pro quo errore typographi impreſſum eſt 57. *n. 6.*) *de regu-*
laribus ita loquitur & Conc. Trid. *in præfato tit. de regular. ſeſſ. 25. c. 5.* fa-
22. " cit facultatem exeundi Monialibus ex quacunque cauſa, quæ videbitur
" iuſta Epiſcopo, & receptum eſt non poſſe Monialem exire Monaſterio
" de tam levi cauſa, ac Monachi etiam Carthuſiani. *Et ibid. n. 7.* aliquas
" cauſas adducit, per quas etiam ſolvit contraria, quæ objici poſſunt, è
" quibus eſt *hac una*, quia etiam qui iuravit manere in aliquo loco, po-
" teſt iuſtè ab illo exire, ſi ſalus corporalis eius id exigat, iuxta glo. *me-*
23. " *morabilem & receptam in c. ſi vero de iureiur. &c.*

" Deinde Navarrus *in allegat. 5. de Statu Monachorum*, quod F. Ro-
" manus aſſerit *in ſuo exemplari eſſe* 48. ita loquitur *nu. 6.*

" Ad ſecundam Reſpondeo, quod *Extravag. Prædicta* (nimirum Pij
" V.) nihil obſtat, quia ut prædiximus tam illa, quàm in *1. c. de ſtat. regular.*
" *lib. 6.* & quam Concilium Tridentin. ſunt limitanda, ne procedat pro-
" hibitio exitus Monachorum, cum occurrit cauſa legitima, & ita non
" videtur prohibere exitum Monachorum, per viam iuſtæ correctio-
" nis vel novæ fundationis, quæ ſunt legitimæ ad exeundum, *Secundo*,
" quod magis videtur obſtare *Concilium Trid.* quod videtur exigere, ut cau-
" ſa legitima exeundi approbetur per Epiſcopum, & conſequenter quod non
" ſufficiat licentia Generalium & quod confirmatio privilegiorum præ-
" fati Ordinis (Minorum de obſervantia) prædicta non extenditur ad
" contraria Concilij Trid. ſed reſpondetur, illa *verba* præfati Concilij in-
" telligenda eſſe, ut nos intelleximus; alia ſimilia eiuſdem *in d. c. ſuper c.*
" *ſtatuimus* (*n. 60. ſcilicet*) quod Approbatio Epiſcopalis requiritur, quoad
" exitum Monialium eiſdem ſubjectarum, vel ita exemptarum, quod ſoli
" Papæ immediatè ſubſint, non autem de alijs exemptis quæ ſubſunt alijs
" Prælatis aliorum Ordinum, de quibus hîc agimus, quoniam quæſtiones
" moventur de Monachis ſubjectis Generalibus Ordinum Minorum de Ob-
" ſervantia, Hactenus Navarrus.

" Ex quo videre licet, quod F. Romanus *cit. loc.* Navarrum falſificarit, dum
" pro verbis hiſce Navarri (*Monaſterijs exemptis, quæ ſubſunt alijs Prælatis aliorũ Or-*
dinum, de quibus hic agimus, quoniã quæſtiones movẽtur de Monachis ſubjectis Genera-
24. *libus Ordinum Minorum de Obſervantia*, ipſe F. Romanus ſuppoſuit hæc verba;
(*Monaſterijs exemptis, quæ ſubſunt Prælatis aliorum Ordinum, de quibus hic*
agimus & quales ſunt Ciſtercienſium & aliorum) cuiuſmodi eſt inſignis
fraus & fallacia F. Romani; cum circa Monachi alicuius tranſlationem

Generalis

Digitized by Google

Generalis & Prælatorum Ordinis Ciſtercienſis non ſit eadem ratio, quæ ſit Generalis & Prælatorum Ordinis de Obſervantia. Siquidem Generalis Ordinis *Minorum de Obſervantia* poteſt ad lubitum perſonas Ordinem ſuum 25
in communi profeſſas de uno in alium locum transferre, ſecus verò ſe res habet in *Ordine Ciſtertienſi*, ubi *ſtabilitas loci* promittitur & vovetur, ut proinde perſonæ voventes de uno loco in alium invitæ de Iure per Superiores non poſſint transferri. Navarr. *Conſ. 4. n. 1. de Stat. Monach.* Beroi. *quæſt.* 83. unde F. Romanus b a uno Ordine exempto ad alium nonniſi inepte infert, Siquidem non ſequitur, Navarrus tradit Monachum in Ordinibus exemptis, in quibus non vovetur ſtabilitas loci, poſſe per Superiores ſuos internos ſine licentia Epiſcopi transferri, ergo etiam tradit, Monachum in Ordinibus exemptis, in quibus ſtabilitas loci promittitur, poſſe per Superiores ſuos internos ſine licentia Epiſcopi transferri. Hoc enim Navarrus non inculcat, ſed ipſum F. Romanus Navarrum falſificando gratis aſſumit. *Taceo*, quod peculiaris ſit 26
ratio Monialis alicuius transferendæ, quæ non tantum *ſtabilitatis* voto & promiſſione, ſed & peculiariter *Clauſura* legibus obſtringitur, ad cuiuſmodi clauſuram Epiſcopi eſt attendere *d. c. 5. ſeſſ. 25. de regular. Concil. Trid.*

Præterea, quod F. Romanus necdum oſtenderit vel probaverit, Mo- 27
nialem ex Teſtenburg Archiepiſcopo Moguntino non fuiſſe ulla ratione ſubiectam, ſed omnimode exemptam, ſicuti nec quod Monaſterium Woltigerode fuerit locus plane ab Hildeſienſis Epiſcopi Iuriſdictione exemptus, ut ipſe nihil in eo habeat ordinare. Cum etiam poſito, quod Ordo Virorum Religioſorum ſit exemptus, non tamen exinde concludatur, quod Monaſteria Monialium eiuſdem Ordinis etiam ſint exempta, ut patet in Ordine *Pramonſtratenſi*, in quo Monaſteria *Monialium in Hiſpania* dicuntur eſſe Ordinarijs ſubiecta, licet Viri Religioſi eiuſdem Ordinis ſint & dicantur eſſe exempti, ut ex Conſtitutione Gregorij XIII. *dat. Romæ Anno* 1573. *Pontificatus ipſius Anno* 1. 25. *Aprilis* patet, in qua eas Pontifex Iuriſdictioni & Curæ Ordinariorum ſubijcit, atque ab eorundem Cura, regimine & gubernio Prælatos & Canonicos eiuſdem Ordinis abſolvit & liberat, prout ***apud acta Compulſoria coram Domino Decano ad Sanctos Apoſtolos Compulſore Apoſtolico in contradictione*** 19. *Iulij* 1640 ***exhibita*** eſt demonſtratum, quin etiam ***apud eadem acta in vlteriori refutatione*** 24. ***Aprilis exhibita*** deductum eſt, multorũ Dd opinionẽ eſſe, quod Ordine aliquo Virorum Religioſorum exempto, non etiam Monialium exemptus eſſe cenſeatur. Nam ita ſentiunt Eraſmus Chokier *lib. 1. de juriſdictione Ordinar. in exempt. q.* 17. *n.* 27. *& q.* 4. *n.* 10. Baldus in *l. Lucius §. Mævia ff. ad SC. Trebell. & in l. quicunque col.* 4. *C. de ſerv. fug.* Alex. *conſ.* 15. *viſo teſtamento n.* 1. *volum.* 4. eo quod regulare ſit, in Privilegijs aut reſcriptis maſ-

culinum non concipere fæmininum. Dec. *in l. fæmina. n. 65. & ſeqq. ff. de R. I.* Dd. in *l. in omnibus cauſis num. 7. cum addit, de R. I.* ubi dicit conceſſum filio non extendi ad filiam. *l. verbum ſi quis, ubi* Rebuffus Alciat. *de V. S.* vbi ſub nomine Religioſi non comprehenduntur Moniales. Card. Zabarell. in *Clem. 1. n. 1. cum addit. de privil. & exceſſib. Privil.* Alexand. *conſ. 126. vol. 1.* Abb. & *ibi in addit. ad c. de Monialibus n. 1, Verbo Clericus. de ſent. excomm.* Contra Rom. de Forlio in *l. tres fratres, de pact. per illum text. & l. Lucius §. Quaſitum ff fam. hercisc.* Flamin. Pariſ. *de reſig. benef. part. 1. lib. 3. q. 12.* Abb. *in c. ea quæ n. 5. de Stat. Monachor.* quem tamen Chockier de alia materia indifferenti, non vero de privilegijs vult accipiendum eſſe.

Hinc contraria omnia à F. Romano aſſumuntur, qui multa quidem jura ſine intellectu congerit, quæſtionem autem facti à ſe probandam ubiq; probationibus deſtituit, exiſtimans ſufficere ἀυτός ἔφα. Sed toties fallenti erit minimè credendum.

Contra idem allegat. 215. air, *Eclipſim patitur hæc allegatio Rodericij.*
28 Nam *is ſub nomine Epiſcopi intelligit etiam Generales & Provinciales Ordinum ex-*
Commẽta *emptorum, quales ſunt Ciſtercienſium, Præmonſtratenſium, Prædicatorum, Mi-*
Hayana. „ *norum &c. ipſiuſmet Verba hinc deſcribit* ex d. Art. 6. Prædicta conſtitutio
„ Cardinalium habet locum in Monaſterijs Monialium, quæ non ſolum
„ ſubduntur Generalibus & Provincialibus habentibus juriſdictionem Epi-
„ ſcopalem, ſed etiam ſubduntur Prioribus Conventualibus tali juriſdi-
„ ctione Epiſcopali carentibus; nam in talibus Monaſterijs non ſufficit
„ ſuperiorum immediati licentia, ſed requiritur neceſſario licentia, & appro-
„ batio Superiorum habentium Epiſcopalem Iuriſdictionem. Nam reve-
„ ra Generales & Provinciales quoad Iuriſdictionem ſunt Epiſcopi ſuorum
ſubditorum. *Hæc ibi.*

29 Verum F. Romanus Eclipſin Iudicij videtur pati, quando ratione
Diſcutiũ- Emanuelis Rodericij, ad quem ego me remitto, inquiens, vide Emanue-
tur. lem Rodriq. qq. Regular. tom. 1. q. 49. art. 6. *me* carpit, vel enim ipſam Emanuelis Roderici *cit. loc.* doctrinam, vel meam remiſſionem reprehendit; *ſi doctrinam*, quomodo igitur eam in ſuum vult detorquere ſenſum; ſin *meam remiſſionem* nudam ſine ulla definitione relatam, Quid hic eſt, quod F. Romanum ad carpendum impellat aut cogat, niſi ſola carpendi & allatrandi libido.

Denique Rodericus *cit. loc.* nec de Ciſtercienſium nec Præmonſtratenſium Ordinum Monialibus exituris loquitur, neque vel verbo earundem mentionem facit, prout tamen illi F. Romanus affingit, ſed ipſe de

Mo-

Digitized by Google

Monialibus ſui Ordinis, *nim. Regularis Obſervantiæ* ac ſimilibus, de quibus etiam Navarrus agebat, intelligendus eſt, idque propter rationem paulo ante allegatam, ut ſic F.Romani allegatio plane evaneſcat.

30 Verum F.Romanus *allegat.* 170. dicit, *priorem allegationem Bonacin.* de legibus *eſſe ſuſpectam, quod nullam quæſtionem, nullum punctum, nullum numerum deſignem, ne videlicet facile deprehendi poſſit falſitas &c. alteram* de clauſura & pœnis &c. *totam falſam eſſe. Nam Bonacin.* d. n. 1. ne *verbo quidem Hiſpaniæ meminit, quid intra aut extra eam fiat vel fieri debeat.* *Alia Comment. Hanian.*

Et *allegat.* 171. ait, *Suarezium* de relig. tom. 4. c. 9. n. 13. *ſolum allegare Emanuelem Rodericum tradentem in Hiſpania ſolam ſuperioris licentiam ſufficere, à cujus tamen ſententia ipſe mox* eodem n. *recedat.*

Tum *allegat.* 172. ratione Barboſæ contra me invehitur, ſed *amabo*, inquiens, *quomodo potuit Barboſa* n. 2. *à Dd. opinione diſcedere, ſi eam primum* n. 28. in *medium propoſuit, an ab eis abijt, quibuſcum nondum fuerat?*

31 Hæc F.Romanus; ſed more ſuo ſatis inſulſe, poterit ipſe facili negotio videre apud Bonac *diſp.* 1. *de legib. q.* 1. *punct.* 3. *n.* 19. vbi ratione exitus Monialium extra Monaſterium ſe remittit ad *tractatum de clauſura*, in quo tractatu, ipſe *q.* 1. *punct.* 8. *n.* 1. tradit ſententiam Dd. volentium in Monaſterijs exemptis, quæ Regularibus ſubduntur, ſufficere facultatem exeundi conceſſam à Superioribus Ordinis ut à Generali, Provinciali, vel alio Prælato immediato Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habente obtinere ijs in locis, ubi prædictus Pij V. motus uſu receptus non eſt; ſin ſecus, ſeſeque inter alios remittit ad Sanchez *lib.* 6. *oper. Moral. c.* 15. *n.* 28. qui motum Pij V. in Hiſpania uſu receptum non eſſe refert. *Diſcutiuntur.*

32 Idem tradit Emanuel Roderic. *qq. Regular. tom.* 1. *q.* 49. *art.* 6. ideo iſtic ſufficere ſolam Provincialis aut Generalis licentiam, prout expreſſe docet Sanchez *modo cit. loc.* quem ego una cum P.Suarez & alijs allegaram: F.Romanus autem fallaciter omittit, ut occaſionem rodendi habere videatur.

33 P.Suarez *cit. loc. tom.* 4. *de relig. tract.* 8. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 13. ait, quod vero attinet ad non uſum, res eſt facti, quæ mihi non ſatis conſtat; loquitur autem de non uſu, de quo Emanuel Roderic. *cit. loc.* agebat, quem non uſum ipſe iſtic non reprobat, ſed dicit duntaxat, ſibi non ſatis conſtare, cæteroquin extra illum non uſum & ipſe & P.Sanchez *cit. loc.* docent, quod ſola Generalis aut Provincialis licentia in ijs Monaſterijs, quæ Regularibus ſubduntur, non ſufficiat, idque arguunt ex illis verbis, *præter alios Ordinum Superiores, quibus cura Monaſteriorum incumberet, etiam per Epiſcopum,*

Digitized by Google

ſeu alium loci ordinarium etiamſi prædicta Monaſteria ab Epiſcoporum & Ordinarioru͠ jurisdictione exempta eſſe reperiantur, vbi Sanchez dicit, ponderanda eſſe illa verba *PRAETER alios Ordinum Superiores*, quibus omnes Superiores & non ſolum immediatos includi docet; Inſuper & ea verba conſideranda, *per Epiſcopum ſeu alium loci Ordinarium*. At Superiores Regulares minime loci Ordinarij appellantur. Hæc Sanchez, quibus conformiter docet & P. Suarez
" *ſup. cit. loc.* dicendo, quod ad Ius (non vero quod ad non uſum) attinet, Prior
" expoſitio (Emanuelis Roderici *ſup. cit. loc.* ratione Epiſcopi) violenta eſt,
" nam Pius expreſſè requirit præter alios Ordinum Superiores approbatio-
" nem Epiſcopi vel Ordinarij, etiamſi Monaſteria exempta ſint, & declaratio-
" nes Cardinalium expreſsè requirunt Conſenſum Superioris Regularis
" & Epiſcopi Diœceſani, & declarant, Epiſcopos poſſe per cenſuras com-
" pellere quoſcunque Superiores Religionum ad hoc obſervandum non ob-
" ſtantibus privilegijs.

34 *Particula, præterea, vis.* Hæc ipſe, quibus ego duntaxat addo, obſervandam eſſe particulam (*PRAETER*) quâ utitur Pontifex Pius V. in *ſuo motu ſive extravagante* quæ ibidem ſignificat idem quod *ſupra* per not. Barboſ. *dict. præter* 279. *n.* 12. ut nim. ſit ſenſus, quod ſupra & ultra Superiorum licentiam etiam Epiſcopi Diœceſani facultas ad legitimum Monialium extra Monaſteria exitu͠ requiratur, adeoque ſola ſuperiorum Ordinis licentia minimè ſufficiat, quemadmodum nobis F. Romanus obtrudebat.

Quæ licet ita ſint, Nihilominus ego puto *diſtinguendum* eſſe inter Mo-
35 naſteria Ordinum exemptorum, in quibus ſtabilitas loci promittitur, & in quibus ea *non promittitur* ſeu vovetur, ut in his, non in illis Doctrina Suarez & Sanchezi obtineat, per rationem ſupra adductam, Ad quam accedit, quod in Monaſterijs ſimpliciter ab Ordinariorum Iuriſdictione, exemptis, in quibus Superiores poſſent pro libitu mutare & transferre perſonas, ipſi Superiores Ordinis & non Epiſcopi Ordinarij iſtorum locorum dici queant. Secus autem eſt in Ordinibus, in quibus ſtabilitas loci promittitur; in his enim, licet Monaſteria quædam Superioribus Religionis ſubdantur, non tamen ſimpliciter, nec abſolutè ſed ſecundum quid, ut ſupra monuimus.

Quod ſi tamen F. Romanus hanc diſtinctionem admittere non vult,
36 ſed ſimpliciter iſtos Patres atque auctores ab ijs citatos accipiendos eſſe exiſtimet, per me quidem licet, at tunc non mihi, ſed ipſi F. Romano iſti obſunt authores, oſtenduntque Monialis ex Toſtenburg translationem non fuiſſe Canonicam, quia Archiepiſcopi Moguntini facultas ad ipſius ex d. Monaſterio exitum requiſita non intervenit.

Quod

Quod verò non intervenerit, hoc ipſo patet, quod non oſtendatur, ipſa exadverſum eſſe conceſſa, Pacian. *lib. 1. de probat. c. 40. n. 4.*

Porrò quod ad Barboſ. *de Offic. Epiſ. allegat.* 102. *n.* 28. attinet. Videbat F. Romanus, quod errore Typographi *n.* 2. (cui erat adjuncta vox *Ibidem*) 37
Recedere ſubinde in iure accipitur, pro differre.
pro *n.* 28. eſſet impreſſus, quamvis F. Romani ratio cavillatoria, nihil contra me concludat. Poſito etiam quod Barboſ. ſuam ſententiam non *n.* 18. *ſed n.* 2. à Dd. ſententia recedentem propoſuiſſet, quia non omne quod in jure dicitur recedere ab aliquo, ad illud debet prius accedere, ut patet manifeſte ex *l. veluti* 6. §. 1. *ff. de ſerv. præd. ruſt.* ubi ab *uſufructu dicitur jus calcis coquendæ recedere*, id eſt, differre, quemadmodum notat Rebuffus *in l. cedere* 213. *verb. recedere ff. de V. S.* nemo autem dicet, quod uſusfructus priusquam dicatur à jure calcis coquendæ recedere, ad hoc acceſſerit, ut F. Romanus ſomniat, ſi F. Romanus advertiſſet Barboſam *cit. loc.* ſecum facere, haud dubiè relictis ejuſmodi nugis iſtum citaſſet, ſed cum ille contra ipſum pro me ſentiret, F. Romanus animum lectoris, quaſi aliò avocat, ne in Barboſam mecum contra ipſum ſentientem inquireret. Sic imperito illuditur Orbi.

Quæ de conſuetudine Germaniæ contraria nude aſſerendo dicit F. Romanus, probanda fuiſſent; Cum autem non probentur, non erunt concedenda; 38
nec ullus authorum ab ipſo citatorum id atteſtatur, à F. Romano confictum exiſtimabitur. An quia motus Pij V. placet Vrbi Romanæ, non placet F. Romano, nec Orbi Hayano.

Alias etiam *allegat.* 73. dicitur quod apud Barboſ. in collectan. c. periculoſo de ſtat. regular. n. 16. in 6. *album & nigrum inveniat, nec horum umbram* 39
Commenta Hayana. de Barboſ. Navarr. &c.
ex Barboſ. Ipſius verba ſunt cit. *n.* 17. ſic etiam poſſunt Moniales de licentia ſuperioris tranſire de uno Monaſterio ad aliud, vel cauſa novæ fundationis, vel correctionis, vel reformationis ſeu profeſſionis, ut tradunt Navarr. Fr. Emanuel, Sanch. Armend. Zerol. Anton. Riv. Bonac. ego ipſe *d. allegat.* 102. *n.* 21. obſervantes ad hoc tutius eſſe recurrere ad ſedem Apoſtolicam.

Addit F. Romanus nimirum *in Vicinia, ubi facile poteſt haberi talis recurſus, vel ubi recurſus iſte uſu receptus eſt, id quod non eſt in Germania, præſertim in Ordine Ciſterſienſi. Deinde ex conſilio alterius nemo obligatur, unde & Navarrus* Conſil. 48. n. 6. *ait, ſcilicet ea quæ paulo ante vidimus* & allegat. 174. dicit *Zerola à me ibidem cit. verba eſſe hæc*; Monialis electa in Abbatiſſam in alio Monaſterio, poteſt exire ab illo ſuo & ire ad aliud, vel ob timorem belli ab infidelibus. Navarr. *cit. conſ. n.* 48. *verſ.* 4. Nota tamen in utroque caſu vidi practicari oppoſitum & habitus fuit recurſus ad Sacram congregationem, *quæ à ſuperioribus meis differunt* &c. *Adeſt expreſſa declaratio ſacræ congregationis* in c. 7. Concil.

 Trid.

Digitized by Google

Trid. ſeſſ.25. de Regul. *quando in Monaſterio non ſunt Moniales, quæ habeant qualitates requiſitas à Concilio, ut in Abbatiſſam eligi poſſint,* NON EST NECESSARIA FACVLTAS APOSTOLICA, *ut egredi poſſit illa, quæ ex alio Monaſterio eſt electa.* Hæc F. Romanus.

40 *Diſcutiũtur. De Barbos.* At fallaciter agit, licet fateri debeat *Verum* eſſe, quod Barboſ. *in d. c. periculoſo n.* 17. tradit, Tutius eſſe in caſu, in quo Monialis de licentia ſuperioris tranſibit de uno Monaſterio ad aliud cauſa novæ fundationis, vel reformationis recurrere ad ſedem Apoſtolicã, in eumq; finẽ Zerol. citat, qui *part. 2. prax. Epiſcop. Verb. Moniales*, ait Decimo ſecundo an Moniales poſſint tranſire de uno Monaſterio ad aliud, vel causâ novæ fundationis vel correctionis vel reformationis, vel perfectionis quod ſæpe accidit. *Reſpondetur* quod Navarr. *Conſ. 57. (eſt 70.) n. 6. de Regular. & Conſ. 5. de ſtat. Monach. n. 3. & 6.* dicit, quod ſic, authoritate Epiſcopi per Sac. Conc. Trid. *Seſſ. 28. c. 5. de Regular.* Tamen Sacra Congregatio cenſuit in his recurrendum eſſe ad ſedem Apoſtolicam, ita dicit Apoſtil. *ubi in d. c. 5. & 70.* & ita vidi obſervari in praxi annis elapſis, quando à Monaſterijs Surrenti fuerunt miſſæ Moniales ad reformationem ſeu correctionem quorundam Monaſteriorum Salerni. *Hæc ille;* pro quibus F. Romanus paucula verba ejuſdem Zerolæ *part. 1. verbo Moniales* ſupponit omiſſis aliis, quæ ipſius intentionem evertebant.

Navarr.

41 *F. Romanus alia ſupponit vel omittit. 2. col.* Eadem ratione F. Romanus pedem hominis præciſum dixiſſet hominem, ac pro homine venditaret. Neque hæc verba per F. Romani divinatorium ſenſum eluduntur, cum neque *Zerola*, neque *Navarr.* ab eo citati quicquam tale aſſerant. Ad hæc quid De *Navarr.* Doctrina in Conſ. 5. de ſtat. Monach. ſentiendum ſit, ſupra fuit oſtenſum.

42 *Declaratio Card.* Declaratio Cardinalium ad Concilii Trid. *cap. 7. Seſſ. 25. de regular.* impertinenter huc allegatur, ubi non agimus de Electa Abbatiſſa in aliud Monaſterium Conventum habens, ſed de Moniali non electa in Abbatiſſam in aliud Monaſterium alterius Diœceſis Conventu deſtitutum, nec ab illo dependens transferenda. Sic F. Romanus ſemper aliquid novi, ſed nihil ad rem affert, ubique tamen fallit.

§. IV.

De translationis Canonicæ circumſtantijs diſquiritur, utrum in translatione ſup. d. Monialis inter venerint.

Recenſebam *Quartum requiſitum* Canonicæ *translationis*, nim. ut
43 quando transferuntur Moniales Canonicè ex uno loco in alium, translatio illa-

Digitized by Google

illarum debeat fieri *in aurora*, ut à paucis conſpici poſſint, atque à perſonis gravibus & honeſtis tum ſanguine conjunctioribus rectâ viâ abſque diverticulo deducantur, ac nullibi pernoctent, niſi cauſa hoſpitij, idque non niſi apud honeſtas perſonas ex Declarat. Card. *in Conc. Trid. Seſſ.* 25. *de regular. c.* 5. *in verb. extra mœnia urbis* §. *monaſteria Monialium*, *verſ. quando verò* Barboſ. *d. lib.* 1. *de Iur. Vniv. Eccleſ. c.* 44. *de Monial. lib. n.* 74.

Hæc autem omnia in d. Monialis ex Diœceſis Moguntinenſis Monaſterio Toſtenburg/ in aliud Woltigerodenſe Diœceſis Hildeſienſis translatione interveniſſe ego *nego*, & contrarium F. Romanus nec probavit, nec unquam probaturus eſt. Et quomodo probabit F. Romanus hic authoritatem & licentiã Eminentiſſimi Archiepiſcopi Mogũtini interveniſſe, cum ipſe, quod pro ſuperfluo duntaxat adjicio, voluerit, ut dicta Monialis ad ſuum reverteretur Monaſterium, aliàs autem haberet illam anathematis gladio ferire? Idque rectè. Nam ſi vigore Concilij Trid. *Seſſ.* 25. *de regular. c.* 5. & ex declarationibus Cardin. *d.* §. *Monaſteria Monialium*. Ordinariis demandatur, ut Monaſteria Monialium extra mœnia urbis vel Oppidi ſita, etiamſi eſſent exempta & immediatè ſedi Apoſtolicæ ſubjecta, ſi ſint malorum prædæ aut alijs facinoribus expoſita, transferant intra urbem vel oppidum. 44

Quod ſi qui impediant, vel Sancti Moniales non obediant, per Cenſuras Eccleſiaſticas Ordinarij parere compellant. Quanto magis potuit Ordinarius Moguntinus d. Moniali ex Toſtenburg / prohibere, ne ipſa in Monaſterium VVoltigerodenſe à tanto tempore deſtitutũ ac ruri extra urbis Goslarienſis mœnia ſitum, militum incurſibus & libidini expoſitum ingrederetur, idque interpoſitis graviſſimis cenſuris, quò maiora illius pudicitiæ (cui cõſultũ voluit Bonifacius VIII. Papa *in c. periculoſo de ſtat. Regular.*) impenderent pericula. Ad hæc quomodo Novitias F. Romanus aſſeret in Religione probatas 40. fuiſſe annorum? Taceo reliqua de Sociabus, tempore, loco hoſpitij, itineris. 45

F. Romanus *allegat.* 175. dicit *quod que hic addo de diverticulo, pernoctatione & hoſpitio, non inveniantur hoc loco in declarationibus Cardinalium, ſed ſuperaddantur, ut d. Monialis in modo honeſtatis exceſſiſſe putetur. Pro Moniali ſtet affirmativa præſumptio honeſtatis, donec probetur contrarium* reg. Iur. in 6. quilibet præſumitur bonus &c. *quod tamen necdum factum, cum aſſerenti adverſario nec fides quidem præbenda ſit, nec auditus, cum præſumatur eius exiſtere inimicus c.* item de reſtit. Spol. *Gloſ. Panor. & alij* ibid. 46 *Commẽta Hayana.*

Sed

Sed iam ad factam Cardinalium allegationem revertendo, obſervandum eſt cit. loc. *ſtatuiſſe Concilium*, ut quia Monaſteria Sanctimonialium extra mœnia Vrbis vel oppidi conſtituta malorum hominum prædæ & aliis ſæpe facinoribus ſine ulla cuſtodia ſint expoſita, curent Epiſcopi & alii ſuperiores, ſi ita videtur expedire, ut ſanctimoniales ex ijs ad nova vel antiqua Monaſteria intra urbes vel oppida frequentia reducantur. *Sacra perinde Cardinal. Concilij Trid. interpretum congregatio declarationem ſuam huic* quinto capiti *ſubiungens, utique declarare intendebat textum ipſius* Concilij, *quid nimirum faciendum ſit, quando Monaſteria huiuſmodi extra Mœnia urbis vel oppidi conſtituta, ipſeque moniales ex ijs ad nova vel antiqua Monaſteria intra urbes vel oppida transferantur, quod videlicet eiuſmodi translatio debeat fieri in aurora, ut non niſi à paucis conſpiciantur, ubi ſupponitur, tales civitates & oppida tanto itinere à Monaſterijs extra mœnia poſitis non diſtare, quin translatio ab his in illa ſub aurora facile fieri poſſit.*

47 *Quod ſi tamen ego dictam Cardinalium declarationem aliter declarare & ad illã tranſmiſſionem* ſupra *memorata monialis ac ſimiles extendere* velim, *ſolem in Cælo inſtar Ioſuæ tantiſper ſiſtere debebo, donec iſta Monialis in* AVRORA *ex Eiſfeldia Monaſterio* Roſtenburg *Moguntinæ diœceſis in alterum* Woltigeroda *prope Goslariam in Hildeſienſi diœceſi ſitum, vel illa Benedictinæ è Cuebacenſi Bauariæ Cœnobio ad Fuldenſe monialium, plurium dierum itinere, ita ut non niſi à paucis conſpici poſſint, commigraverint, &c.*

48 At F. Romanus à Ianua voluntariè iterum aberrat, licet enim de *diverticulis* cavendis expreſſe non loquatur ipſa declaratio Cardinalium; tamen virtualiter ſupponit ea cavenda eſſe diverticula ex *cit. à ſe c. periculoſo de ſtatu regular. in 6.* atque ex Conſtit. Pij V. *dat. Anno* 1570. *Cal. Febr.* §.1. *ſane periculo & ſcandalo plena eſt*, Itemque quod ad honeſtas perſonas in itinere hoſpitii cauſa divertere debeant, ipſa quoque Iura ſupponunt, quin etiam vult Zech. *in tract. de rep. Eccleſiaſt. tit. de Relig. ingred. c.3. ſub n.15. §.9. Et Monaſterijs monialis*, &c. Ubi tradit, quod quæ egredientur, excedant 39. Annos, & ſint vitæ probatæ, nec pernoctent extra oppida, ubi habent Monaſteria, niſi de Epiſcopi licentia & tunc ſimul dormiant &c.

Diſcutitur.

49 Hæc autem non ideo adduxi, quaſi Monialem velim arguere inhoneſtatis, ut F. Romanus per calumniã aſſerit, ſed ut F. Romanus hæc omnia, quæ conſiſtunt in facto, atque ad licitum & decentem Monialium exitum Canonicum requiruntur, rite interveniſſe probet. Siquidem ea quæ in facto conſiſtunt, aſſerenti ſunt probanda *L. in bello §. factiff. de capt. & poſtlim.* reverſ.

50 Neque etiam eſt meus ſenſus, quaſi duntaxat *ſub auroram* exitum continuare debeant, ſufficit enim ſub auroram exitum Monialium inchoari. Neque ego aſſerui, quod intra unum eundemque diem ex uno Monaſterio in aliud digredi debeant, quemadmodum mihi affingit F. Romanus. Cum con-

Digitized by Google

contrarium expreſſe aſtruxerim dicendo, quod nullibi pernoctabunt, niſi cauſa hoſpitij, idque non niſi apud honeſtas perſonas. Hinc vanus & inanis eſt F. Romani de ſolis curſu ſiſtendo diſcurſus, cui nihil omnino eſt tribuendum.

Solum id contra ipſum retorquendum eſt, quod cum tradat, licet impertinenter, adverſario nihil fidei tribuendum, quâ ratione fuerit auſus accuſatrices & adverſarias in teſtes contra P. Superiorem Goslarienſem atque me evocare.

Eodem §. IV.

Oſtenditur, d. Monialem fuiſſe intruſam, ubi de intruſione agitur, quomodo à Canonica Inſtitutione & translatione differat.

Ex præmiſſis omnibus inferebam, unde concluditur, *inquiens*, quod *translatio* illius Monialis non fuerit ullo modo *Canonica*, ſed mera *intruſio*. Rebuff. *in prax. benef. tit. de Subrog. collitig. glo.* 4. *n.* 5. *per not.* Gomeſii *in regul.* 33. *de triennal. q.* 20. §. *ſecundus Caſus q.* 27. *Cancell. de triennal. poſſeſſor q.* 47. *verſ.* 4. *per text. in c. quia diverſitatem, & ibi* Panor. *in* 2. *not. de conceſ. præb.* adeoque ipſa Monialis non Canonicè inſtituta Monaſterium illud ſibi acquirere nequiverit *c. beneficium & ibi* Dd. de *reg. iur. in* 6. nec eius poſſeſſionem Oldrad. *Conſ.* 1. *n.* 4. Panor. *in cap.* P*aſtoralis n.* 27. *de Cauſ. poſſeſ.* Coſmas in Pragm. Sanct. *tit. de pacific. poſſeſſor* §. *Ordinarij. Verb. inquirunt, & verb. poſſideat.* Ratio huius eſt, quia ubi jus reſiſtit, poſſeſſio dari nequit. *l. qui universas.* 30. §. 1. *verſ. namque locum. ff. de acquir. poſſeſſ.* Atqui ius reſiſtit & prohibet, ne beneficium Eccleſiaſticum ſine Canonica inſtitutione obtineatur *ex d. cap. beneficium, in verb. non poteſt*, quod verbum denotat manifeſtam legis reſiſtentiam. Igitur &c. Conſequenter cũ dictæ Monialis non detur inſtitutio Canonica, ſed mera intruſio, hæc impedire non potuit, quo minus Societas in eodem Monaſterio emortuo & deſolato ac penitus deſerto à legitimo ſuperiore inſtitueretur; non enim præſtat impedimentum quod de jure non ſortitur effectum *l. pactum C. de collat.* Specul. *in tit. de teſtib. verſ. quid ſi compertum;* maxime ſi ponatur cuſtodiæ duntaxat gratiâ fuiſſe introducta, prout ſupra vidimus. 51

F. Romanus hic allegat. 396. dicit, *quod hic aſſeram, Monialem ex* Tottenburg *in Woltigerodenſe Monaſterium introductam, ter nominem* intruſam, Primo *quod ſine conſenſu Ordinarij Moguntini hoc factum, Pius V.* in conſtit. Decori. *Secundo quod exierit ſuo Monaſterio ſine ſocia, quarum utraque ſit* 40. *annorum, & vitæ probata; Tertio quod translatio non fuerit facta in aurora. Quæ omnia ego hic nego adfuiſſe, & idcirco eius translationem fuiſſe meram intruſionem conclu-* 52 *Commen. ta Hayana.*

accepiſſe poteſtatem, ideoque non maiorem, quam habuerit ipſe Abbas Cæſarienſis, hic verò utpote nudus adminiſtrator aſſertus nec perpetuus nec cum libera, non habuit Canonicam poteſtatem de Monaſterio illo diſponendi, prout ſup. demonſtratum eſt, unde nec Abbas VValckenriedenſis ab Abbate Cæſarienſi potuit legitimam poteſtatem de Monaſterio eo Canonicè diſponendi accipere, conſequenter cum Monialis ab ipſo non habente poteſtatem dicatur introducta, notoriè intruſa erit, à qua intruſione ut eam liberet, F.Romanus dicit, eam tantum cuſtodiæ cauſa immiſſam fuiſſe, de qua ſup.

Accedebat, quod Monialis ex Toſtienburg diœceſis Moguntinæ abſque ejuſdem Diœceſani Ordinarij Archiepiſcopi Moguntini veniâ extra clauſuram ſui Monaſterij contra conſtitutionem Pij V. exiverit, cum eam facultatem ſibi ab EminentiſſimoOrdinario factam non exhibuerit nec exhibere poſſit, quicquid F.Romanus relicta quæſtione facti per ipſum probanda & non probata, de quæſtione Iuris fabuletur. Tum quod fuiſſet neceſſarium, ut iuxta ſacræ congregationis Decretum in una *Vlixbon. die* 17. *Iulij* 1615. ad novum quaſi Monaſterium ex profeſſis Monialibus transferendæ eſſent, Abbatiſſa ſeu Prioriſſa, Rotaria & portaria, ut eadem S.Congregatio reſcripſit Epiſcopo Melit. 17.*Septemb.* 1594. quæ quidem, nec quævis aliæ in Monaſteria recēter erecta pro Novitiarum in eis introducendarum inſtitutione transferendæ ſunt à locorum Ordinarijs aut ſuperioribus regularibus ſed non niſi obtenta à S. congregatione ſpeciali facultate, ut eadem ſacra congregatio Epiſcopo Tortonen. *ſub die* 27. *Maij*. 1603. reſcripſit. Vide Barboſ. *lib.*1. *de Iure univer. Eccleſ.c.* 44. *de Monial. & S. Virginibus. n.* 149. Hoc autem caſu noſtro una Monialis cum Novitijs in aliena Diœceſi ſine facultate Ordinarij Epiſcopi Hildeſienſis & S. Congregationis voluit occupare de novo Monaſterium VVoltigerode Conventu omnino deſtitutum, necá ſuo Monaſterio dependens. Vnde patet, quam multiplices hic intervenerint defectus, ex quibus ejuſdem Monialis translatio non poſſit eſſe Canonica. Tacetur quod de aliis circumſtantijs translationis decentis non doceatur.

Ex quibus apparet, quam mutile meās præmiſſas F.Romanus propoſuerit, quas ſi ſuo loco proſecutus fuiſſet, ſtatim illius ineptia vel fallacia detecta fuiſſet. Ideo alieno loco illa proponit. 59 *F. Romani Reſp. evertitur.*

Quod pro reſponſione affertur, quaſi Monialis ipſius ex Toſtienburg Ordinarius fuerit ſuperior Ordinis Ciſtertienſis, id prius probandum eſſet.

Nec id aſſerit Pater Laurentius Forerus, ubi enim quæſo meminit Monialis Toſtienburg? quo folio, qua linea? Deinde poſito non conceſ-

mm 2 ſo,

ſo,quod ſuperior Ordinis Ciſt. fuiſſet ipſius perſonæ Ordinarius, non tamen ipſe fuiſſet *Ordinarius* loci. Atqui pro exitu Monialis extra clauſuram requiritur diſcuſſio & facultas *Ordinarij* loci, ut bene urgent Suaretz, Sanchez. Bonac. Barboſ. *ſup. Cit.* quos proinde perperam & falsò contra propriam ipſorum mentem pro contrario ipſius & erroneo Commento citavit F. Romanus.

60 Neque Navarrus ipſi F. Romano patrocinatur, licet eum in ſuam partem ut trahat F. Romanus falſificarit, prout ſuperius monuimus, quod huc repetere operæ pretium non exiſtimo.

Nec verum eſt, quod per alium Loci Ordinarium intelligatur ſuperior mediatus in Ordine Ciſtertienſi &c.

61 Similiter nec verum eſt, quod conſtitutio *PijV. Incip. Decori. Dat. Anno* 1570. *Kal. Febr.* SOLUM edita ſit contra *Moniales volentes egredi Monaſterio & extra illud ſtare apud Parentes, Fratres, ſorores, cognatos & per ſæcularium domos diſcurrere* &c. Cum expreſſe contrarium ex ipſa conſtitutione conſtet, quod etiam voluerit illis occurrere, quæ ad alia MONASTERIA vel etiam ad ea, quæ filiationes nuncupantur, eisque ſubjecta ſunt, adire, viſitare, aut infirmitatis cauſa, aliove prætextu è Monaſterijs exire volunt, ita enim ait Pontifex in *d. Conſtit. Decori.* §. 1. ſane periculo & ſcandalo plena res eſt ac regulari obſervantiæ vehementer adverſatur, Sancti moniales aliquando parentes, fratres, ſorores aut alios agnatos vel cognatos, necnon (NB. F. Romane) MONASTERIA & alia filiationes nuncupata etiam eis ſubjecta viſitandi aut infirmitatis cauſa aliove prætextu à Monaſterijs exire & per ſæcularium domos diſcurrere & vagari, quo veluti colore eximium quoque honeſtatis & pudicitiæ decus in diſcrimen committunt, unde nos malo huic pro noſtro paſtoralis officii debito ſuccurrere volentes &c.

Ad conſtit. Pii V. data Reſp. evertitur.

62 Ex quibus patet, quod F. Romanus continenter lectori imponat; ut rectè dixiſſe videatur Cicero, *Eum qui verecundiæ ſemel fines poſuerit, oportet ſedulo & naviter eſſe impudentem.*

63 Deinde nec vera oſtenditur *ſecunda Reſponſio*, quod Monialis cum tribus aliis profeſſis exiverit; Siquidem ipſæ virgines Dernbach, quæ aſſerūtur profeſſæ, fatentur quod verè non fuerint profeſſæ, ſiquidem tunc vota ſua emiſiſſe, verum non fuit.

64 Reſponſio tertia de circumſtantijs temporis, modi exitus Monialium, quod non ſubſiſtat, ex ſupra notatis videre eſt.

Saltem ex deductis relinquitur, quod F. Romanus undique diverticula quærens nuſquā pedē figat in via veritatis, meaq; aſſertio maneat vera, quod Monialis illa fuerit intruſa, quam Sereniſſimus Epiſcopus Hildeſienſis de facto

facto ingredientem, de facto etiam potuerit curare expelli, vel ſi *cuſtodiæ tantũ* causâ ingreſſa fuit, tunc hoc ipſo, quod de Canonica Societatis noſtræ proviſione appareret, ejus cuſtodia expirabat, ut Monaſterium ſuum, in quo erat profeſſa, habuerit repetere.

§. V.

Indignitas facti Monialis ingredientis Monaſterium Virorum explicatur.

Porrò *conſequens* eſt, Monialis iſtius factum minime fuiſſe ferendum, quando Societate in Monaſterium Woltigerode Conventu deſtitutum 65
à Superioribus legitimis introductâ, ipſa Monialis cum ſuis Novitijs poſſeſſionem Monaſterij non vacuam ſed plenam & quidem à Viris occupatam ſuâ propriâ authoritate fuerit ingreſſa; quia ex ſolo hoc capite, ſi aliquod Ius habuiſſet in illud Monaſterium, ipſum perdidiſſet. Rebuff. *in prax. de modis amitt. benef. n.* 28.

§. VI.

Translatio Canonica & mutatio localis in hac Canonica materia an & quomodo differant?

Fortè *inquiet* F. Romanus *ex q.* 7. *n.* 27. hoc caſu noſtro non *tranſlationem* Canonicam, ſed tantum *localem* (quæ non eſt appellanda *tranſlatio*, ſi loquamur, ut ſolent Iura, ſed ut ibidem in Margine notatur *mutatio localis*) interveniſſe: Siquidem *Canonica tranſlatio* in eo conſiſtit, ut Monachus, vel Monialis deſinat eſſe membrum Prioris Monaſterij vel Ordinis, & incipiat eſſe membrum poſterioris, requiratque conſenſum Epiſcopi; At *tranſitus nudus* Monachi vel Monialis ex uno loco in alium ſeu *mutatio* ipſius *localis* non requirit conſenſum & licentiā Epiſcopi, nec involvit animum aut voluntatem prius Monaſterium penitus deſerendi, etiamſi ab illo 20. annis abeſſet, Rebuff. *de tranſlat. Monach. n.* 17. 18. Dd. *in c. cum ſingula* §. *prohibemus. de præb. in* 6. *verb. Canonicè transferantur.* 66

Reſpondeo F. Romanum hic ſuam in jure oſtendere imperitiam vel fallaciam; *Imperitiam* quidem in eo, quod exiſtimet *tranſitum nudum* Monachi vel Monialis ex uno loco in alium de jure nō appellari poſſe translationem Canonicam, ſed mutationem localem, adeoque translationem Canonicam & mutationem localem differre; *Fallaciam verò* in eo manifeſtare, quod modò allata duo membra tradat à Rebuff. *de translatione. Mon. n.* 17. 18. & Dd. in *d. c. cum ſingula.* §. *prohibemus, de præb. in* 6 doceri ac proponi. 67

Verùm quod attinet ad F. Romani in jure *imperitiam*, oſtenſum fuit, 1. 68

Digitized by Google

Transferri in jure quid ſit?

manifeſtè ex jure & Dd. falſum eſſe, quod *tranſitus nudus ex uno loco in alium*, in jure non appelletur translatio Canonica; Nam in jure cum civili, tum Canonico *transferri* dicitur, quando perſona vel res locum ſuum mutat, & in utroque jure translatio & mutatio localis in hac materia æquivalent, ut patet ex jure civili, & quidem *ex l. ſi cui ff. de ſervit l. ſi mandato. § 1. ff. mandat.* &
69 notat Rebuſt. *in l. mulieris appellatione. 13. §. res abeſſe. ff. de V. S. in verb. mutare, & in l. vinaria vaſa. 206. verb. transferre. ff. eod. per l. cum hi § in cauſa. ff. de tranſacti. l. prætor, in fin. ff de edend. l. fin. §. 1. ad L. Rhod. de jact.* Atque ex jure Canonico

Translatio in jure Canonico quid?

translatio definitur eſſe ex una Eccleſia in aliam legitima tranſmutatio Rebuſt. *in d. l. vinaria vaſa. 206. ff. de V. S. in verb. transferri poſſunt, verſ. 2. ex rub. de Translat. Epiſc d. c. cùm ſingula § prohibemus. de præb. in 6. & c. ſi quis jam translatus 22. q. 2.* Barboſ *lib. 1. de jure Univ. Eccleſ cap. 19. de Elect. Prelat. in genere n. 28.* Unde ſequitur, quod hæc duo, translatio & mutatio localis in hac materia convertantur, ut definitum & definitio, & contra. Everard. *in loc. à definitione n. 1. 2. per l. 1. §. 1. & ibi Bart. not. ff de dolo.* Atque hinc fit, ut hæc duo idem ſignificent apud Barboſ. *d lib. 1. de jure univerſ. Eccleſ. cit. loc. n. 28. ex d. c. mutationes. 7. q. 1.* Hoſt. *de translation n. 1.*

F. Romanus *allegat.* 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. contra me ſic
70 inſurgit *n. 3. ſi hæc*, inquiens, *doctrina mea vera eſt. ſequetur quoſvis Religioſos omnis generis Ordinum, quando ad Academias Patrum Societatis ſtudiorum cauſa mittuntur, & ibidem aliquamdiu perſiſtunt, ex ſuis Monaſteriis ad Societatem Ieſu Canonicè translatos eſſe, iiſque in prioribus Monaſteriis non amplius deberi Stallum in choro; vocem in capitulo, non victum, non amictũ &c. ſed hæc omnia illius † adminiſtranda gratis à Societate Ieſu, vel Academia. Iſtud enim onus poſt ſe trahit Canonica translatio. Idem dicendum de profeſſoribus ad Univerſitatem Catholicam, & univerſim de Monachis ad alia loca vel Monaſteria aliquamdiu rationabili de cauſſa emiſſis. Quinimo dum bello durante Germanico in Helvetiæ Monaſteria confugerunt è Suevia, non modo ejuſdem Ordinis Monachi, ſed & Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes, Canonici Regulares &c. (prout annis prioribus ab Abbatibus Helvetiæ Benedictinæ Congregationis, magna cum humanitate & charitate ſuſcepti, & pluribus annis benevolè ſuſtentati fuerunt;) ſequetur ex doctrina mea, hujuſmodi mutationem localem fuiſſe revera translationem Canonicam & ita Religioſos Ciſtercienſes & Præmonſtratenſes &c. ad alium Ordinem & Monaſteria Canonicè translatos eſſe, nec amplius eſſe membra ſuorum antiquorum Ordinum & Monaſteriorũ, nec regreſſum illis ad ea patere. Idem dicendum de Patribus Societatis, quoties ad aliam Eccleſiam vadunt ad catechizandos aliquamdiu rudes, aut concionandum, aut confeſſiones audiendas, qui ſecundum me mox erunt Canonicè translati à Societate Ieſu ad illam Eccleſiam qua ratione fieri poterit, ut unus ipſorum nonnunquam bis vel ter una die aliò canonicè transferatur &c.*

Commenta Hayana.

† illis

4. *Nudus tranſitus ex uno loco in alium ſine renunciatione prioris Eccleſiæ & in-*
71 *corporatione poſterioris, non conſtituit translationem Canonicam. Poteram hoc dicere* ex ipſo c. in apibus 7. q. 1. *ubi dicitur*, quod translatus ab una civitate ad aliam, deſinat

deſinat eſſe Epiſcopus illius Civitatis, à qua transfertur; poteram diſcere ex ipſa
definitione Canonicæ translationis, quam hoc loco ex Rebuſſo & Barboſa ducit,
eſſe ex una Eccleſia in aliam legitimam tranſmutationem; poteram denique diſ-
cere ex c. ſi quis. 21. q. 2. Si quis jam translatus eſt ab una Eccleſia in aliam, nihil ha-
beat commune cum priori, & ex Innoc. in c. ſicut ex litteris, de jurejur. quem ego
ipſe allegem, fol. 90. in illis verbis: Ex tunc nihil habet facere in primo Monaſte-
rio, Cum enim Monachis non liceat habere locum in diverſis Monaſterijs c. cum ſingu-
la, de præb. in 6. §. prohibemus, requirit Canonica translatio terminum à quo,
qui cum omni ſuo jure deſeritur, & terminum ad quem, cui cum omni ſuo jure tranſ-
latus & receptus in fratrē incorporatur, idq; legitimè, hoc eſt, cum conſenſu eorū, quo-
rum intereſt: quod in allegatis nudis loci manualibus mutationibus nullo modo contingit.

Hinc aſſerit, à me perperam pro me allegari jus Canonicum & civile & Dd. quo-
rum nullum producere poſſum, qui doceat, hujuſmodi loci mutationes Phyſicas & 72
obvias dici & eſſe translationes Canonicas. Videam quæ ſup. allegat. 176. & ſeqq.
in lepore Galeato de re ead. digeſſit. Loquitur autem de translatione Canonica
propriè dicta. Nam altera illa quam ſecundum quid & temporariam ego no-
mino, proprie non eſt translatio Canonica, ſed violenta, ut cum tempore hoſtilitatis
Epiſcopus fugere compellitur & alteri Eccleſiæ tantiſper præficitur. Sicut enim in diſſolu- 73
tione Collegij alia eſt diſſolutio juris, alia facti, ſic in translatione Monachi, alia eſt
Canonica & juribus conformis, alia facti ſeu violenta, ſaltem quoad terminum à
quo; quam violentam cum non approbent Canones, translatio Canonica nominari non
poteſt. Citem ego in hanc rem Clem. 1. de for. compet. cum tamen ibi ne verbulo
tangatur aliqua ad aliam Eccleſiā Epiſcopi translatio, adeo libenter umbram amplectar,
qui Eclipſin mundo induxerim, ſperabit interim ſe hucuſq; ſufficienter ſemetipſū de inſi-
mulata imperitia in hac materia purgaſſe; Reſtat ut de impacta quoq; fallacia ſe redimat.

Fallacia quoque F. Romani deprehenditur ex eo, aiam ego hic q. 8. n. 9. quod 74
velit Rebuſſum de translat. Monach. n. 17. & 18. aſſerere, mutatione locali non deſe-
ri priorem locum, ſecus translatione Canonica, at nihil de his Rebuſſus. Nam hic n. 17.
dicit tantum quod translatus Papæ authoritate ex uno Monaſterio in aliud ejuſdem Or-
dinis ſit recipiendus in FRATREM & n. 18. quod translatus ex uno Monaſterio ad a-
liud diverſi Ordinis, debeat recipi in FRATREM. Hæc ego, cui Reſpondet F. Roma-
nus falſum eſſe, quod in aſtro allegatus fuerit Rebuſſus, quaſi aſſereret, mutatione lo-
cali non deſeri locum; cum nec id verum ſit, Phyſicè loquendo, nec uſpiam aſſertum in aſtro.
Verba ipſius, quibus Rebuſſum allegaverat, hæc erant, Vide Rebuff. Tract. de translat.
Monach. n. 17. & 18. & Dd in d. c. cum ſingula, de præb. in 6. verb. Canonicè transfe-
rantur, ubi non dixit Rebuſſum aut Dd aſſerere, locali mutatione non deſeri locum, ſed
poſuit verbum, Vide, ut Laymani inſpectis his doctoribus attentius diſquireret, quid eſſet
Canonica translatio.

7. Certè Rebuff. à ſuis militare caſtris plus quā meridianū eſſe putat F. Roman. utrobiq;
enim aſſerit Rebuff. translatū in fratrem, id eſt, in membrū poſterioris Ordinis aut Mo- 75
naſterij recipiendū & incorporandū eſſe, adeoq; translationē Canonicā non in manuali ſo-

lum

Trid. ſeſſ.25. de Regul. *quando in Monaſterio non ſunt Moniales, quæ habeant qualitates requiſitas à Concilio, ut in Abbatiſſam eligi poſſint*, NON EST NECESSARIA FACVLTAS APOSTOLICA, *ut egredi poſſit illa, quæ ex alio Monaſterio eſt electa.* Hæc F. Romanus.

40 At fallaciter agit, licet fateri debeat *Verum* eſſe, quod Barboſ. *in d. c. periculoſo n.* 17. tradit, Tutius eſſe in caſu, in quo Monialis de licentia ſuperioris tranſibit de uno Monaſterio ad aliud cauſa novæ fundationis, vel reformationis recurrere ad ſedem Apoſtolicā, in eumq; finē Zerol. citat, qui *part.* 2. *prax. Epiſcop. Verb. Moniales*, ait Decimo ſecundo an Moniales poſſint tranſire de uno Monaſterio ad aliud, vel causâ novæ fundationis vel correctionis vel reformationis, vel perfectionis quod ſæpe accidit. *Reſpondetur* quod Navarr. *Conſ.* 57. (*eſt* 70.) *n.* 6. *de Regular.* & *Conſ.* 5. *de ſtat. Monach. n.* 3. & 6. dicit, quod ſic, authoritate Epiſcopi per Sac. Conc. Trid. *Seſſ.* 28. *c.* 5. *de Regular.* Tamen Sacra Congregatio cenſuit in his recurrendum eſſe ad ſedem Apoſtolicam, ita dicit Apoſtil. *ubi in d. c.* 5. & 70. & ita vidi obſervari in praxi annis elapſis, quando à Monaſterijs Surrenti fuerunt miſſæ Moniales ad reformationem ſeu correctionem quorundam Monaſteriorum Salerni. *Hac ille*; pro quibus F. Romanus paucula verba ejuſdem Zerolæ *part.* 1. *verbo Moniales* ſupponit omiſſis aliis, quæ ipſius intentionem evertebant.

Diſcutiũtur. De Barbos.

Navarr.

41 Eadem ratione F. Romanus pedem hominis præciſum dixiſſet hominem, ac pro homine venditaret. Neque hæc verba per F. Romani divinatorium ſenſum eluduntur, cum neque *Zerola*, neque *Navarr.* ab eo citati quicquam tale aſſerant. Ad hæc quid De *Navarr.* Doctrina in Conſ. 5. de ſtat. Monach. ſentiendum ſit, ſupra fuit oſtenſum.

F. Romanus alia ſupponit vel omittit. 2. *col.*

42 Declaratio Cardinalium ad Concilii Trid. *cap.* 7. *Seſſ.* 25. *de regular.* impertinenter huc allegatur, ubi non agimus de Electa Abbatiſſa in aliud Monaſterium Conventum habens, ſed de Moniali non electa in Abbatiſſam in aliud Monaſterium alterius Diœceſis Conventu deſtitutum, nec ab illo dependens transferenda. Sic F. Romanus ſemper aliquid novi, ſed nihil ad rem affert, ubique tamen fallit.

Declaratio Card.

§. IV.

De translationis Canonicæ circumſtantijs diſquiritur, utrum in translatione ſup. d. Monialis inter venerint.

Recenſebam *Quartum requiſitum* Canonicæ *translationis*, nim. ut
43 quando transferuntur Moniales Canonicè ex uno loco in alium, translatio illa-

illarum debeat fieri *in aurora*, ut à paucis conſpici poſſint, atque à perſonis gravibus & honeſtis tum ſanguine conjunctoribus rectâ viâ absque diverticulo deducantur, ac nullibi pernoctent, niſi cauſa hoſpitij, idque non niſi apud honeſtas perſonas ex Declarat. Card. *in Conc. Trid. Seſſ.* 25. *de regular. c.* 5. *in verb. extra mœnia urbis* §. *Monaſteria Monialium*, *verſ. quando verò* Barboſ. *d. lib.* 1. *de Iur. Vniv. Eccleſ. c.* 44. *de Monialib. n.* 74.

Hæc autem omnia in d. Monialis ex Diœceſis Moguntinenſis Monaſterio Roſtenburg/ in aliud Woltigerodenſe Diœceſis Hildeſienſis translatione interveniſſe ego *nego*, & contrarium F. Romanus nec probavit, nec unquam probaturus eſt. Et quomodo probabit F. Romanus hic authoritatem & licentiā Eminentiſſimi Archiepiſcopi Mogūtini interveniſſe, cum ipſe, quod pro ſuperfluo duntaxat adjicio, voluerit, ut dicta Monialis ad ſuum reverteretur Monaſterium, aliàs autem haberet illam anathematis gladio ferire? Idque rectè. Nam ſi vigore Concilij Trid. *Seſſ.* 25. *de regular. c.* 5. & ex declarationibus Cardin. *d.* §. *Monaſteria Monialium*. Ordinariis demandatur, ut Monaſteria Monialium extra mœnia urbis vel Oppidi ſita, etiamſi eſſent exempta & immediate Sedi Apoſtolicæ ſubjecta, ſi ſint malorum prædæ aut alijs facinoribus expoſita, transferant intra urbem vel oppidum. 44

Quod ſi qui impediant, vel SanctiMoniales non obediant, per Cenſuras Eccleſiaſticas Ordinarij parere compellant. Quanto magis potuit Ordinarius Moguntinus d. Moniali ex Roſtenburg / prohibere, ne ipſa in Monaſterium VVoltigerodenſe à tanto tempore deſtitutū ac turi extra urbis Goslarienſis mœnia ſitum, militum incurſibus & libidini expoſitum ingrederetur, idque interpoſitis graviſſimis cenſuris, quò maiora illius pudicitiæ (cui cōſultū voluit Bonifacius VIII. Papa *in c. periculoſo de ſtat. Regular.*) impenderent pericula. Ad hæc quomodo Novitias F. Romanus aſſeret in Religione probatas 40. fuiſſe annorum? Taceo reliqua de Sociabus, tempore, loco hoſpitij, itineris. 45

F. Romanus *allegat.* 175. dicit *quod quæ hic addo de diverticulo, pernoctatione & hoſpitio, non inveniantur hoc loco in declarationibus Cardinalium, ſed ſuperaddantur, ut d. Monialis in modo honeſtatis exceſſiſſe putetur. Pro Moniali ſtet affirmativa præſumptio honeſtatis, donec probetur contrarium* reg. Iur. in 6. quilibet præſumitur bonus &c. *quod tamen necdum factum, cum aſſerenti adverſario nec fides quidem præbenda ſit, nec auditus, cum præſumatur eius exiſtere inimicus c.* item de teſtit. Spol. *Gloſ. Panor. & alij* ibid. 46 *Commēta Hayana.*

Sed

Digitized by Google

Sed iam ad factam Cardinalium allegationem revertendo, obſervandum eſt cit. loc. *ſtatuiſſe Concilium*, ut quia Monaſteria Sanctimonialium extra mœnia Vrbis vel oppidi conſtituta malorum hominum prædæ & aliis ſæpe facinoribus ſine ulla cuſtodia ſint expoſita, curent Epiſcopi & alii ſuperiores, ſi ita videtur expedire, ut ſanctimoniales ex ijs ad nova vel antiqua Monaſteria intra urbes vel oppida frequentia reducantur. *Sacra perinde Cardinal. Concilij Trid. interpretum congregatio declarationem ſuam huic* quinto capiti *ſubiungens, utique declarare intendebat textum ipſius* Concilij, *quid nimirum faciendum ſit, quando Monaſteria huiuſmodi extra Mœnia urbis vel oppidi conſtituta, ipſæque moniales ex ijs ad nova vel antiqua Monaſteria intra urbes vel oppida transferantur, quod videlicet eiuſmodi translatio debeat fieri in aurora, ut non niſi à paucis conſpiciantur, ubi ſupponitur, tales civitates & oppida tanto itinere à Monaſterijs extra mœnia poſitis non diſtare, quin translatio ab his in illa ſub aurora facile fieri poßit.*

47 *Quod ſi tamen ego dictam Cardinalium declarationem aliter declarare & ad illã transmißionem* ſupra *memoratæ monialis ac ſimiles extendere* velim, *ſolem in Cælo inſtar Ioſuæ tantiſper ſiſtere debebo, donec iſta Monialis in* AVRORA *ex Eiſfeldia Monaſterio* Zoſtenburg *Moguntinæ diœceſis in alterum* Woltigeroda *prope Goslariam in Hildeſienſi diœceſi ſitum, vel illa Benedictina è Cuebacenſi Bauariæ Cœnobio ad Fuldenſe monialium, plurium dierum itinere, ita ut non niſi à paucis conſpici poßint, commigraverint, &c.*

48 At F. Romanus à Ianua voluntariè iterum aberrat, licet enim de *diverticulis* cavendis expreſſe non loquatur ipſa declaratio Cardinalium; tamen virtualiter ſupponit ea cavenda eſſe diverticula ex *cit. à ſe c. periculoſo de ſtatu regular. in 6.* atque ex Conſtit. Pij V. *dat. Anno* 1570. *Cal. Febr.* §. 1. *ſane periculo & ſcandalo plena eſt*, Itemque quod ad honeſtas perſonas in itinere hoſpitii cauſa divertere debeant, ipſa quoque Iura ſupponunt, quin etiam vult Zech. *in tract. de rep. Eccleſiaſt. tit. de Relig. ingred. c. 3. ſub n. 15. §. 9. Et Monaſterijs monialis*, &c. Ubi tradit, quod quæ egredientur, excedant 39. Annos, & ſint vitæ probatæ, nec pernoctent extra oppida, ubi habent Monaſteria, niſi de Epiſcopi licentia & tunc ſimul dormiant &c.

Diſcutiũtur.

49 Hæc autem non ideo adduxi, quaſi Monialem velim arguere inhoneſtatis, ut F. Romanus per calumniã aſſerit, ſed ut F. Romanus hæc omnia, quæ conſiſtunt in facto, atque ad licitum & decentem Monialium exitum Canonicum requiruntur, rite interveniſſe probet. Siquidem ea quæ in facto conſiſtunt, aſſerenti ſunt probanda *L. in bello* §. *facti ff. de capt. & poſtlim.* reverſ.

50 Neque etiam eſt meus ſenſus, quaſi duntaxat *ſub auroram* exitum continuare debeant, ſufficit enim ſub auroram exitum Monialium inchoari. Neque ego aſſerui, quod intra unum eundemque diem ex uno Monaſterio in aliud digredi debeant, quemadmodum mihi affingit F. Romanus, Cum

con-

contrarium expreſſe aſtruxerim dicendo, quod nullibi pernoctabunt, niſi cauſa hoſpitij, idque non niſi apud honeſtas perſonas. Hinc vanus & inanis eſt F. Romani de ſolis curſu ſiſtendo diſcurſus, cui nihil omnino eſt tribuendum.

Solum id contra ipſum retorquendum eſt, quod cum tradat, licet impertinenter, adverſario nihil fidei tribuendum, quâ ratione fuerit auſus accuſatrices & adverſarias in teſtes contra P. Superiorem Goslarienſem atque me evocare.

Eodem §. IV.

Oſtenditur, d. Monialem fuiſſe intruſam, ubi de intruſione agitur, quomodo à Canonica Inſtitutione & translatione differat.

Ex præmiſſis omnibus inferebam, unde concluditur, *inquiens*, quod 51
translatio illius Monialis non fuerit ullo modo *Canonica*, ſed mera *intruſio*. Rebuff. *in prax. benef. tit. de Subrog. collitig. glo.* 4. *n.* 5. *per not.* Gomeſii *in regul.* 33. *de triennal. q.* 20. §. *ſecundus* Caſus *q.* 27. Cancell. *de triennal. poſſeſſor q.* 47. *verſ.* 4. *per text. in c. quia diverſitatem*, *& ibi* Panor. *in* 2. *not. de conceſ. præb.* adeoque ipſa Monialis non Canonicè inſtituta Monaſterium illud ſibi acquirere nequiverit *c. beneficium & ibi* Dd. de *reg. iur. in* 6. nec eius poſſeſſionem Oldrad. *Conſ.* 1. *n.* 4. Panor. *in cap. Paſtoralis n.* 27. *de Cauſ. poſſeſ.* Coſmas in Pragm. Sanct. *tit. de pacific. poſſeſſor* §. *Ordinarij. Verb. inquirunt*, *& verb. poſſideat.* Ratio huius eſt, quia ubi jus reſiſtit, poſſeſſio dari nequit. *l. qui univerſas.* 30. §. 1. *verſ. namque locum. ff. de acquir. poſſeſſ.* Atqui ius reſiſtit & prohibet, ne beneficium Eccleſiaſticum ſine Canonica inſtitutione obtineatur *ex d. cap. beneficium, in verb. non poteſt*, quod verbum denotat manifeſtam legis reſiſtentiam. Igitur &c. Conſequenter cũ dictæ Monialis non detur inſtitutio Canonica, ſed mera intruſio, hæc impedire non potuit, quo minus Societas in eodem Monaſterio emortuo & deſolato ac penitus deſerto à legitimo ſuperiore inſtitueretur; non enim præſtat impedimentum quod de jure non ſortitur effectum *l. pactum C. de collat.* Specul. *in tit. de teſtib. verſ. quid ſi compertum*; maxime ſi ponatur cuſtodiæ duntaxat gratiâ fuiſſe introducta, prout ſupra vidimus.

F. Romanus hic allegat. 396. dicit, *quod hic aſſeram, Monialem ex* Zo- 52
ſtienburg *in Woltigerodenſe Monaſterium introductam*, *ter nominem* intruſam, *Commen-*
Primo quod ſine conſenſu Ordinarij Moguntini hoc factum, Pius V. in conſtit. De- *tatia Hayana.*
cori. *Secundo quod exierit ſuo Monaſterio ſine ſocia, quarum utraque ſit* 40. *annorum, & vitæ probatæ*; *Tertio q*[*u*]*od translatio non fuerit facta in aurora. Quæ omnia ego hic nego adfuiſſe, & idcirco eius translationem fuiſſe meram intruſionem conclu-*

accepiſſe poteſtatem, ideoque non maiorem, quam habuerit ipſe Abbas Cæſarienſis, hic verò utpote nudus adminiſtrator aſſertus nec perpetuus nec cum libera, non habuit Canonicam poteſtatem de Monaſterio illo diſponendi, prout ſup. demonſtratum eſt, unde nec Abbas VValckenriedenſis ab Abbate Cæſarienſi potuit legitimam poteſtatem de Monaſterio eo Canonicè diſponendi accipere, conſequenter cum Monialis ab ipſo non habente poteſtatem dicatur introducta, notoriè intruſa erit, à qua intruſione ut eam liberet, F. Romanus dicit, eam tantum cuſtodiæ cauſa immiſſam fuiſſe, de qua ſup.

58 Accedebat, quod Monialis ex Roſtenburg diœceſis Moguntinæ absque ejuſdem Diœceſani Ordinarij Archiepiſcopi Moguntini veniâ extra clauſuram ſui Monaſterij contra conſtitutionem Pij V. exiverit, cum eam facultatem ſibi ab Eminentiſſimo Ordinario factam non exhibuerit nec exhibere poſſit, quicquid F. Romanus relicta quæſtione facti per ipſum probanda & non probata, de quæſtione Iuris fabuletur. Tum quod fuiſſet neceſſarium, ut iuxta ſacræ congregationis Decretum in una *Vlixbon. die* 17. *Iulij* 1615. ad novum quaſi Monaſterium ex profeſſis Monialibus transferendæ eſſent, Abbatiſſa ſeu Prioriſſa, Rotaria & portaria, ut eadem S. Congregatio reſcripſit Epiſcopo Melit. 17. *Septemb.* 1594. quæ quidem, nec quævis aliæ in Monaſteria recēter erecta pro Novitiarum in eis introducendarum inſtitutione transferendæ ſunt à locorum Ordinarijs aut ſuperioribus regularibus ſed non niſi obtenta à S. congregatione ſpeciali facultate, ut eadem ſacra congregatio Epiſcopo Tortonen. *ſub die* 27. *Maij.* 1603. reſcripſit. Vide Barboſ. *lib. 1. de Iure univer. Eccleſ. c.* 44. *de Monial. & S. Virginibus. n.* 149. Hoc autem caſu noſtro una Monialis cum Novitijs in aliena Diœceſi ſine facultate Ordinarij Epiſcopi Hildeſienſis & S. Congregationis voluit occupare de novo Monaſterium VVoltigerode Conventu omnino deſtitutum, nec à ſuo Monaſterio dependens. Vnde patet, quam multiplices hic intervenerint defectus, ex quibus ejuſdem Monialis translatio non poſſit eſſe Canonica. Tacetur quod de aliis circumſtantijs translationis decentis non doceatur.

59 Ex quibus apparet, quam mutile meas præmiſſas F. Romanus propoſuerit, quas ſi ſuo loco proſecutus fuiſſet, ſtatim illius ineptia vel fallacia detecta fuiſſet. Ideo alieno loco illa proponit. *F. Romani Reſp. evertitur.*

Quod pro reſponſione affertur, quaſi Monialis ipſius ex Roſtienburg Ordinarius fuerit ſuperior Ordinis Ciſtertienſis, id prius probandum eſſet.

Nec id aſſerit Pater Laurentius Forerus, ubi enim quæſo meminit Monialis Roſtienburg/ quo folio, qua linea? Deinde poſito non conceſ-

 ſo,

facto ingredientem, de facto etiam potuerit curare expelli, vel ſi *cuſtodia tantū* cauſa ingreſſa fuit, tunc hoc ipſo, quod de Canonica Societatis noſtræ proviſione appareret, ejus cuſtodia expirabat, ut Monaſterium ſuum, in quo erat profeſſa, habuerit repetere.

§. V.

Indignitas facti Monialis ingredientis Monaſterium Virorum explicatur.

Porrò *conſequens* eſt, Monialis iſtius factum minime fuiſſe ferendum, quando Societate in Monaſterium Woltigerode Conventu deſtitutum 65
à Superioribus legitimis introductâ, ipſa Monialis cum ſuis Novitijs poſſeſſionem Monaſterij non vacuam ſed plenam & quidem à Viris occupatam ſuâ propriâ authoritate fuerit ingreſſa; quia ex ſolo hoc capite, ſi aliquod Ius habuiſſet in illud Monaſterium, ipſum perdidiſſet. Rebuff. *in prax. de modis amitt. benef. n.* 28.

§. VI.

Translatio Canonica & mutatio localis in hac Canonica materia an & quomodo differant?

Fortè *inquiet* F. Romanus *ex q.* 7. *n.* 27. hoc caſu noſtro non *translationem* Canonicam, ſed tantum *localem* (quæ non eſt appellanda *translatio*, ſi loquamur, ut ſolent Iura, ſed ut ibidem in Margine notatur *mutatio localis*) interveniſſe: Siquidem *Canonica translatio* in eo conſiſtit, ut Monachus, vel Monialis deſinat eſſe membrum Prioris Monaſterij vel Ordinis, & incipiat eſſe membrum poſterioris, requiratque conſenſum Epiſcopi; At *tranſitus nudus* Monachi vel Monialis ex uno loco in alium ſeu *mutatio* ipſius *localis* non requirit conſenſum & licentiā Epiſcopi, nec involvit animum aut voluntatem prius Monaſterium penitus deſerendi, etiamſi ab illo 20. annis abeſſet, Rebuff. *de translat. Monach. n.* 17. 18. Dd. *in c. cum ſingula* §. *prohibemus. de prab. in 6. verb. Canonicè transferantur.* 66

Reſpondeo F. Romanum hic ſuam in jure oſtendere imperitiam vel 67
fallaciam; *Imperitiam* quidem in eo, quod exiſtimet *tranſitum nudum* Monachi vel Monialis ex uno loco in alium de jure nō appellari poſſe translationem Canonicam, ſed mutationem localem, adeoque translationem Canonicam & mutationem localem differre; *Fallaciam verò* in eo manifeſtare, quod modò allata duo membra tradat à Rebuff. *de translatione. Mon. n.* 17. 18. & Dd. in *d. c. cum ſingula.* §. *prohibemus, de prab. in 6* doceri ac proponi.

Verùm quod attinet ad F. Romani in jure *imperitiam*, oſtenſum fuit, 1. 68

Transferri in jure quid ſit?

manifeſtè ex jure & Dd. falſum eſſe, quod *tranſitus nudus ex uno loco in alium*, in jure non appelletur translatio Canonica; Nam in jure cum civili, tum Canonico *transferri* dicitur, quando perſona vel res locum ſuum mutat, & in utroque jure translatio & mutatio localis in hac materia æquivalent, ut patet ex jure civili, & quidem *ex l. ſi cui ff. de ſervit l. ſi mandato.* § 1. *ff. mandat.* &
69 notat Rebuff. *in l. mulieris appellatione, 13. §. res abeſſe. ff. de V. S. in verb. mutare, & in l. vinaria vaſa. 206. verb. transferre. ff. eod. per l. cum hi § in cauſa. ff. de tranſacti. l. prætor, in fin. ff. de edend. l. fin. §. 1. ad L. Rhod. de jact.* Atque ex jure Canonico *translatio* definitur eſſe ex una Eccleſia in aliam legitima tranſmutatio Rebuff. *in d. l. vinaria vaſa. 206. ff. de V. S. in verb. transferri poſſunt, verſ. 25. ex rub. de Translat. Epiſc. d. c. cùm ſingula §. prohibemus. de præb. in 6. & c. ſi quis jam translatus 21. q. 2.* Barboſ *lib. 1. de jure Univ. Eccleſ. cap. 19. de Elect. Prælat. in genere n. 28.* Unde ſequitur, quod hæc duo, translatio & mutatio localis in hac materia convertantur, ut definitum & definitio, & contra. Everard. *in loc. à definitione n. 1. 2. per l. 1. §. 1. & ibi Bart. not. ff. de dolo.* Atque hinc fit, ut hæc duo idem ſignificent apud Barboſ. *d. lib. 1. de jure univerſ. Eccleſ. cit. loc. n. 28. ex d. c. mutationes. 7. q. 1.* Hoſt. *de translation n. 1.*

Translatio in jure Canonico quid?

F. Romanus *allegat.* 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. contra me ſic
70 inſurgit *n. 3. ſi hæc*, inquiens, *doctrina mea vera eſt. ſequetur quoſvis Religioſos omnis generis Ordinum, quando ad Academias Patrum Societatis ſtudiorum cauſa mittuntur, & ibidem aliquamdiu perſiſtunt, ex ſuis Monaſteriis ad Societatem Ieſu Canonicè translatos eſſe, eiſque in prioribus Monaſteriis non amplius deberi Stallum in choro; vocem in capitulo, non victum, non amictũ &c. ſed hæc omnia illius † adminiſtranda gratis à Societate Ieſu, vel Academia. Iſtud enim onus poſt ſe trahit Canonica translatio. Idem dicendum de profeſſoribus ad Univerſitatem Catholicam, & univerſim de Monachis ad alia loca vel Monaſteria aliquamdiu rationabili de cauſſa emiſſis. Quinimo dum bello durante Germanico in Helvetia Monaſteria confugerunt è Suevia, non modo ejuſdem Ordinis Monachi, ſed & Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes, Canonici Regulares &c. (prout annis prioribus ab Abbatibus Helvetiæ Benedictinæ Congregationis, magna cum humanitate & charitate ſuſcepti, & pluribus annis benevolè ſuſtentati fuerunt;) ſequetur ex doctrina mea, hujuſmodi mutationem localem fuiſſe revera translationem Canonicam & ita Religioſos Ciſtercienſes & Præmonſtratenſes &c. ad alium Ordinem & Monaſteria Canonicè translatos eſſe, nec amplius eſſe membra ſuorum antiquorum Ordinum & Monaſteriorũ, nec regreſſum illis ad ea patere. Idem dicendum de Patribus Societatis, quoties ad aliam Eccleſiam vadunt ad catechizandos aliquamdiu rudes, aut concionandum, aut confeſſiones audiendas, qui ſecundum me mox erunt Canonicè translati à Societate Ieſu ad illam Eccleſiam qua ratione fieri poterit, ut unus ipſorum nonnunquam bis vel ter una die aliò canonicè transferatur &c.*

Commenta Hayana.

† illis

4. *Nudus tranſitus ex uno loco in alium ſine renunciatione prioris Eccleſiæ & in-*
71 *corporatione poſterioris, non conſtituit translationem Canonicam. Poteram hoc diſcere* ex ipſo c. in apibus 7. q. 1. *ubi dicitur*, quod translatus ab una civitate ad aliam,

deſinat

Digitized by Google

deſinat eſſe Epiſcopus illius Civitatis, à qua transfertur; *poteram diſcere ex ipſa* definitione Canonicæ translationis, *quam hoc loco ex Rebuſſo & Barboſa duxit*, eſſe ex una Eccleſia in aliam legitimam tranſmutationem; *poteram denique diſcere* ex c. ſi quis. 21. q. 2. *Si quis jam translatus eſt ab una Eccleſia in aliam, nihil habeat commune cum priori, & ex* Innoc. in c. ſicut ex litteris, de jurejur. *quem ego ipſe allegem.* fol. 90. *in illis verbis:* Ex tunc nihil habet facere in primo Monaſterio, *Cum enim Monachis non liceat habere locum in diverſis Monaſterijs* c. cum ſingula, de præb. in 6. §. prohibemus, *requirit Canonica translatio* terminum à quo, *qui cum omni ſuo jure deſeritur*, & terminum ad quem, *cui cum omni ſuo jure translatus & receptus in fratrē incorporatur, idq; legitimè*, hoc eſt, *cum conſenſu eorū, quorum intereſt: quod in allegatis nudis loci manualibus mutationibus nullo modo contingit.*

Hinc aſſerit, à me perperam pro me allegari jus Canonicum & civile & Dd. quorum nullum producere poſſum, qui doceat, hujuſmodi loci mutationes Phyſicas *&* 72 *obvias dici & eſſe* translationes Canonicas. *Videam quæ ſup.* allegat. 176. & ſeqq. in lepore Galeato *de re ead. digeſſit. Loquitur autem* de translatione Canonica propriè dicta. *Nam altera illa quam* ſecundum quid & temporariam ego nomino, *proprie non eſt translatio Canonica*, ſed violenta, *ut cum tempore hoſtilitatis Epiſcopus fugere compellitur & alteri Eccleſiæ tantiſper præficitur. Sicut enim in diſſolutione Collegij* alia eſt *diſſolutio* juris, alia facti, *ſic in translatione Monachi*, alia eſt 73 Canonica *& juribus conformis*, alia facti *ſeu violenta*, *ſaltem quoad* terminum à quo; *quam violentam cum non approbent Canones, translatio Canonica nominari non poteſt. Citem ego in hanc rem* Clem. 1. de for. compet. *cum tamen ibi ne verbulo tangatur aliqua ad aliam Eccleſiā Epiſcopi translatio, adeo libenter umbram amplectar, qui Eclipſin mundo induxerim, ſperabit interim ſe hucuſq; ſufficienter ſemetipſū de inſimulata imperitia in hac materia purgaſſe; Reſtat ut de impacta quoq; fallacia ſe redimat.*

Fallacia quoque F. Romani deprehenditur ex eo, aiam ego hic q. 8. n. 9. *quod* 74 *velit Rebuſſum* de translat. Monach. n. 17. & 18. *aſſerere, mutatione locali non deſeri priorem locum, ſecus translatione Canonica, at nihil de his Rebuſſus. Nam hic* n. 17. *dicit tantum quod translatus Papæ authoritate ex uno Monaſterio in aliud ejuſdem Ordinis ſit recipiendus in* FRATREM & n. 18. *quod translatus ex uno Monaſterio ad aliud diverſi Ordinis, debeat recipi in* FRATREM. *Hæc ego, cui* Reſpondet F. Romanus *falſum eſſe, quod in aſtro allegatus fuerit Rebuſſus, quaſi aſſereret, mutatione locali non deſeri locum; cum nec id verum ſit, Phyſicè loquendo, nec ullibi aſſertum in aſtro. Verba ipſius, quibus Rebuſſum allegaverat, hæc erant*, Vide Rebuff. *tract. de translat. Monach. n.* 17. *&* 18. & Dd *in d. c. cum ſingula, de præb. in 6. verb.* Canonicè *transferantur*, *ubi non dixit Rebuſſum aut Dd aſſerere, locali mutatione non deſeri locum, ſed poſuit verbum. Vide, ut Layman inſpectis his doctoribus attentius diſquireret, quid eſſet Canonica translatio.*

7. *Certè Rebuſſ à ſuis militare caſtris plus quā meridianū eſſe putat* F. Roman. *utrobiq; enim aſſerit R buſſ transl. tū in fratrem*, id eſt, *in membrū poſterioris Ordinis aut Mo-* 75 *naſterij recipiendū & incorporandū eſſe, adeoq; translationē Canonicā non in manuali ſo-*

lum

lum emiſſione loci(ad profeſſuram v.g. Academicam)ſed in eo conſiſtere, ut quis renunciato priori,poſterioris Monaſterij vel Ordinis congregationi veluti frater & membrum incorporetur,quod ipſum & alij Dd.ibid.*confirmant, atque ſic de falſa contra ipſum Dd.& bina Rebuffi allegatione(quam pro me facere credebam)convictum me in margi-*
76 *na Charta meritò ſtatuendum exiſtimavit.* Deinde idem F.Romanus *in horti paradoxo 6.n.16.*aſſerit,*quod paradoxum hoc tradam,*translationem Canonicam& nudum tranſitum Monachi *ex uno loco in alium(qualis eſt,ſi quis vadat à Monaſterio ad Academiam,ut ibi aliquamdiu profiteatur Philoſophiam &c.) eſſe unum & idem, ac inter ſe converti ut definitionem & definitum,de quo egit ipſe ſupra* alleg. 400.

Tum *alleg.176.177.178.180.181.182.*dicit,*quod contra ipſum ego inſurgam,*
77 *& duo illi impingam,quorum uno ipſius in jure imperitiam,altero fallaciam, qua utatur,vehementer inſector.Quod attinet,*inquiens, *ad F.Romani in jure imperitiam,oſtenditur manifeſtè ex jure & Dd.falſum eſſe,quod nudus tranſitus ex uno loco in alium in jure non appelletur* TRANSLATIO CANONICA.*Probem dein ex textibus juris*
78 *civilis* ex l.ſi cui ff. de ſervitutibus,*per illa nim.verba;* Sabino quoque videbatur qui argumento rivi utebatur , quem primo qualibet ducere licuiſſet, poſteaquam ductus eſſet,transferre non liceret;quod & in via ſervandum eſſe verum eſt. *Conſequenter derivatio rivi aut via ſecundum me, eſt Canonica translatio,vel inde ſaltem ſumitur argumentum ad Canonicam Monachi translationem. Secundo* ex l.ſi mandato meo §.1.ff.mandat.*per illum textum.*Si mandatu meo judicium ſuſcepiſti, manente judicio ſine cauſa non debes mecum agere, ut transferatur judicium in me,nondum enim perfeciſti mandatum. *Ergo ſecundum me datur Canonica translatio judicij à Plautio in Paulum. ergo tranſitus nudus ex uno loco in alium in jure appellatur translatio Canonica.Conſequenter &c.*

Eadem fide & quadratura aſſerit me allegare ibid. fol.212.col.1.*Dd.& Rebuff.*
79 in l.mulieris.13.§. res abeſſe ff de V.S.in verb. mutare & in l.vinaria vaſa. 206.verb. transferre ff.eod.per l.cum hi.§.in cauſa ff. de tranſact. l.prætor. in fin.ff.de edéd.Ad l.Rhod.de jact.*Nihil enim ijs in locis aut legibus aſſeritur,quod vel in ſpeciem mihi ſervire poſſit : Nec mirum, de Clericorum translatione Canonica jus decet loqui* Canonicum,*Civile ſilere.ſed de his fuſius alibi* dicit *ſe egiſſe.*

80 *Ad* l.vinaria vaſa,*à me mediante* Rebuffo *allegatam quod attinet, iam iam ſperaverat tam ardente ſole ſibi hauſtum vini in horto offerendum fore,ſed deceptus domum revertitur &c.*

81 F Romanus licet hæc pluribus verbis inculcet, & ſæpius eadem ſub diverſis allegationibus repetat,tamen nihil ſolidè proponit, quo meam invertat doctrinam quæ,eſt S.Rotæ Rom.præjudicijs in terminis TRANSLATIONIS MONIALIVM.Confirmata *deciſ.*109.*n.*3.*& deciſ.*115.*n* 4.*part.*2.*in recentiori.*ubi traditur, quod Monialis Translatio ad aliud Monaſterium *duobus* fiat modis,vel *ut Monialis,*quæ transfertur,*liberetur à conſortio* & filiatione primi, & efficiatur Monialis ſecundi, & tunc acquiſita per eam ſecundo mo-

Diſcutiuntur.

Translatio Canonica duobus fit modis.

Digitized by Google

Monaſterio debentur; vel *ut non liberetur* à conſortio & poteſtate primi, ſed *transferatur aliqua* de cauſa, & tunc acquiſita per eam acquiruntur primo Monaſterio, cujus Monialis eſt. Rota Rom. *d. deciſ.* 109. *nu.* 8. ubi plures citantur Dd. quos videre poteſt F. Romanus ſuumque errorem corrigere, ſi velit, & *deciſ.* 115. *num.* 4. *part.* 2. *in recentior.* Eo etiam faciunt notata per Beroi. *quæſt.* 83.

Hinc patet totum F. Romani diſcurſum in fumos verborum ab ipſo prolatorum reſolvi, quos ſibi reſervet. Quos enim adfert Authores & textus, ij loquuntur de *translatione primi modi*, qua quis à conſortio primi liberatur, non autem de *translatione alterius modi*, quam S. Rota Rom. cum pluribus Dd. agnoſcit; nec temporariam iſtam *translationem facti duntaxat aut violentam* (quemadmodum F. Romanus perperam vult) appellat aut deſignat, Quin etiam ex eo refellitur, quod in Ordinibus, ubi ſtabilitas loci non promittitur, fiant translationes Canonicæ perſonarum, quæ certè non ſunt perpetuæ, ſed temporariæ, nec violentæ, ſed legitimæ. Perpetua translatio tum obtinet, quando quis ab uno Ordine ad alium eſt tranſiturus, vel ab uno Monaſterio ad aliud intra Ordinem, ubi loci ſtabilitas promittitur, ut alterius fiat membrum. I nunc F. Romane & jacta, à me perperam allegari Jus Canonicum, civile & *Dd* quorum nullum producere poſſim, qui doceat hujuſmodi *loci mutationes phyſicas dici & eſſe* TRANSLATIONES *Canonicas*. 82

Deinde verum non eſt, quod ſola illa translatio Monialis, qua liberatur à conſortio & filiatione primi Monaſterij, ſit propriè *translatio Canonica*; altera verò *mutatio localis*, qua quis non liberatur à conſortio primi, non ſit propriè translatio; ſitque abſolutè *violenta*, quod ſi propriè loqui velit F. Romanus diſcat *ex Bald. in c. admonet. de renunc.* quod perſona *propriè transferatur*, res verò *mutetur*, alienetur &c. 83

Tum quomodo deſtructio illa Collegij, quod alia ſit Juris, alia facti, huc ad trãslationem perſonarum Canonicam quadret, nemo eſt qui videat. *Clem. de for. compet.* 1. expreſſè pro me & S. Rotæ Rom. deciſione facit, licet non ipſis verbis quoad litteras & ſyllabas Canonicæ translationis utatur, re tamẽ ipſa ſignificat translationem eſſe, qua prior non deſeritur locus, quod ſi adeò verba captat F. Romanus, quæro ab ipſo, quomodo Rebuffum pro ſe citare audeat qui neque horum verborum Canonicæ tranſlationis meminit? Revera F. Romanus non ſecus ac puer in infima ratiocinatur. 84

Quod ſpectat ad translationem Canonicam Monialis, illa poteſt conſiderari *dupliciter*, *genericè* & abſtractè ab utroque modo ſupra dicto liberationis & non liberationis à conſortio & filiatione primi Monaſterij, prout dicit genericè mutationem localem perſonæ ipſius Monialis legitimè factam, ſecundo prout ſpecificè alterum modum non liberationis à 85

Mutatio localis perſonæ Eccleſiaſticæ legitima & Translatio Canonica, ſunt idem. conſortio & filiatione primi includit & dicit mutationem localem perſonæ Monialis ad tempus factam. *Priori modo* translatio illa & mutatio localis perſonæ ſunt unum & idem, *Poſteriori* verò *modo* conſiderata mutatio localis Perſonæ ad tempus non eſt adæquatè ſed inadæquatè idem quod translatio Canonica Geneticè conſiderata, Quæ ſi neſciat F. Romanus, diſcat à Logicis, quomodo ſpecies inadæquatè, non verò adæquatè ſit idem quod Genus.

86 Quæ *alleg.* 176. 177. *& ſeqq. uſque ad alleg.* 182 affert, falſiſſima ſunt, quod ego ex ijs meam diſtinctionem translationis Canonicæ comprobare velim, cum ego eas duntaxat pro vocis (translationis) ſignificatione, quomodo in jure accipiatur, attulerim.

Igitur omnes illæ allegationes F. Romani ſuppoſititiæ ſunt & falſæ, prout ex ijs, quæ ego attuli, ad oculum patet, quæ F. Romanus malitioſè præterijt, & alia non connectenda cum aliis perperam connectit, ut videatur ocream capiti & galeam pedi adaptare velle.

§. VII.

Translatio quotuplex ſit

87 Ex ſupradeductis ſequitur, rectè monitum eſſe, quod *translatio duplex* eſſet, alia *perſonarum*, alia *rerum*. *Perſonarum* translatio rurſus duplex; altera *abſoluta perpetua*, & κατ' ἐξοχὴν quando perſona translata ab una Eccleſia ad aliã deſinit eſſe primæ Eccleſiæ, à qua transfertur *c. in apibus* §. *ecce* 7. *q.* 1. Rebuff *in prax. benef. de translatione Epiſcopi n.* 16. Altera *ſecundum quid* & temporaria, quando non deſinit eſſe primæ Eccleſiæ membrum; v. c. cum tempore hoſtilitatis Epiſcopus ad aliam Eccleſiam transfertur; nam ceſſante hoſtilitate ad illam primam Eccleſiam redire cogitur *d. c. in apibus, in fin.* 7. *q.* 1. vel ſi quis metu belli vel alio periculo compulſus fuerit relinquere Eccleſiam primam, illo ceſſante ad primam redire poterit *c. paſtoralis.* 7. *q.* 1. *Clem.* 1. *de for. compet.* Rebuff. *d. l. n.* 14. vel etiam aliã de juſtâ causâ ad tempus tranſit. Rot. Rom. *ſup. d. deciſ.* 109. *& d. deciſ.* 115. Translatio *rerum* eſt, quando res ipſa v. g. Monaſterium, Eccleſia transfertur ab uno loco in alium *l. fin.* §. 1. *ad L. Rhod. de jact. l. ſi cui ff de Servitutibus.* & Rebuff. *de translat. Epiſc. num.* 4. 5. 6

§. VIII.

Refellitur diſtinctio F. Romani inter translationem Canonicam, & mutationem localem legitimam.

88 Significabam, quod utraque *translatio Perſonarum* eſſet *Canonica*, cùm juxta Canonum fiat præſcipta, De *priori* non eſt dubium quin ſit Canonica,

ca, de *poſteriori* quod etiam ſit Canonica, probatur per textum expreſſum *in d. c. paſtoralis. 7. q. 1.*

Unde imperitè dixit F. Rom *q. 7. n. 17.* quod *tranſlatio Canonica* cõſiſtat in eo, ut quis animum habeat ad primum v.g. Monaſterium non redeundi; cum hoc tranſlationi perſonali abſolutæ & perpetuæ quidem conveniat, non verò tranſlationi perſonali ſecundum quid & temporariæ. Deinde nec ut Juriſperitus loquitur. F. Romanus, quando tranſitum Monachi vel Monialis ex uno loco in alium cum animo ad priorem locum redeundi, negat in jure appellari tranſlationem; cum ejus contrarium ex jure & Rotæ Rom. *deciſionibus* 109. *&* 115. ſit demonſtratum.

F. Romanus *alleg.* 360. dicit, *quod* cit. loc. Aſtri *docuerit, tranſlationem Ca-* 89
nonicam in eo conſiſtere, ut Monachus deſinat eſſe membrum prioris Monaſterij vel *Comment.*
Ordinis, & incipiat eſſe membrum poſterioris ſive jam habeat animum aliquando ad *Hay. n.*
primum redeundi ſive non; de occultu Eccleſia non judicat.

At F. Romanus hic verba iterum captat & Sophiſticè loquitur. Trãſ-
latio ea, de qua ipſe loquitur, eſt perpetua, non temporaria. Deinde *Quæro* 90 *Diſcuti-*
ego à F. Romano; An qui transfertur ad aliud Monaſterium, ut à primo li- *tur.*
beretur in Ordine Ciſtercienſi & Benedictino, *invitus* transferatur, vel *voluntarius*; ſi *invitus*, ergo aliquis qui ſtabilitatem loci vovit ac promiſit, poſſet invitus aliò transferri, quod eſt falſum, prout ſupra docuimus, & videre eſt apud Navar. *Conſ. 4. de ſtat Monach.* ſi *voluntarius* ita transferatur, ergo habuit tunc animum non revertendi ad prius Monaſterium vel Ordinem.

Et *eſto*, habuerit affectum *ſimplicem* ad priorem Ordinem revertendi, 91
Cujuſmodi affectus ſimplex cum efficaci deſiderio non revertendi conſiſtere poteſt. Neque ego de ejuſmodi affectu ſimplici loquor, ſed de voluntate efficaci, qua ipſe ad alterum Monaſterium vel Ordinem tranſit, ibique perſeverat, hinc patet, quam F. Romanus in rebus tanti momenti nugetur.

§. IX.

Oſtenditur, quod F. Romanus pro ſe falsò citarit Rebuffum.

Innuebam *fallaciam* F. Romani deprehendi ex eo, quod velit Rebuf- 92
fum *de tranſlat. Monach. num. 17. & 18.* aſſerere, mutatione locali non deſeri priorem locum; ſecus tranſlatione Canonica, at nihil de his Rebuffus, nam hic de tranſlatione perpetua *num. 17.* dicit tantum, quod tranſlatus Papæ authoritate ex uno Monaſterio ad aliud ejuſdem Ordinis, ſit recipiendus in fratrem, & *num. 18.* quod tranſlatus ex uno Monaſterio ad aliud diverſi Ordinis, debeat recipi in fratrem, Igitur &c.

Digitized by Google

Nec vera eſt diſtinctio F.Romani, quod in translatione abſoluta & perpetua tantum ſit opus Epiſcopi licentia, non verò in translatione ſecundum quid & temporaria, quam vocat ipſe perperam mutationem localem & violentam.

93 *Comment Hayan.* F.Romanus *Alleg.365.* petit *ſibi oſtendi, quâ paginâ, vel quo loco, quâ lineâ, quibus verbis hanc diſtinctionem, quod in translatione abſoluta & perpetua tantum ſit opus Epiſcopi licentia, non verò in translatione ſecundum quid & temporaria, Cum ipſe* q. 7. n. 27. *contrarium docuerit, nimirum in translatione etiam perpetua ſive Canonica conſenſum Epiſcopi non requiri, nedum in temporaria.*

94 *Diſcutitur.* Verum quod F.Romanus fateri debeat, ex conſtitutione Pij V. ad *Translationem Canonicam* perpetuam Epiſcopi conſenſum requiri, licet Epiſcopum aliter explicare velit, jam *ſupra* §.1.2.3. vidimus, unde huc ea cum loco, linea repeti poſſunt, Id ſolum noto, quod quando F.Romanus *d.q.7. n.* 27. docuit ad translationem Canonicam Monialis non requiri Epiſcopi authoritatem; expreſſè contra definitionem Pij V. ſentiat & ſcribat, & iterum quæ urbi placent, non placeant orbi Hayano.

§. X.

Abſoluta & perpetua translationis conditiones quatuor requiſita explicantur.

95 Pro meliori intellectu ſupradictorum præmittebam, tum quæ ad abſolutam & perpetuam, tum quæ ad temporariam translationem requirerentur.

Certum autem eſſe dicebam, ad abſolutam translationem requiri 1. *authoritatem* & licentiam Superioris *c. cum ſingula.* §. *prohibemus de præb. in 6.* qui Superior eſt Prælatus Religioſus, quando fit translatio ad Monaſterium ab iſtius Prælati Monaſterio dependens, vel cum priori accidentaliter & ſubjectivè connexum, *d.* §. *prohibemus.* vel etiam Epiſcopus, quando Monachus ex Monaſterio uno non exempto in aliud ſimile à priori non dependens transfertur, *d.* § *prohibemus.* Anton. de Butr. *in c. fin. n.* 13. *de renunc.* licet *in c. ſignificatum n.* 10. *de Regul.* videatur contra ſentire. *Ratio eſt,* quia Abbas non poteſt diſpenſare in ijs, quæ ſunt quaſi de ſubſtantia regulæ, *c. Deus. de vit. & hon. Cler.* Zecch. *de Repub. Eccleſ. Tit. de Abbatibus c.* 25. *n.* 6. *verſ.* 26. Atqui ſolvi obedientiâ Prælati & ſtabilitate loci in perpetuum, eſt diſpenſare in ijs, quæ ſpectant ad ſubſtantiam regulæ &c. Vide nos *ſupra.* Igitur &c.

Sin verò Monachus ſit transferendus ex uno Monaſterio non exempto ad aliud non exemptum alterius Diœceſis reformandum, vel novam Congregationem introducendam, præter licentiam Ordinarii ſui loci, unde exit. Anton. de Butr. *in d. c ſignificatum n.* 10. *de Regul.* etiam opus habet authoritate & licentia Epiſcopi alterius Diœceſis, in qua ſitum Monaſterium, ad quod reformandum transferetur, *ex c. Cellulas* 18. *q.* 2. *c. relatum & ibi* D.d. *de Cler. vel Mon.*

2. Ad

2. Ad abſolutam tranſlationem Monachi alicujus ex uno loco in alium requiritur, ut transferendus prius habeat aliud Monaſterium vel aliam Eccleſiam, quo vadat, quàm ab Abbate, obtineat litteras *abſolutionis, in c ſicut ex litteris de jurejur.* & quidem ſi Monialis ſit transferenda, antequam è primo Monaſterio egrediatur, aliud habeat paratum, in quo benevolas inveniat receptrices, atque in eo capitulariter per ſecreta ſuffragia recipiatur; adhæc dotem à cæteris Monialibus præſtari ſolitam perſolvat. *priorem* tamen priori Monaſterio relinquat, ut refert deciſum Armend. apud Barboſ. *de off. Epiſcopi allegat*, 102. *num.* 26. *& lib.* 1. *de jur. univ. Eccleſ. c.* 44. *de monia, lib.* 1. *num.* 74. 96

3. Unde ſequitur 3. *opus* eſſe, ut in translatione abſoluta *ſpes illi* ad primum Monaſterium *redeundi auferatur*, cum primi Monaſterij membrum eſſe deſinat, Anchar. *in d. c. ſicut ex litteris n.* 3. *de jurejur* ex Joan. Andr. *per* 19 *q.* 3. *c.* 3. *& ca ſtatuimus* c. 48. *diſt. c. ſi quis translatus* 26. *q.* 2. Innoc. *in d. c. ſicut ex litteris. de jurejur. per c. ſi quos al. ſi quem* 16. *q.* 1. 97

Ratio eſt, quia ex quo aliquis ritè & abſolutè ad ſecundum Monaſterium eſt translatus, hoc ipſo omni Juri ſuo ſibi in primo competenti renunciavit *c. ne pro cujuslibet* 16. *q.* 1. *c.* 1. 18. *q.* 1. *d. c. Si quis jam translatus* 21. *q.* 2. *c. conſtitutus de elect. c. fin. de rel. dom.* ideoque illud repetere nequit. *c. quam periculoſum.* 7. *q.* 1.

Et confirmatur, quia nullus Religioſus ſtabilitatem loci promittens, poteſt in duobus Monaſterijs eſſe profeſſus. *d c. cum ſinguli.* § *prohibemus. de preb. in* 6. Ergo ſi Religioſus promittens loci ſtabilitatem, in ſecundo Monaſterio erit profeſſus jam non erit amplius in primo profeſſus, &c. conſequenter primo Monaſterio debuit renunciare. 98

4. Denique in Monialis translatione quacunque opus eſt honeſto fœminarum comitatu &c *ut ſup. ex* L. Zecch. eſt demonſtratum. 99

F. Romanus *allegat.* 183 repetit, *ſe in* d c. cum ſingula §. prohibemus, *non invenire, quod Epiſcopi licentia ad Monachi ex uno Monaſterio ad aliud ab illo independens translationem requiratur.* 100 *Comment. Hayanum.*

Verùm cum hoc ipſum *jam ſup. ſub n.* 3. ex verbis iſtis *d.* §. *prohibemus.* ibi (*niſi Canonicè transferantur*) prout ea *à Dd.* ibidem recitatis intelliguntur, fuerit oſtenſum, non eſt operæ precium, huc idem cum nauſea Lectoris repetere. 101 *Diſcutiuntur.*

Deinde quod F. Romanus *allegat.* 184 impugnat allegationem, *c. Deus de vit. & honeſt. Cler. à* L. Zecch. *de Rep. Eccl. de abbatib. c.* 25. *n.* 5. § 26. ad hanc rationem citati, quod videlicet Abbas non poſſit in ijs diſpenſare, quæ ſunt quaſi de ſubſtantia regulæ *d. c. Deus de vit. & honeſt. Cleric.* hoc ipſo me F. Romanus non potuit, niſi ineptè arguere falſitatis, quia allegans dictum Doctoris, vti communiter habetur, non committit falſum. Socin. *in c. accedens. n.* 31, *de crim. falſ.* 102

Digitized by Google

Accedit quod Zecch. *cit. loc ex d. c. Deus.* iſtam rationem rectè collegerit ac deduxerit; quia Pontifex Innocentius III. ibi Superiori loci Religioſi juſſit & conſtituit, ut cùm in una Eccleſia reperiantur Monachi & Canonici Regulares, vel alij etiam regularem vitam ſub alia diſtinctione profeſſi, hoc amplius non permittat, ſed mandat, ut omnes in unum regulare propoſitum & inſtitutum ſe conforment, nec ſint in eo diſpares. Cujuſmodi uniformis profeſſio & regulare propoſitum atque inſtitutum haud dubiè
10 ad ſubſtantiam regulæ Ordinis ſpectat. Unde porrò ejuſmodi contra F. Romanum pro L. Zecch. conficitur argumētum. Quando Pontif. prohibet Superiori alicujus loci Religioſi, ne in iſto Monachos & Canonicos Regulares aut alterius profeſſionis ſimul admittat, ſed jubet, ut ſint in profeſſione & regulari propoſito conformes, tunc Pontifex aliquid conſtituit ad ſubſtantiam Regulæ pertinens, nec Superior iſtius loci poteſt diſpenſare, ut iſto in loco Monachi & Canonici Regulares alijque alterius diſtrictionis profeſſi admittantur.

Atqui Pontifex Innocentius III. *in d. c. Deus.* prohibet Superiori alicujus loci Religioſi, ne in iſto Monachos & Canonicos Regulares alioſque ſub alia diſtrictione profeſſos ſimul admittat, ſed jubet, ut Superior curet, quo ſui ſint in profeſſione & regulari propoſito conformes. Igitur &c. *Ma-*
104 *joris* pars *prior* probatur, quia diſponens aliquid circa profeſſionem & regulare propoſitū haud dubiè diſponit circa id, quod ad ſubſtantiam Regulæ ſpectat. Atqui Pontifex prohibens Superiori, ne Monachos & Canonicos Regulares alioſve ſub alia diſtrictione profeſſos ſimul admittat, jubenſq; ut ſint in profeſſione & regulari propoſito conformes, haud dubiè circa profeſſionem & regulare propoſitum diſponit. Ergo &c.

105 Pars *poſterior Majoris* probatur, quia inferior Prælatus vel Abbas nō poteſt diſpenſare in lege Superioris, Pontificis aliquid prohibentis & jubentis &c. Ergo nec inferior Prælatus vel Abbas poterit diſpenſare in lege Innocentij III. *in d. c. Deus.* circa ſubſtantiam Regulæ aliquid prohibentis & jubentis.

Conſequenter manifeſtum evadit, quàm inaniter à F. Romano iſta allegatio *d. c. Deus.* impugnetur, maximè ſi attendatur, quod Doctorū dicta non ſemper in terminis explicentur in juribus per ipſos allegatis, ſed ſæpius inde deducantur, prout & in Theologia uſu receptiſſimum eſſe, nemo, qui vel Thologiam à limine ſalutarit, inficias ibit.

106 Rurſum F. Romanus *allegat.* 185. 186. 187. per calumniam objicit, *quaſi* *Comment. Hayan.* *omnis generis obices excogitem, ne Ordo S. Benedicti conjungatur & refloreſcat*, Adjicitque *ut expendamus falſas textuum allegationes.* Ca. cellulas 18. q. 1. ſic habeat; Cellulas novas aut congregatiunculas Monachorum (NB. interpolationem F. Romani) quæ (ut hic ait Archid.) fieri incipiunt, ſeu de novo ædifican-

ficantur,abſq; Epiſcopi NOTITIA,prohibemus inſtitui.*Sed Monachũ ex uno Monaſterio non exempto ad aliud non exemptum alterius Diœceſis reformandum,vel hactenus deſtitutum, tranſmittere,ſecundum meam allegationem, eſt inſtituere cellulas aut congregatiunculas* NOVAS; *licet utrumque Monaſterium jam ante ſexcentos aut amplius annos fortè fuerit fundatum,& alterum hactenus inique ab hæreticis detentum*) *Ergo,ut transferatur Monachus ad tale Monaſterium,opus eſt licentia illius Epiſcopi.* Major eſt,*ipſiſſimus textus Chalcedonenſis Concilij* c. 8.

3 *Concluſionem antequam ego apprehendam*, Minorem deglutiam neceſſe eſt. *Quo abſurdo,ſemel admiſſo ac prælucente,quid miratur ipſe me Aſtro inextincto deliquia & Ecclipſes affingere; Cum ex uno abſurdo ſequantur innumera? Tacet, quod pro abſque* Notitia Epiſcopi, *ego ſubſtituerim* licentiam Epiſcopi,*quæ duo toto mari à ſe invicem diff runt.*

3. *Alter textus* d. c. relatum (*qui tamen per Benedictinam, jure noviore pro ipſo Ordine mitigatus fuit*) *eſt iſte*; relatum eſt nobis quod Monachi de H. ſæculariter vivunt,& alios exemplo ſuo corrumpunt,ideoque mandamus, quatenus eos ad obſervantiam Regulæ appellatione remota,compellas; vel ſi tibi reſtiterint auſu temerario,eis ejectis fratres alterius Ordinis(SI NON POTEST MONASTERIUM IN SUO ORDINE REFORMARI) in illud inducas &c. 107

108

Atqui quando Monachus ex uno Monaſterio non exempto transfertur ad aliud non exemptum alterius Diœceſis reformandum,vel hucuſque deſtitutum reſtaurandum, tunc ex allegatione mea,poteſt tale Monaſterium in ſuo Ordine reformari &c. Ergo ſi Monachus ſit transferendus ex uno Monaſterio non exempto ad aliud non exemptum alterius Diœceſis,opus habebit etiam authoritate & licentia alterius illius Epiſcopi Diœceſani,Et conſequenter in Æthiopia ſunt homines &c.capita non habentes, ſed oculos groſſos fixos in pectore,cætera membra æqualia nobis,ut ait S. Auguſt. ſerm 37 *ad fratres in Eremo &* lib.16. de civit.Dei cap.8.utraque conſequentia vi meæ formæ legitimè infertur.

Eademque eſt ratio de Dd.*quos dicit perperam* in eodem cap. *relatum à me allegari.Econtra in Benedictina* cap.34.*diſponitur,ut* ſi aliquod Monaſterium ipſius Ordinis ſeu Religionis, lapſum in Religione vel obſervantia Regulari patiatur &c. aſſumantur de alio Monaſterio in cultu ejuſdem Religionis vigenti,Monachi idonei & ad dictum Monaſterium lapſum patiens transmittantur inibi quamdiu expediens fuerit moraturi,per quos lapſus hujuſmodi reparetur; *Vbi nulla fit mentio de licentia ullius Epiſcopi,nulla diſtinctio,ſintne Monaſteria unius aut diverſarum Diœceſium, exempta vel non exempta &c. Vbi autem Papa non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus. Rota* deciſ.1. de præb.in nov. Vid. *Aſtr.*q.7.ſub. num.5.

Verùm F.Romanus elumbia ſed ſuo duntaxat ingenio congrua fingit argumenta,quæ vel in *Alphonſi Vargas* ſchola, vel à ſuo convictore Scioppio di- 109 *Diſcutiuntur.*

did icit, quibus refutandis immorari eſſet oleũm & operam perdere.

Quod ſi tamen F Rom. ad rem eſſet quicquam fideliter allaturus, ita debuiſſet *ex d. c. Cellulas.* argumentari. Quando alicubi nova congregatiuncula Monachorum vel Monialium eſt inſtituenda vel introducenda, tunc ea non poteſt abſque notitia Epiſcopi fieri, inſtitui & introduci. At quando Abbas walckenriedenſis in Monaſterium woltigerode Diœceſis Hildeſienſis morte omnium Conventualium originariarum vel incolarum deſtitutum & Conventu carens voluit ex aliena Diœceſi nim. Moguntina introducere Moniales alienigenas & exteras, ut iſtic erigerent Conventum tunc ibi voluit novam congregatiunculam Monialium introducere. Ergo quando Abbas walckenriedenſis in Monaſterium woltigerode Diœceſis Hildeſienſis morte omnium Conventualium originariarum vel incolarum deſtitutum, & Conventu carens voluit ex aliena Diœceſi nim. Moguntina Moniales alienigenas & exteras introducere, ut iſtic erigerent Conventum, tunc ea congregatiuncula non potuit abſque Epiſcopi Hildeſienſis notitia fieri, inſtitui vel introduci. Quod ſi ulterius ſubſumere voluerit, neceſſe eſt, ut dicat F. Romanus. Atqui hic Abbas walkenriedenſis abſque notitia Epiſcopi Hildeſienſis Moniales in Monaſterium woltigerode introducere præſumpſit, vel ſi negaverit, mox ex decretis Cancellariæ Hildeſienſis apud acta woltigerodana deprehenſis ac ſupra quoad ſenſum relatis redarguetur falſitatis.

Reſponſio Hayana ad c. cellulas evertitur.

110 Deinde notandum eſt, quod F Romanus *ſup. cit. loc.* pro textu *Canonis cellulas*, Archidiaconũ ſupponat, quin etiam Archidiaconum *de cellulis materialibus* loquentem de congregatiuncula nova ſubſtituta perperam accipiat. Cùm tamen hæc à cellulis, quantum Religioſorum, aut civium communitas à Religioſa domo & civitatis mœnibus diſtat, differat, verumq, ſit, quod licet nova aliqua congregatiuncula Monialium alicubi introducatur, non propterea dicantur novæ cellulæ erigi; quando verò omnibus Monialibus ſtabilitatem loci & clauſuram peculiarem promittentibus & incolis alicubi emortuis aliunde alienigenæ & exteræ ſubſtituuntur, ut iſtic congregationẽ inſtituant, non poterit dici, prout tamen vult F. Romanus, quod antiqua congregatio perſeveret, & non nova ſit ſubintroducta. Contrarium enim definitioni *Alexandri VI. in ſæpè cit. Conſtit. Accepimus*, repugnaret ubi congregatio Monachorum Teutonicorum in Monaſterio S. Jacobi ſubſtituta nõ eſt eadem, quæ fuit atque eſt Scotorum congregatio, cui illa fuit ſubſtituta. . ut proinde hic F. Romanus fallaciter vel & certè imperitè de intellectu *d. can. cellulas.* diſcurrat.

111 Adhæc notandum eſt, quod F. Romanus ſimiliter circa vocem (notitia) qua *d. can. cellulas.* utitur, cavilletur, cùm eam *Dd.* de *notitia non ſpeculativa*, prout F. Romanus eam perperam accipit, *ſed practica approbante*, quemadmodum uſus atque experientia docet, intelligant, Ita enim dicitur

dicitur hic vel ille Conventus abſque notitia Magiſtratus in Vrbem non eſſe recipiendus, ubi certè nemo *notitiam ſpeculativam*, ſed omnes practicam *& approbantem* intelligent, quemadmodum etiam *Dd. in tit. de Colleg. illic* notant, nullum Collegium, nullum Conventum abſque *notitia* eiuſmodi Magiſtratus approbante vel licentia erigi poſſe &c. *Vide ſupra in reſolut. q. 1. c. 4.* Vt hinc videre liceat, quam parum F. Romanus in juridicis verborum ſignificationibus ſit verſatus, literas & ſyllabas Grammaticorum puerorum more conſectari ſolitus, petita ex Calepino verborum ſignificatione, ut iam non Theologus nec Iuriſta, ſed Grammatiſta aut Calepiniſta audiat.

Quod ſi præmiſſam *Maiorem* in ſuperius allato argumento F. Romanus volet diſtinguere, ipſi proprium opponam principium, *nimirum* ubi Papa vel lex non diſtinguit, nec noſtrum, nec ipſius F. Romani erit diſtinguere. *Maior* verò iſta eſt *Canonis, Minor* patet ipſa rei evidentiâ. Vnde concluſio per ſe in forma debita ſequitur. 112.

Illud quoque contra F. Romanum notandum eſt, quod quando lex nec formaliter nec virtualiter in ratione ſua diſtinguit, neque etiam alibi in jure diſtinctio aliqua reperitur, tunc noſtrum non ſit diſtinguere, ſecus ſi lex virtualiter in ſua ratione diſtinctionem aliquam contineat, vel alibi diſtincta reperiatur, tunc noſtrum non ſit diſtinguere, falſiſſimum erit. Vt hinc appareat, quam multipliciter F. Romanus aberraverit. 113.

Quod ſpectat *ad c. relatum, ne Cler. vel Monach.* in eo ſimiliter F. Romanus graviter aberrat, atque pro eo in corpore juris clauſo ſubſtituit extravagantem Benedictinam in corpore juris non clauſam, ex qua vult ſimul d. c. *relatum* mitigandum eſſe. Ita F. Romanus principium ſuum, quo adverſus Innocētij III. decretal ex qua d. c. *relatum* explicari tradebam, ipſemet hic evertit. Deinde ipſe ex *d. c. relatum* ineptum plane argumentum more ſuo effingit, cui refutando non eſt, quod immorer, maxime cum non ſit meum ſed Hayanum, quod ipſemet illud abſurdum æſtimet ac dijudicet. 114. *Diſcutitur Ad c. relatum ꝑ.*

Quod ex eodem ipſo *c. relatum.* occaſione verborum, *ſi non poteſt Monaſterium in ſuo Ordine reformari:* movet, de eo ſicut & de Benedictina, pluribus *in reſolutione q. 7.* & alibi eſt actum, ut proinde huc ea non repetam. 115.

Solum ex *eodem c. relatum*, verbum illud (INDUCAS) quò Pontifex Alexander Londinenſi Epiſcopo reſcribens, utitur, obſervandum eſt. Hoc enim Pontifex Epiſcopo, non verò Prælato Ordinis tribuit iuriſdictionem, imponitque neceſſitatem alias Religioſas perſonas inducendi. Vid. Archid. *in c. ſi pauper n. 2. 3. de Præb. in 6.* atque ex eo Alberic. de Roſat. *in diction. verb. inducas.* 116. *Verbum inducas quid.*

Quod ſi Pontifex in reformando aliquo Monaſterio, Epiſcopo tribuit 117.

ſua plus complexus fuerit 23. verſ. loco plus petitur, *Inſtit. de act.* Igitur ad hoc non tenerur Dd. *in d. ver. loco plus*: Bartholom. à S. Fauſto *lib. 6. Theſ. Religioſorũ q.* 158.

Huc faciũt tradita Bartholomæi à. S. Fauſto, qui fuit Ordinis Ciſterciẽſis, *in d. lib. 6. Theſauri Religioſorũ quæſt.* 98 ubi ita quærit, an *Superior poſſit cogere ſibi ſubditos ad ſuſcipiendum beneficium Regulare alterius Monaſterij ſeu Ordinis?* Et ait, *Reſpondeo*, non poſſe. Ratio eſt, quia id eſt, prohibitum *c. cum ſingula. §. prohibemus de preb in 6. tum* quia tantum poteſt cogere ad pertinentia NB. *ad ſuum* Monaſterium, quale non eſt hoc. Ita Navarr. *comm.* 4. *de Reg. n.* 23. 120.

1. Ex dictis ſequitur contra F. Romanum, Superiorem Religioſum Ordinis Solitarij, nec Mendicantis non poſſe imperare ſuis ſubditis, ut inviti ad Monaſterium aliud alterius Diœceſis tranſeant, etiam pro tempore, cum ille imperij actus ſit ſupra Religioſi profeſſioné, eo quod plus illi imperetur, quàm ipſe voverit, *per d. §. ſi quis agens. verſ. loco plus petitur. inſt. de action.* Vide nos ſupra. Ut vero ad lineam redeamus, ex hactenus deductis 121.

Relinquitur, Monialis illius translationem, ex defectu licentiæ & facultatis Epiſcopi, minimè fuiſſe Canonicam, ſed meram intruſionem, quæ nullum ei jus, nullo aliunde accedente ſubſidio tribuere potuit, ut Societatem legitimè ac Canonicè per DD. Commiſſarios in d. Monaſterium inſtitutam, in eius poſſeſſione turbaret.

§. XIII.

Diſquiritur, utrum Monialis & Virgines Societatem Ieſu in poſſeſſione d. Monaſterij Woltigerodani turbantes potuerint jure legitimo exportari, nec propterea Societatis poſſeſſio ullatenus inficiatur.

Quod ſi, inquies, Moniales ſedibus impoſitæ ſunt, atque ex d. Monaſterio elatæ per manus Ieſuitarum. Igitur violenter Societas d. Monaſterium occupavit. 122.

RESPON. ANTECEDENS eſſe falſiſſimum, & per calumniam ab indicis authore Scioppio confictum, nec ullo unquam tempore ab illo vel ullo alio probandum, ut ſupra oſtenſum eſt; ideoque videat calumniarum ſtructor, quomodo pœna ſe expediat. Nam ut ſupra commemoravi, quando Societas d. Monaſterij poſſeſſionem à DD. Commiſſarijs accepit, Monialis cum ſuis Novitijs Goslariam profecta d. Monaſterium deſeruerat, proinde non potuerunt tunc illæ, quæ non erant illic præſentes, ſedibus imponi, & per manus Ieſuitarum efferri. R. 123.

 Quod

Digitized by Google

24. Quod ſi Scioppius loquatur de eo actu, quo Monialis Societatem in ſua turbavit poſſeſſione, adeoque aliquâ vi oppugnavit per tradita à Menoch. *remed. 3. retinend. poſſ. nu. 370. per l.* extat. *ff quod metus cauſ. l. creditores ff. ad L. Iul. de vi.* quam pulſare potuit Societas, non video, quid culpet Scioppius, an enim vim propulſare (quod omni jure etiam pro conſervatione bonorum iuxta Abb. *in c. olim n 5 de reſt. ſpol. l ut vim & ibi* Dd. omnes *not. ff. de juſt. & jur.* etiam contra Clericos & Religioſos, iuxta Innocentium *in c. olim. de reſt. ſpol. n. 7. ibid. Panormita. d. c. olim. t. n. 19.* conceſſum eſt) Societati non licuiſſet? Volunt nonnulli, quod alterius rem ac poſſeſſionem invadens, etiamſi Clericus vel Religioſus eſſet, ſi quidem nec verbis ſuavibus nec comminatorijs repelli queat, aut domo exire nolit, poſſit etiam *ſine ullo metu excommunicationis* fuſtibus vel baculo, non tamen graviter percuti ac eijci, idque etiam à Clericis vel Religioſis vim paſſis? *Abb. in c. ſuſcepimus nu. 3. in fin. de homicid.* Innocentius *in d. c. olim n. 8. de reſt. ſpoliat. & in c. non dubium, fallent. 4. de ſent. Excomm. per c. ſi vero, de ſent. excomm.*

25. Attamen (licet Monialis nec verbis ſuavibus nec comminatorijs repelli ſe paſſa fuerit, ideoque potuerit fuſtibus & baculo eijci) Societas Chriſtianæ memor manſuetudinis & charitatis, maluit legitimi Magiſtratus auctoritate d. Monialem à turbatione poſſeſſionis Monaſterij cohiberi, & domo, vnde diſcedere nolebat, honeſtè amoveri: uti etiam Magiſtratus legitimè à P. Superiore Goslarienſi Hildeſij imploratus decrevit, quemadmodum ſuperius ex ipſis actis relatum eſt, ut ab Henrico Burgſtorff. d. Monialis cum ſuis Novitijs, ſi Monaſterio, in cuius poſſeſſione, Societatem turbabat, monita diſcedere nollet, omni meliori modo amoveretur. Quis autem in talibus circumſtantijs commodior ac honeſtior modus excogitari potuit, quam ut Monialis cum ſuis reluctans, ſedi honeſtè impoſita, Monaſterio, in cuius poſſeſſione Societatē turbabat, efferretur, elata domū unde venerat, thedâ reveheretur. Elationis iſtius actui nequaquam P. Hermannus Baving id temporis Collegij Paderbornenſis Rector, (ſecus ac F. Romanus per calumniam aſſerit, nec ullatenus probat, imo nec probare poteſt, interfuit, nec P. Superior Goslarienſis illic ubique & continenter phyſicè præſens adfuit, ut non videam, quâ ratione F. Romanus in P. Hermannum Baving ac Superiorem Goslarienſem invehi poſſit.

26 Quod ſi Novitius manum admoviſſet, jure & licitè, interveniente Magiſtratus authoritate, de qua ſupra, feciſſet ac potuiſſet; quippe qui ſuorū iniuriam propulſaſſet. Innocentius & Abb. *cit. loc.* Ita & legiſtæ *in l. ut vim 3. ff. de iuſt. & iur.* comprobatur.

Un-

Vnde efficitur, quod nec ipſe P.Superior Goslarienſis, multò minus P.Baving ac Societas propter ipſum Novitium in invidiam niſi malitioſe rapi poſſint. Quin etiã ſi Novitius in modo peccaſſet, id haud ulli Religioſo, nedũ Superioribus Societatis imputari poſſet. Cum Novitius Religioſi appellatione in odioſis non veniat intelligendus. Barboſ. *de appell. verb. utriuſ. iur. verb. Religioſus* 233.*n*.21. *& ſeqq.* Dec. *in c. in præſentia. n.*20.*de prob.* Ægid. *in repet. l.*1.*C.de SS. Eccleſ.p.*4.§.2.*n.*19.*in princ.per.c.porrectum.de Regular.*

27 F. Romanus rei evidentiâ convictus *allegat.*206.207. nihil aliud objicere novit, quam allegationem Decij *in c.in præſentia n.*20.*de prob.* pro quo titulo errore typographi impreſſus erat *tit.de prab.prout ſup.in reſolut. q.*1.*c.*3. ubi ad alterum Decij locum reſpondebam, monui.

Comment. Hay. Refellitur.

Ex ſupradeductis omnibus relinquitur, quod F.Romanus ad rem nihil propoſuerit, neque ullum articulum iuris aut facti contra me aut noſtros comprobaverit. Ut proinde F. Romano præterito

28 Id ſolum hîc pro confirmatione eorum, quæ *ſup.hoc. n.*13. circa turbativæ violentiæ à moniali in Monaſterij Woltigerodenſis ruri in aperto campo eminus Sylvas aſpicientis poſſeſſione illatæ reſiſtentiam notavi, afferam, quod Aſteranus *in ſumma ſua lib.*6.*tit.*47. inter alias quæſtiones proponit quærens. *Vtrum liceat Religioſis vim vi repellere*, Et Reſpondet ſecundum Richardum, *patiens vim* aut patitur vim in *executione bonorum Spiritualium*, cu-

Religioſus an vim vi repellere poſſit.

iuſmodi ſunt, officium divinum facere, prædicare, confeſſiones audire, »
quando eſt legitime commiſſum; aut in *poſſeſſione temporalium*, aut *in proprio* »
corpore; ſi *primo* modo, non tantum licet eis, ſed debent vim vi repellere, ſi »
vim illam non poſſunt per viam humilitatis & ſupplicationis amovere; non »
tamen credo, quod debeant vim illam manibus proprijs repellere, maxime »
cum habent facultatem adeundi eos, qui habent poteſtatem ſuper alios, qui »
vim inferunt, tunc enim vim illam repellere debent; ſi autem *patiantur* vim »
in *poſſeſſionibus temporalibus*, tunc etiam licet eis vim vi repellere *cum modera-* »
mine inculpatæ tutelæ, non Zelo ultionis, ſed *iuſtæ defenſionis*. Et licet eis vim illam vi »
repellere; non tantum quando infertur, ſed etiam poſtea, *arg. extr. de* »
reſtit. Spol. olim, non tamen debent illam *proprijs manibus* repellere, ſi ſi- »
ne periculo ſui præjudicij habent oportunitatem adeundi Principem vel »
Prælatum, qui poteſtatem habeat ſupra inferentes eam, & eos repellere velit; »
ſi tamen non velit: *tenerentur* iura Eccleſiæ ſuæ tueri: *majoris* tamen *perfectio-* »
nis eſſet, ſi amore Chriſti vim illam non repellerent niſi ſupplicando & ſe »
humiliando. Et ſi eam ſic repellere non poſſint, eam amore Dei ſuſtine- »
rent, quia Chriſtus viam perfectionis docens Math.5. dicit. *Ego autem di-* »
co vobis, non reſiſtere malo &c. ſi verò *patientur iniuriam in corpore proprio*, »
ſic etiam licet eis vim vi repellere in præſenti & ſemper *cum moderamine* »
inculpatæ tutelæ, & maxime ſi talem vim patiantur, in qua ſit periculum »

" mortis vel mutilationis, ſed poſtquam iniuria tranſiit, illud eſſet quærere ul-
" tionem, quod non licet, Deuteron. 32. *Mea eſt ultio &c.* perfectius tamen
" agerent, ſi vim in corpore proprio pro amore Dei patienter & humiliter ſuſ-
" tinerent. Quod autem vim vi repellere liceat, & hæc cum moderamine
" incu'patæ tutelæ, habetur *de homicid. ſignificaſti.* Et licet eſſet maioris per-
" fectionis, vi non repellere, maxime *in* 2. *&* 3. caſu: Non *tamen credo*, Reli-
" gioſos ad illam perfectionem eſſe obligatos, niſi ſe ad hoc aliqui implicite
" vel explicite ſpecialiter obligaſſent. Hoc *Richard.* Hactenus Aſteranus
" *cit. loc.*

29 Præterea & illud pro Laico executionem authoritate legitimi Magi-
Laicus quando in Clericum injicere manus poſſit. ſtratus contra Clericum faciente obſervandum, quod fuſiſſime notat Fran-
ciſc. Aretin. *in c. cum non ab homine in gloſſ. poſita ſupra verb. deprehenſus de*
" *jud. vol.* 2. ubi tradit, quod *opinio communior* habeat, quod Laicus inijciens
" manum in Clericum, non eſt excommunicatus, niſi injectio ſit violenta &
" temeraria, ut in *cap. ſi quis ſuadente.* 17. *q.* 4. *& in c.* 3. *& in c. contingit* 9. *de*
ſent. excom. Sed hic non poteſt dici injectio violenta vel temeraria. Ergo
" Laicus non eſt excommunicatus. Quod autem non ſit *violenta injectio* vel te-
" meraria, probatur; quia Laicus capit Clericum, ne delictum remaneat impu-
" nitum, quod remaneret ſi Clericus permitteretur fugere: Vnde non eſt do-
" lus hic vel culpa, imo Zelus bonus 23. *q.* 5. *cap. Regum & c. adminiſtratores*, &
" iſta ratio in captura ponderatur ſignanter *in c. ſi Clericos, de ſent. excom. in* 6.
" licet in alijs terminis; ſecunda *ratio* firmatur *ex text. in c. olim, de reſt. Spol.* &
NB. ex his quæ tradit Innoc. *in cap. ſi vero* 1. *de ſent. excom. el.* 1. in quibus locis
pro defenſione mea ac rerum mearum. traditur, quod quando Clericus vult offendere me, vel res mihi auferre, non
ſolum licet mihi Clericum percutere ad defenſionem meam vel rerum mea-
rum, ſed etiam licet Socijs meis & amicis meis idem facere ſine pæna ex-
" communicationis. Si ergo licet ferre auxilium *amico*, imò *cuicunque*, quanto
" fortius licet Laico ferre auxilium, ut poſſit punire maleficia; ſed *contra* iſtas
obj. Doctrinas multum facit *Textus*. Vbi videtur decidi quæſtio *in c. ſi vero in fin. de*
" *ſent. excomm.* ubi expreſſe dicitur, quod non licet Clericum inventum in a-
" dulterio vel turpitudine capere, & ei violentas manus inferre, niſi ſint perſonę
R. coniunctæ, quæ ibi exprimuntur &c. Et poſt multa *reſpondet*, ideo potius *vi-*
" *detur diſtinguendum*, ſicut diſtinguit dom. Abb. *in illo c. ſi vero, in vlt. notab.*
" ut dicatur, quod aut Clericus repertus in delicto continuaret delictum, ſeu
" non deſiſteret à delicto, niſi caperetur per Laicum, & tunc licet vnicui-
" que Laico capere, & etiam ligare, ſi aliter non poſſet compeſci ad iniuriam
ab injuria ſecundum Innoc. *ibi. &c.* Et poſtea ſubijcit *ibidem* aliam quæſtionem, *u-*
" *trum ſufficiat licentia Generalis v. g. ſi Epiſcopus Generaliter committat poteſtati ſe-*
" *culari, quod Clericum inventum de nocte vel in flagrante crimine poſſit capere per ſuos*
30 *Miniſtros & præſentare ſibi Epiſcopo.* Et reſpondet, quod Dom. Anton. *hic*
Licentia Generalis ſentiat quod ſic; & tale conſilium dederit Epiſcopo Caſtellano. Sed Petr.

de

Digitized by Google

de Anch. *reg. ea quæ ſunt q. 21. circa fin. de re iudic. diſtinguit*, quod aut concedatur licentia Generali capiendi Clericum *inventum in ipſo crimine*, & dicit *quod poſſit*, quia *iſtis* nulla cauſæ cognitione opus; *aut* concedatur licentia Generalis capiendi Clericos, *non in ipſo crimine deprehenſos*, ſed fortè aliter diffamatos de crimine, & hoc non poſſit, eo quod requiratur cauſæ cognitio, quæ Laico in Clericum mandari non poteſt &c. *Epiſcopi ad capiendũ Clericum an ſufficiat. Affirmat Anton. Diſtinguit Anchar.*

Ex quibus præmiſſis infertur, quod licet Societas contra Monialem turbatricem in poſſeſſione Monaſterij VVoltigerodani violenter turbata ſe defendere potuerit; Tamen rectè Sereniſſimi Epiſcopi Hildeſienſis opem & auxilium contra eandem imploraverit, qui etiam rectè Satrapæ in VVidelage & duobus præfectis dare potuit licentiam, ut Monialem à vi turbativa non deſiſtentem cohiberent, atque exinde etiam manibus iniectis ſine ulla culpa vel pœna, nedum excommunicatione amoverent. 31

Quæ cum ita ſint, non video, quid hic F. Romanus aut ullus alius prudens reprehendere poſſit, quando Monialem cum ſuis Virginibus ſedili impoſitam præfecti (quos perperam ac per calumniam F. Romanus in libello Virginum accuſatorio Apparitores, & in ſcholijs ſuis lictores appellat) exportaverunt.

Huic quæſtioni ſubiungebam aliquot quæſtiunculas parergas, quarum prima eſt.

DE CONCVRSV EPISCOPI ET GENERALIS ORDINIS QVO AD IVRISDICTIONEM?

An Religioſi, qui Generalem Ordinis ſui habent, ſint exempti? Negat F. Romanus *q. 7. num. 28.* ex Eraſmo Chockier *de iuriſdict. Ord. part. 1. q. 17. num. 22. & ſeqq. & ì Iaſon. in l. quod in rerum. §. ſi quis poſt n. 6. & ſeqq. de leg. 1.* & ibi Franciſ. Aretin. *Negant.*

At affirmat Bald. *in d. l. quod in rerum. §. ſi quis poſt ff. de legat. 1. per illum text.* & ibi Raphael Cuman. & Paul. Caſtrenſ. Bald. *in l. 1. ff de off. Conſul. & in Auth. habita in 5. colum. C. ne fil. pro Patre.* Angel. *in l. Teſtamenta omnia C. de teſtam.* Menoch. *2. præſ. 8 num. 17. & ſeqq.* Iacob. de Aret. Oldrad *conſ. 204.* Lauden. Alber de Roſate *in d. l. quod in rerum &c.* ubi Iaſon. *n. 6. & ſeqq.* vocat hanc quæſtionem *arduam*, quæ viguit inter fratres Ordinis HVMILIATORVM ET ARCHIEPISCOPVM Mediolanenſem, *utrum dictos fratres* (*qui impetrarant à ſummo Pontifice unum ex Ordine ſuo Generalem, qui habe-ret viſitare & corrigere totum Ordinem*) *poſſet adhuc ſolito more Archiepiſcopus viſitare & corrigere*; Et concludunt Dd. allati, quod non; ex *d. l. quod in rerum §. ſi quis poſt ff. de legat. 1.* ubi quod uni conceſſum eſt ex legato alterius, videtur alteri legatario ademptum, ſeu diminutum. Ergo *à pari* quando uni Generali conceſſa eſt Iuriſdictio ex diſpoſitione ſuperioris, *Affirmant* *Fundamentum.*

ris, videtur alteri Epiſcopo adempta, Everard. *ab ultima volunt. ad legem, ſtatutum, conſuetudinem 2. ex c. ſtuduiſti de off. legat.* ubi unus ſpeciatim Iudex datur in una cauſa, derogat iudici dato cauſarum univerſitati, proinde *à pari* quando datus à ſua Sanctitate Generalis Ordinis in una quaſi cauſa Ordinis, derogat Epiſcopo dato Iudici quoad cauſarum totius Diœceſis Univerſitatem; cuius antecedentis textui nequaquam ſatisfacit *Iaſon. d. l.* ut ipſemet agnoſcit.

Unde articulum ait diſputabilem & valde diffuſum. Noſtram autem ſententiam probant Dd. hac ratione, quod unius corporis bene ordinati non poſſint eſſe duo capita non ſubordinata, ut argumẽtatur Oldrad. *d. conſ. 204. incip. prima quæſtio eſt.* Igitur nec unius Ordinis, ut eſt corpus aliquod politicũ, poſſunt eſſe duo capita non ſubordinata, niſi quis velit corpus eſſe monſtroſum.

Ex dictis apparet, quam vehementer aberret F. Romanus *q. 7. n. 28.* dum aſſerit. P. Laymannum *c. 9. refut. folio 363.* nullius Doctoris Authoritate fultum, noſtram ſententiam propoſuiſſe.

QVÆSTIVNCVLA II.

Proponuntur varia reſponſa Dd. circa Abbatis Iuriſdictionem in ſuos Monachos, Qualem, & quantam Abbas in ſuos Monachos habeat juriſdictionem? an etiam criminalem.

1 De hac alij *negant* apud Chockier, *de iuriſd. ord. part. 4. q. 88. n. 4.* Innoc. *in c. ut famæ. num. 3. verb. prælatorum, de ſenten. excomm.* Alij *affirmant*, quos inter L. Zecchus *de rep. Eccleſ. tit. de Abbatib. c. 25. n. 4. 6. quo verò ad authoritatem.* Alij *diſtinguunt* inter gravia & levia Monachorum delicta; alij inter delicta iudicialiter punienda, & ea, quæ extraiudicialiter proponuntur; alij inter ea, quæ non contra regulam, & quæ contra regulam ſunt admiſſa, ita ut ex Innoc. *in. c. quanto de off. ord. n. 2.* in prioribus *Epiſcopus*; in poſterioribus *Abbas* ſit ſuperior competens, Vide Chockier *d. Tract. part. 4. q. 88. per tot.* Innoc. *in d. c. quanto, de off. ord. n. 2.* Barboſ. *de off. Epiſc. allegat. 105.* ubi diſtinguit inter ius antiquum & novum, quod ſecundum *antiquum* & civilis & criminalis juriſdictio ſpectaverit ad Epiſcopum: *jure* vero *novo* ad Abbatem, niſi in quibuſdam caſibus exceptis, ſed hæc nos miſſa faciemus: cum nihil ad rem noſtram faciant. Nos enim verſamur in caſu, quo & prælatus & Monachi alicuius loci ſunt *mortui* omnes nullo ſuperſtite: proinde inanis eſt illa F. Romani. *q. 7. n. 27. 28 & ſeqq.* diſputatio.

2 F. Romanus *allegat. 198. dicit*, me *aſſerere, apud Chockier* de iuriſd. ord. p. 4. q. 67. n. 4. *negari Abbatibus in Monachos* criminalem *iuriſdictionem, ſed in Monachos, ſed en quomodo cõtraria contrarijs ſanentur, & unus piſcis alterũ devoret*, Accedit, *inquit citat. loc.* Chockier, quod Abbates VERE dicuntur Prælati & ORDINA-

Comment. Hayan.

RII

rii Monachorum. *c. nullus Monachus, nullam poteſtatem.* 18. *q.* 2 *c. quanto & ibi* Innoc. *&* Dd. *de off. ord.* NB. in quos Maiorem & pleniorem dicuntur habere poteſtatem, quam Epiſcopus habeat in Clericos ſuæ Diæceſis, *Abb. c. ad noſtram n.* 2. *c. reprehenſibilis & utrobique* Franciſ. *de Appellat.* Felin. *c. ſuper litteris n.* 10. *de reſcript.* Mandoſ. *Reg. Cancell.* 24. *q.* 2. *n.* 2. *in fin.* Subſumitq; F. Romanus *cit. loc. Atqui Epiſcopus in ſuos Clericos habet etiam iuriſdictionem Criminalem, ergo ſecundum Dd. apud Chockier allegatos Abbatibus juriſdictio Criminalis non negatur, ſed aſſeritur & confirmatur; videatur idem Chockier* ibidem *part.* 4. *q.* 112. *num.* 30. *concl.* 9.

Et allegat. 199. *eodem fol.* accuſat me, ac ſi &c, *iterum nocentem faciam Innocentium, allegans eundem* quaſi in c. ut fame. n. 3. verb. Prælatorum. de ſent. excomm. *negaſſet Abbatibus huiuſmodi Criminalem in ſuos Monachos juriſdictionem, prodire igitur iubet ipſum & Innocen.* & d. n. 3. verb. Prælatorum. *quid ſcripſerit, in medium proferre, ut audiam me memoriter locutum fuiſſe,* Prælatorum, *inquit Innoc.* ſcil. Epiſcoporum, qui quaſi merum habent imperium, & Aliorum, qui ordinariam poteſtatem ſuper hoc habent, vel aliam Correctionem, Sicut Abbas In monachis. Nam alij Monachi, vel Prælati (ut interpolat hic F. Romanus *non Abbates Regularium*) non habent poteſtatem per ſe capiendi, nec alijs demandandi, *ibique paulo poſt legatur* §. Minores autem Prælati, qui juriſdictionem non habent &c. *quo nomine venire prælatos ſæculares, Plebanos & ſimiles, teſtem appellat Abbat.* in c. cum cont ingat. de foro compet. n. 26. & 27. 3

Iterum *allegat.* 366. ad verba Aſtri Eclipſis, *proinde inanis eſt illa F. Romani* q. 7. n. 20. & 28. & ſeqq. *diſputatio.* nimirum *qualem & quantam Abbas in Monachos habeat juriſdictionem, an etiam criminalem,* dicit me *hic melioribus oculis indigere; Cum nihil horum allegatis locis tractaverit,* uſque ad num. 40. d. q. 7. 4

Verum F. Romanus ex loco ſubiecto Chockier *nim. part.* 4. *q.* 88. *uſque n.* 4. ad quem me remittebam, facile poterat colligere, in *citatione numeri* eſſe errorem Typographicum, deinde F. Romanus *fallaciter* agit, quia ego non aſſerebam negari apud Chockier Abbatibus juriſdictionem? quaſi ipſemet Chockier eam negaret, ut fallaciter ſupponit F. Romanus, ſed aiebam alios Dd apud Chockier negare, cuiuſmodi duæ propoſitiones, nim. *apud Chockier aliquid negari, & Dd. apud Chockier aliquid negare* plurimum inter ſe differre, nemo eſt qui vel leviter Grammaticis præceptis tinctus non advertat; neque etiam dixi, nullũ Doctorum apud Chockier id affirmare, ſed, alios *negare,* alios *affirmare;* ut proinde F. Romanus hic vitilitigatoris partes iterum agat, cum quo fruſtra de lana caprina diſceptem. 5 *Diſcutitur. Ad Chockier n.*

Innocentius cum *ind. c. ut fame.* Epiſcopis merum imperium, ſub quo ex *communi* Dd. *opinione* comprehenditur juriſdictio criminalis, alijs verò Prælatis ordinariam poteſtatem tribuat, non videtur hic etiam merum imperium ſeu juriſdictione criminalem concedere, uti etiam colligitur ex op- 6 *Ad Innoc. n.*

poſitione ad minores Prælatos, quibus juriſdictionem Innocentius ipſe negat videlicet externam. Inter hos autē non poſſunt numerari indefinitè Prælati ſæculares; prout F. Romanus *d. allegat.* 199. facit, quia patet id falſum eſſe. Quinetiam conceſſa iuriſdictione ordinaria Prælatis, non etiam merum concedi imperium ſeu juriſdictionem criminalem, eſt Doctorum opinio & doctrina *per l. 1. & l. ult. ff. de off. eius cui mandata eſt juriſdictio.*

7 Deinde & illud moveri poſſet, utrum illa verba (*ſicut Abbas in Monachos,*) ab Innocentio referantur ad immediatè præcedentem *aliam correctionem*, vel etiam ſimul ad ordinariam poteſtatem; ſi ad *correctionem tantum* referantur, non involverent merum imperium; ſin ad ordinariam poteſtatem ſeu iuriſdictionem, tunc ſimiliter nec merum continerent imperium ſeu juriſdictionem criminalem ex plurium Dd. opinione, quos videre licet apud *Treutl.* aliosque *de iuriſd.*

8 Quod vero F. Romanus *d. q. 7. Aſtri n. 27. 28. & ſeqq.* agat de iuriſdictione Prælati, eſt pluſquam evidens, quamvis F. Romanus oculatos exoculare laboret, ne id videant, quorſum enim *d. q. 7. n. 27. col. 2.* in margine poteſtas Abbatum defenditur; & *in text.* Abbas eſt ordinarius iudex ſuorum Ordinum &c. quorſum citat *ſub eod. n. 27. pag. 289. Suarez. tom. 4. de rel. lib. 2. c. 10. n. 8.* poſſe etiam Prælatum Regularem punire ſubditum criminoſum pæna exilij &c. ſi hic non agat, qualem & quantā Abbas in ſuos Monachos habeat iuriſdictionem, an etiam criminalem? Videtur F. Romanus propria ſua ſcripta vel non intelligere, vel vbi videt ſe elabi non poſſe, audacter pernegare.

QVÆSTIVNCVLA TERTIA ERAT,
DE ESV CARNIVM.

Vtrum Monachi in Monaſterio, ubi non ſervatur regula de abſtinentia eſus carnium, profeßi, poſtea ad illarum abſtinentiam cogi poßint.

Reſpondi Videndos eſſe Dd. & inter alios Rebuff. *in rub. de Regia ad prælat. nominat. §. 1. in verb. reformatis*, ubi tradit, q; ſi in Monaſterio à tanto tempore, cuius initij memoria non extet, comederint carnes, poſtea ad earum abſtinentiam non teneantur, Pan. *in c. cum ad Monaſtrium. num. 18. de ſtat. mon.* ubi idem tradit.

Vide & de carnium abſtinentia Barthol. à S. Fauſto. *c. 6. Theſauri religioſorum q.* 80. 81. 118. *q.* 148. 149. Auguſt. de Ancon. *de poteſt. Eccleſiaſt. q. 97. q. 6. per totum.*

QVÆ-

QVÆSTIO IX.

De promiſſione ab Abbatibus Societati facta.

An. R.R.DD.Fridericus Archi-Abbas Haſſefeldenſis & Iacobus Abbas Cæſarienſis Commiſſarij Congregationis Burſfeldenſis cum poteſtate pleniſſima miſſi, in præſentia Reverendiſſimi D. Antonij Cremiſanenſis Abbatis, Epiſcopi Viennenſis promiſerint aliquid Societati circa quorundam Parthenonum translationem?

Negat F. Romanus *q.7.n.12.* & multis *ſeqq.* ex confeſſione illorum 1
publico conceptâ inſtrumento. At contra Atteſtatus id fuit ipſemet ſemper Auguſtus & Invictiſſimus Imperator Ferdinandus II. *inſuis ad R.P.* Ioan- 2
nem Copperum *p. m.* id temporis noſtrum Provincialem. *Et probatur* contrarium ex propria ipſorum Dominorum confeſſione publica. Nam licet id verbis negent; tamen Abbatis Haſſefeldenſis confeſſio longe aliud indicat. nam primò ex illâ certum eſt, Patrem Guilelmum Lamormaini egiſſe cum Dd. Abbatibus in præſentia Reverendiſſ. Domini Abbatis Cremiſanenſis Epiſcopi Viennenſis, ut ad Societatem Collegia aliquot Virginum & virorum approbantibus Dominis Abbatibus transferrentur. Nam ita inter reliqua, ſonderen hette (P. Lamormaini) das begehret/es wolten ſie (die HH.
Commiſſarij) vnnd jhre ſuperiores ſeiner Societät mit möglігſten dienſten 3
vnd Rahtſchlägen ſuccurriren vnnd dieſelbe jhnen ſubminiſtriren / damit Collegia Sæcularia Virginum & Canonicorum vulgo Weltliche Stiffter Societati in uſum Collegiorum & Seminariorum aſſignirt vnnd zugeeignet werdẽ mögten / dan es wehre der Römſ. Käyſ. Mayeſt. meinung &c. id eſt, *Verum (P. Lamormayni) petiviſſe, ut ipſi (DD Commiſſarij) ipſorumque ſuperiores omni ope & conſilio Societati ſuccurrerent, & ipſi huic ſubminiſtrarent, quò Collegia Virginum Sæcularia & Canonicorum, vulgò Sæcularia Collegia, Societati in uſum Collegiorum & Seminariorum aſſignarentur atque applicarentur, hanc enim eſſe S. C. Maieſtatis voluntatem?*

Unde licet in inſtrumento dicatur habitam fuiſſe tractationem de Colle- 4
gijs Virginum non religioſis ſed ſæcularibus, attamẽ re penitius inſpecta, nõ eſt veroſimile Patrem Lamormayni cum DD. Abbatibus actum de Collegijs ſæcularium Virginum & Canonicarum, cum ad Abbates Ordinis S. Benedicti illa non ſpectarent, nec in illis ipſi quicquam iuris prætenderent, nec poſſent, nec ipſorum opera aut interceſſione indigeret P. Lamormayni. Ideoque haud dubie cum ipſis egerit de alijs Virginum Collegijs, in quæ ipſi aliquod ius obtendebant, hæc autem erant Monaſteria Virginum Conventibus deſtituta, & à ſæcularibus inſeſſa, ſeu quę erant ſæcularizata, ut ita per fallaciam accidentis hic ex adverſum à ſæcularizatis Monaſterijs Virginum Conventu deſtitutis ad Collegia ſæcularium Virginum tranſeatur.

Deinde idem oſtenditur manifeſtè ex ipſius D. Archiabbatis reſponſione 5
in d. inſtrumento inſerta his verbis. Hierauff ſagten jhre Woll-Ehrwürden/

Digitized by Google

daß ſie geantwortet hetten / daſern ſie oder ihre Obern in dieſem oder anderen/ſolches die Religion promoviren könte vnnd der Röm. Käyſ. Mayeſt. nicht zu wieder were/ einige officia ſive ſervitia der Societät IESU præſtiren vnnd beweiſen könten / daß ſie in ſolchen Gott angenehmen ſachen nicht zu wieder/ ſonderen villmehr beförderlich zuſein erzeigen / vnnd denſelbigen nicht abgeneigt ſein worden. id eſt, *ad propoſitam quæſtionem aiebat Admodum R. D. Archi-Abbas, ſe reſpondiſſe, ſi vel ipſe vel ipſius ſuperiores, Societati Ieſu in hac vel ſimili cauſâ, quæ religionem promovere poſſit Catholicam nec Cæſaris repugnaret voluntati, ullo modo prodeſſe*, vel ut ſonant verba ulla *officia vel ſervitia præſtare & exhibere poſſent, non obfuturos, ſed potius declarare ſe profuturos, nec ab ea unquam futuros alienos.*

6 Hinc arguitur inter DD. Abbates & Patrem Lamormaini interceſſiſſe tractationem de monaſterijs virginum, quare enim alias ipſe Archi-Abbas ſuam ſuorumque ſuperiorum operam ac ſtudium Patri Lamormaini addixiſſet, ſi non de ipſorum Ordinum, ſed aliorum ſæcularium collegijs fuiſſet inter ipſos Tractatum, Ecquid Collegia ſæcularia Virginum ad Monachos? Ecquid in Collegijs ſæcularibus obtinendis Monachorum, ad quos nihil ea pertinebant, opera fuiſſet uſus Pater Lamormaini? quid quæſo, F Romane, tui Abbates eorũque ſuperiores in ijs poterant? λόγοι ſunt F. Romane quos alijs vendas.

7 In ijs Pater Lamormaini tuorum Abbatum efflagitabat operam & charitatem, in quibus illi favere poterant; Poterant autem in Monaſterijs S. Benedicti Conventu ob mortem omnium deſtitutis & ſæcularizatis favere. Nã in ea ius ipſi obtendebant, non autem in Collegijs ſæculariũ Virginum. Quare de illis non verò his tractationem inter ipſos ſuſceptam fuiſſe, nemo eſt, qui prudenter negare poſſit, ac conſequenter de ijs interpoſitam Dd. Abbatum promiſſionem, quæ utrum valida fuerit nec ne, non eſt meum hic exquirere, ſufficit mihi oſtendiſſe, quod promiſſio à Dd. Abbatibus R.P. Guilielmo Lamormaini de quibuſdam Monaſterijs Monialium Conventu deſtitutis ſæcularizatis fuerit facta, in qua ego conquieſco.

8 F. Romanus *allegat.* 397. mutilè allatis meis verbis tandem ſubijcit, ſed *reſpondemus*, inquiens, *malam & falſam eſſe allegationem promiſſionis Abbatum circa Monaſteria Virginum Deo dicatarum ad Societatem Ieſu.* Ad 1. Argumentum, *magnas habet mihi gratias, pro tam inſigni teſtimonio, ſed dic amabo, quonam modo potuit Imperator atteſtari, promiſſionem, cui nunquam interfuit? abſentes teſtes adhibeam ad illuminandam Eclipſim &c. plus atteſtari non potuit Cæſar, quàm ſe taliter à ſuo Confeſſario informatum fuiſſe; quod longè aliud eſt, Male functus fuit ſuo tunc Confeſſarius officio, falſa narrata Imperatori obtrudendo, neque enim Senior ſemper ſanior. Certè ex his ipſis litteris Cæſaris ad Copperum datis lucide apparet, Imperatorẽ ſe ſuaq; mandata in his falſis narratis fundaſſe, adeoq; ijs nõ verificatis. mãdata fuiſſe obreptitia & nulla.*

Commenta Hayana

9 Ad ſecundum dicit, *me non fuiſſe domi, quando hoc motivum libro*

meo

meo inſcripſi. Nã *paragraphus* hierauff ſive ad hæc *cum ad immediatè præcedentia* »
ſe referat ex ijs lucem ſuam accipere debet, ea ſic habent. Es hatte P. Lamormaini »
das begehret/es wolte ſein Wohl. Ehrw. vnnd jhre Superiores ſeiner Societät »
mit möglisten Dienſten vnnd Rhat ſchlägen ſuccurriren vnnd die ſelbe jhnen »
Subminiſtriren NB Damit Collegia Sæcularium Virginum & Canonico- »
rum vulgò Weltliche Stiffter Societati in uſum Collegiorum & Seminario »
rum aſſignirt vnnd zugeeignet werden mögten/Dann das were der Röm. Key. »
May meinung/damit die Chriſtſeeligſte Gedechtnuß eines jedwedern funda- »
toris vnnd Ordens zu ſolchen vnnd dergleichen uſus vnd Weltliche gebräuch »
in grave Ordinis diſſidium æmulationis, odia & ſcandala Sæcularium durch »
bitte vnnd andere applicirung nit gerahten mögtẽ. Dann es konte jhre Päpſt- »
liche Heiligkeit ohne verletzung oder offenſa einer jedwedern Religion vnnd »
Ordens/wie auch die Röm. Kay. May. vnnd locorum Ordinarij vber ſolche »
(Weltliche) Stifft liberè vnnd freywillig diſponiren: hierauff ſagten ihr »
Wohl. Ehrw. &c. id eſt, *Patrem Lamormaini hoc rogaſſe, ut Dominus Archi-Abbas,* »
*ſuique Superiores Societati poſſibilibus quibuſque ſervitijs & conſilijs ſuccurrerent, qua-
tenus Collegia Canoniſſarum & Canonicorum Sæcularium, Societati in uſum Collegio-
rum & Seminariorum aſſignarentur & appropriarentur: hanc enim eſſe mentem &
intentionem Sacræ Cæſ. Majeſtatis(ſequentia* à me in mea q 5. *callidè prætermiſſa di-
cit) ut piſſima intentionis cuiuslibet fundatoris & Ordinis Religioſi ad hos & ſimiles
ac prophanos uſus in grave Ordinis diſſidium æmulationis, odia & ſcandala Sæculariũ
per impetrationes & applicationes nequaquam convertẽrentur.* In *illis autem fundatio-
nibus(Canoniſſarum & Canonicorum) Summum Pont. citra læſionem & offenſam
cuiuſque Religionis & Ordinis, ſicut & Sacram Cæſar. Maieſtatem locorumque Ordi-
narios liberè diſponere poſſe;* Adhæc ſe dicebat D. Archi-Abbas *reſpondiſſe, ut
ſupra.* Nunc *acumen meum attendat, quid ex hoc diſcurſu ego colligam, & concludam.
Narrabatur in eo inſtrumento publico, ut viſum eſt;* Patrem Lamormaini ab Ab-
batibus petijſſe ſervitia & conſilia in transferendis ad Societatem Collegijs
Canoniſſarum & Sæcularium, eo quod Imperatoris mens non eſſet, ut ad
hos & ſimiles uſus Societatis applicarentur Ordinum Religioſorum Mo-
naſteria recuperanda. *Hinc arguitur, inferam ego, inter DD. Abbates & P. Lamor-
maini interceſſiſſe tractationem* De Monaſterijs Virginum, *ac* conſequenter 10.
*de ijs interpoſitam DD. Abbatum promiſſionem. Omni ſtipite nodoſo acutior illatio. Ser-
mo erat de Collegijs Sæcularium Virginum & Canonicorum, ergo ſermo & promiſſio
erant de Monaſterijs Virginum Religioſarum, ne Ariſtoteles quidem tam dextrè ex tali
antecedente conſequentiam inferret, uti ego. Quis prudens ſibi perſuadeat, Confeſſarium
Imperatoris petijſſe aliquid ab Abbatibus, quod è diametro eſſet futurum contra mentem
& voluntatem Imperatoris nolentis huiuſmodi Monaſteria ad hos & ſimiles u-
ſus Collegiorum Societatis & Seminariorum applicari? quis credat Abbates contra per-
ceptam à Confeſſario intentionem Imperatoris, ad illius inſtantiam ſuis Ordinibus tan-*

Digitized by Google

di ad Commiſſarios Generales Circulorum, & tres Provinciales Societatis ipſoſque adeo Summos belli Duces Fridlandum & Tillium, ut quamprimum ſignificarent, quænam Virginũ Monaſteria ad Ordines S. Benedicti & Ciſtercienſem ſpectantia & hactenus ab Acatholicis detenta, ad Collegia Patrum Societatis Ieſu accipienda & applicanda, in ſuperioris & Inferioris Saxoniæ, Weſtphaliæ, aliiſque Circulis adeſſent & reperiri poſſent, quæ Generales Commiſſarij nemini traderent, ſed amotis Acatholicis pro ulteriore diſpoſitione ad ſecuras manus ſequeſtrari curarent. Etiam pij Principes non omnia piè faciunt, ut ait Henr. Wagnereck Vindic. polit. lib. 2. c. 3. §. *6.*

Verum F. Romanus præter iniuriam, quâ P. Guilielmũ Lamormaini S. C. M.tis Confeſſariũ, imò ipſum Cæſarem impetit, nihil alicuius momenti affert. An quia Imperator ipſemet tractatui cum P. Lamormaini ſuſcepto nõ interfuit, ideo non potuit ab ipſis Abbatibus cũ ſua Maieſtate Viennæ tractantibus, aut à R.mo D. Abbate Cremifanenſi, Epiſcopo Viennenſi, qui tractatui interfuerat, illud intelligere? Ut propterea fruſtra ad Confeſſarium Cæſaris F. Romanus recurrat. Et quomodo mihi neganti, Cæſarẽ à Patre ſuo Confeſſario & non aliunde illud audiviſſe F. Romanus probabit? Cũ ab alijs eius rei notitiã percipere potuerit. Ita F. Romani planè elũbis eſt reſponſio, quin & falſa, quod Cæſareæ literæ ad *P. Ioannem Copperum* alioſq; eiuſmodi narratis ex promiſſione DD. Abbatũ deſumptis nitãtur &c. idq; P. Laymannus confiteatur; cum ex Cæſareis literis conſtet, Suam M.tem ideo, quod *ex Vrbe à Pontifice eo nomine moneretur*, ad PP. Provinciales *alioſque ſcripſiſſe.* 15 *Diſcutiũtur.*

Deinde prætenſa F. Romani reſponſio ad *ſecundum* eſt frivola & futilis; quaſi vox, (*hier auff, adhac*) referretur ad immediatè præcedens, & non ad *præcedentia*, quæ in Aſtri Eclipſi erant relata; tum quia illud eſt contra expreſſa verba Inſtrumenti, in quibus F. Romano non dicitur, ad hoc ultimum reſpondebant, ſed ad hæc, quæ plures quæſtiones & propoſitiones, adeoque non unam duntaxat immediatè præcedentem præſupponebant. Et qualis quæſo fuiſſet illa reſponſio ad propoſitionẽ iſtam immediatè præcedentem de Pontifice &c. interpoſitam? Sanè illi reſponſio nequicquam cõgruebat, ut proinde fruſtra F. Romanus hic evadere laboret. Et eandem duntaxat crambem in fuliginoſo ſuo camino bis recoquat. 16 *adhac vis, F. Romani reſponſio redarguitur abſurditatis.*

Præterea ex allegatis per F. Romanũ patet, quod P. Laymannus & F. Romanus conveniãt in eo, quod ſtipulatio P. Lamormaini & promiſſio Abbatũ fuerit de bonis Eccleſiaſticis Virginũ Cõvẽtu deſtitutis Societati cõcedẽdis, diſcrepẽt autẽ in eo, ꝙ F. Romãus velit intelligi interpoſitã fuiſſe promiſſionem de bonis Virginũ Sæculariũ, non autem Regularium; econtra vero Laymannus illud neget, velitq; nõ de Virginũ Sæculariũ Canoniſſarũ, ſed de Collegijs Virginum Monialium Sæcularizatis actum eſſe. F. Romanus pro ſe allegat teſtimonium ipſorun Abbatum ſic aientium. At ego pro Patre Laymanno contra F. Romanum urgeo, quod illi Abbates in propria cauſa teſtes non ſint idonei. *l. omnibus* 11. *C. de teſtib.* maximè cum nec *veriſimilia* 17

riſimilia deponant, nimirum ꝙ factum alienum Pater Lamormaini ſtipulatus ſit & Abbates illud promiſerint. Siquidem hoc jure eſt reprobatum. §. 20 *Inſtit. de inutil. ſtipul.* Inveriſimile autem eſt, quod juri repugnat, per not. Tuſch *lit. V. concl.* 161. Barboſ. *axiom verìſimile* 223. Atqui ſi P. Lamormaini ſtipulatus fuiſſet, & Abbates promiſiſſent bona Eccleſiaſtica Virginum Sæcularium Canoniſſarum Societati unitum iri, ipſe Pater ſtipulatus fuiſſet & DD. Abbates promiſiſſent factum alienum, ut patet, Igitur &c.

Econtra pro P. Laymanno facit, quod ſtipulatio & promiſſio *de facto proprio* ſit veriſimilis, utpote juri conformis. Vnde cum Abbates promiſerint bona Virginum Conventu deſtituta & ſæcularizata Societati unienda, veriſimile eſt, quod de bonis vel proprijs vel in quæ ipſi jus obtendebant, Societati uniendis egerint.

28. Nec quippiam pro F. Romano facit aſſertio, *quaſi*, quemadmodum P. Lamormaini retuliſſe fertur, *Imperatoris mens & voluntas fuerit & ſit, quod nolit huiuſmodi Monaſteria Conventibus deſtituta ad hos & ſimiles uſus Collegiorum Societatis & Seminariorum applicari*. Siquidem hæc aſſertio falſiſſima eſt, nec ullis literis aut teſtibus legitimis, nedum de Patre Lamormaini probari poterit; quin potius contrarium ex literis S.C.M.tis ad Generalem Ordinis Ciſtercienſis Commiſſarium 16. *Octob.* 1630. & 23. *Iunij* 1631. *datis* conſtat, quibus S. C. M.tas declarat, *hanc ſuam eſſe voluntatem, ut aliqua ex Monaſterijs illius Ordinis recuperata Conventibus deſtituta Societati aſſignentur ac deputentur*.

19 Neq; alias veriſimile eſt, multò minùs verum eſſe probari poteſt, quod P. Lamormaini hanc Cæſaris eſſe mentem, ipſis Abbatibus unquam ſignificarit, *ne Monaſteria aliqua Conventibus deſtituta & ſæcularizata Societati aſſignarentur*. Cum illud ex d. eiuſdem literis falſum eſſe coarguatur, Neque verum eſt, quod P. Lamormaini omnia Virginum Monaſteria ſtipulatus fuerit.

20. *Effugium F. Romani 1. Refellitur.* Neque F. Romanus difficultatem evadit, quod dicat, Abbates Patri Lamormaini non quidem factum alienum, ſed poſſibilia ſervitia & conſilia, ſeu operam propriam pro Collegijs Sæcularium Virginum Canoniſſarum Societati procurandis promiſiſſe. Siquidem nec hoc *veriſimile* eſt, quod P. Lamormaini operam in re Abbatibus impoſſibili, ſeu quæ in eorum non eſſet facultate, ſibi Societatique ſtipularetur. Cum ſtipulatio & promiſſio de re impoſſibili non valeat *per not. in l.* 8, *non moriturum. C. de contrah. & committ. ſtipul.* ideo nec ſit veriſimilis.

21. *Effugium 2. intercluditur.* Multò inveriſimilius eſt, quod aſſerit F. Romanus hiſce in partibus Germaniæ, ſub ipſorum Religioſorum dominijs aut territorijs dari aliqua eiuſmodi ſæcularia Virginum Canoniſſarum Collegia Abbatibus ſubjecta, quæ extra intellectum F. Romani nuſquam exiſtunt, ut ita ſint entia rationis.

22. *Eiuſdem quoque ſigmentum eſt.* Quod aſſerit Viennæ fuiſſe aliquem *ex Societate*, qui publicè jactaverit, Societatem brevi in omnibus & ſingulis Civitatibus Imperialibus Collegium aliquod habituram &c. Cuiuſmodi F. Romani narratis utpote à parte adverſa profectis minimè fides veniet adhibenda, per ſuperius notata in q 8. At

At *inquiet* F. Romanus, quomodo poſſit præſumi, quod Pater Lamormaini ab Abbatibus aliqua Monaſteria Virginum voluerit Societati ſtipulato promitti; Cum Patres ijs Prælatis, ſicuti & antiquis Ordinibus negent jus in Monaſteria Conventibus deſtituta eſſe. 23 *Object.*

Reſpondeo, *Patrem Lamormaini* ab Abbatibus non ſtipulatum fuiſſe, ut ipſi aliqua Societati Monaſteria Conventibus deſtituta, atque ab alijs independentia donarent, ſed providè ab ijs ſtipulatum eſſe, ne ipſum ac Societatem contradictionibus & oblocutionibus in Monaſteriorum ab Apoſtolica Sede alijſque Summis Capitibus deputatorum & incorporatorum conſecutione moleſtarent aut impedirent, ac fruſtraneis ſumptibus fatigarent. 24

Unde patet, contra ſuperius deducta ac promiſſionem Abbatum inibi allegatam, à F. Romano nihil rectè fuiſſe allegatum aut probatum.

Quin etiam contra eundem F. Romanum, non prout ipſe *hîc ſupra, n.* 10. proponit, ſed ita argumentatus fui; Aut ſtipulatio Patris Lamormaini & promiſſio Abbatum fuit interpoſita de bonis Eccleſiaſticis Virginum ſæcularium Canoniſſarum, aut de bonis Virginum Religioſarum mortuarum, aut de utriſque; Atqui non de bonis Virginum ſæcularium fuit interpoſita, ſecus ac F. Romanus volebat, prout ſupra demonſtratum fuit; Ergo de bonis Virginum Regularium mortuarum, vel de utriſque. Ita enim in Syllogiſmo diſjuncto concludendum eſt, ut ſublato uno reliquum ponatur & inferatur; atque adeo quando F. Romanus dicit, me ex uno diſjunctorum poſito alterum inferre, non niſi impetitiſſimè & ineptiſſimè diſcurrit, prout ex *Encyclopadia Alſtedij p. 2. lib. 24. c. 15.* colligere poterit, quo me brevitatis cauſa remitto. 25

Saltem ex deductis manet, concluſionem Patris Laymanni veram eſſe ac veriſimilem; quod promiſſio Abbatum de bonis quibuſdam, non omnibus Eccleſiaſticis Virginum Religioſarum Conventu ob mortem omnium deſtitutis & de facto ſæculariſatis, non vero Virginum ſæcularium Canoniſſarum fuerit interpoſita.

* *
*

Digitized by Google

RESOLVTIO

QVÆST. X.

In qua examinabatur, utrum P. Ioannes Deckerius poſſit dici corrupiſſe Sacras Scripturas.

§. I.

Refertur opinio F. Romani affirmans, cui ex Card. Baronio reſponſum eſt veritatem eſſe conſectandam.

1 *Affirmabat* F. Romanus *q.* 2. *n.* 23. *fol.* 109. ut Societati invidiam tantum conflaret; *contra* Reſpondebam, F. Romanum vel ex ſimplicitate vehementer falli, vel, quod abſit, malitiâ graviſſime perturbatum eſſe, quando tradit 1. à *P. Ioanne Deckerio* Theſes de anno Chriſti primum in hanc lucem editi conſcriptas, quæ à *Syloga* Polono, Præſide tantum P. Ioanne Deckerio ſcriptæ & defenſæ ſunt. Deinde iiſdem corrumpi Sacras Scripturas, idque Cardin. Baronij *in nov. edit. in appar. n.* 129. *alias in appendice. tom.* 12. teſtimonio. Quod ſi ex malitia hic peccavit F. Romanus non video, quomodo ſe à crimine falſi expurget *per l. pen. C. de probat.*

2 Verum ipſemet Cardinalis *ad annum* 109. *n.* 51. Cardinali à F. Romano citato reſpondet, *jura*, inquiens, *veritatis ſunt ampliora omni antiquitate, quippe quæ nulla plurimorum ſæculorum valent præſcriptione lædi, nec innumera teſtium multitudine obrui atque labefactari, ſic de his agendum nobis proponimus, ut rei dignitati, ac veritati ſit omni pariter ex parte conſultum, cum alioqui nullus ſit reliquus fidei locus, niſi ipſi in omnibus veritas ſuffragetur, quamobrem noſtræ narrationis argumentum erit accuratius perveſtigare, num quæ ab ijs obijciuntur, qui contrarium nituntur adſtruere, ejuſmodi ſint, quæ à Majorum ſententia diſcedere prorſus cogant: quandoquidem haud æquanimiter pati poſſumus, quæ ſunt tot, tantiſque teſtibus obſignata, levibus quibuſdam conjecturis convelli, & nonniſi, certis, firmiſque, atque adeo veriſſimis rationibus irrita reddi.*

§. II.

Affertur exempli cauſa locus Scripturæ Sacræ, quem Cardinalis Baronius veritatis amore & ſtudio conatus eſt conciliare.

3 Et ad Annum 34. *n.* 171. 172. illa verba Matth. 28. *v.* 1. ὀψὲ *veſpere autem Sabbathi, quæ luceſcit in primâ Sabbathi, venit Maria Magdalena videre ſepulchrum &c.* conciliaturus Cardinalis cum contrarijs illis Marci 16. *v.* 2. *valde mane una*

Sabba-

Sabbathorũ veniunt ad Monumentum, & Lucæ. 24. v. 1. per vocem *veſperè*, intelligit veſperuginem Stellam ſeu ἕσπερον, qui quod etiam mane luceat *Lucifer* nuncupatur. Et ſubdit idem Cardinalis: *Cæterum hæc noſtra ſic aſſerimus, non ut ita eſſe pertinaciter affirmemus, ſed quod nihil modo, quod pertinet ad hiſtoricam conciliationem, verius poſſe dici videatur. In hujuſmodi autem difficultatibus & conjecturis interdum, præſertim iis, quæ ita veriſimiles ſunt, ut veritatem ipſam quodammodo neceſſariò præ ſe ferant, magna ſolet ad indagandam veritatem aſſertio fieri*; Et licet *in Græco textu habeantur Vox* ὀψὲ, *quæ nunquam ſignificat Stellam veſpertinam, attamen non* Græcè *ſed* Hebraicè *ſuum Evangelium ſcripſit* S. Matthæus *teſte S. Hieronymo. Quod ſi inſtiteris S. Hieronymum* Hebraicæ *linguæ peritum haud dubiè vocem illam Hebraicam fideliter tranſtuliſſe*. Reſp. *Ita etiam fideliter tranſtuliſſe, ut ſignificet idem, quod ſerò vel veſpere. Videndum tamen, utrum S. Hieronymus verum Germanumque habuerit S. Matthæi exemplum, an vitiosè deſcriptum.*

§. III.

Referuntur alia duo exempla, in quibus Cardinalis Baronius ſolo veritatis amore contra Authores explicat libellaticos, & tradit Maxentium Maximiani non filium, ſed generum eſſe.

Atque ex his Principiis Cardinalis ad *an. 253. n. 24.* contra omnes authores aſſerit ac defendit, *libellaticos eſſe, non qui pecunia redimebant abnegationem Chriſti, ſed qui Chriſtum olim in literis negarant*, publica abnegatione pecuniis redempta, ita ipſe Cardinalis *ad annũ 306. n. 23.* Itẽ Maxentium ab omnibus antiquioribus & recentioribus creditum Maximiani filium, ex unico nuper reperto nummo, aſſerit *Maximiani generum*. 4

§. IV.

Refert opinio Syſloga Poloni de anno Chriſti, ejuſque ratio ex Ioſepho, prout cum aliis Hiſtoricis & Scripturis Sacris convenit, allata.

Pari ratione ſubſumere poteſt D Syſloga Polonus *Præſide P. Deckerio* 5 defendens conſtare certiſſimâ ratione, Chriſtum nec Lentulo & Meſſalino Coſſ. nec ullis poſterioribus, ſed antiquioribus aliquibus 25. *Dec.* natum eſſe. Cum certum ſit ex Evangelio, *Chriſtum natum eſſe vivo Herode, non verò mortuo*. Anno vero, quo Cornelius Lentulus & Valerius Meſſalinus Coſſ. præfuere, iam in paſchate defunctus erat Herodes, & filii eius

 Arche-

Archelaus, Herodes & Philippus de Regno Romæ coram Auguſto & Optimatibus Romanorum & pluribus, quam 6000. Iudæorum in templo Apollinis diſceptabant. Igitur nec illo nec ſequentium ullo ſed anteriori aliquo anno Chriſtus fuerit natus. *Antecedens* probatur. Nam Herodes obijt in Paſchate *ſecundùm* Ioſeph. 17. *antiq.* 10. anno 37. poſtquam ipſe à Romanis declaratus fuit Rex. Ioſeph *d.* 17. *antiq.* 10. *& lib.* 1. *de bell. Iudaic. c.* 21. Ipſe verò fuit declaratus Rex *Olympiade* 184. C. Domitio Calvino II. & C. Aſinio Pollione Coſſ. Ioſeph. 14. *antiq.* 25. qui eſt ultimus annus *Olympiadis* 184. Unde deſcendendo ad annum 37. Herodis, efficitur is, quo Cornelius Lentulus & Valerius Meſſala fuere Coſſ. Neque hic Ioſepho errandi locus eſſe potuit, quippe qui illa tunc ſcripſerit, quando plurimi adhuc vivebant, per quos hæc certiſſima & apertiſſima eſſe oſtenderentur, ſi in litem fortè veritas vocaretur, ut in ſimili ſcribit S. Auguſtinus *Epiſt.* 84. *ad Vincentium* 2. quod Ioſephus in teſtimonium ſervatæ veritatis Hiſtoriæ publica in Romano foro ſtatua ſit honoratus à Veſpaſiano & Tito Impp. 3. quod tabulæ authenticæ tum ubique extarent, præcipuè verò Romæ, ubi ſuam Ioſephus hiſtoriam conſcripſit, ut nullo negotio coargui poſſet falſitatis, ſi non vera Ioſephus ſcripſiſſet. 4. quod qui mendacia componunt, non aliorum ſcriptis conſona ſcribunt, ſed quæ ipſis lubent, confingant. Atqui ſup. citata Ioſephi aſſertio reperitur conſentanea clariſſimis veterum monumentis, & uſque adeo non repugnat hiſtoriæ Evangelicæ, ut illam etiam mirè illuſtret.

§. V.

Eadem oſtenditur ex deſcriptione, quæ reperitur in antiquo monumento lapidis Ancyrani & documento Suetonij.

Nam inde primo oſtenditur, *deſcriptionem* Auguſti Imperatoris univerſalem, cujus meminit S. Lucas *c.* 2. *v.* 2. pertinere ad mediam, quam ipſe Auguſtus ſolus ſine Collega, (cum nulla fiat Collegæ in Evangelio mentio.) *Martio Cenſorino & Aſinio Gallo Coſſ.* intercedentem inter *primam*, quam in conſulatu ſuo *ſexto cum Collega genero ſuo M. Agrippa*, & *ultimam*, quam cū Collega *Tiberio*, itidem *genero* ſuo, *Duobus Sextis Coſſ.* vicenis ſemper interpoſitis annis adornaverat. Ter enim tantùm *Auguſtus* in omni ſuo Imperio indixiſſe luſtrum generale, tum *Lapis Ancyranus* apud Gruterum in *antiquit. pag.* 230. *& ſeqq.* tum Sueton. *in Auguſto c.* 27. teſtantur. Hæc autem deſcriptio Univerſalis non uno abſoluta anno, quia ſicuti privati bellici motus impedimento fuêre, ne tertia Iani clauſura eo fieret, quo decreta erat, anno; ita *deſcriptionem*

nem pariter impedierunt, ne primo ſtatim anno in univerſo potuerit agi, nedum peragi in Romano Imperio, tum vel maximè, quia deſcriptio illa plures actus ſupponit ſucceſſivos, nimirum edicti Cæſarei ad loca remotiora tranſportationem, promulgationem, inſinuationem, ſubditorum ex variis & remotis locis proficiſcentium comparitionem, ac demum ipſam omnium & ſingulorum nominum notationem, qui actus in univerſo Imperio, non uno videntur commode potuiſſe expediri anno, prout etiamnum hoc tempore in Imperio noſtro Romano videmus pluſculum temporis requiri & ferè medium annum, ſi ſoli ſtatus ſint conventuri, ut de contributionibus agant. Quantum igitur temporis requiretur, ſi non ſoli ſtatus, ſed ſingulorum ſubditi prius evocandi, eorum nomina ſignanda? Certè non uno videtur anno concludi poſſe. Quare ad unum alterumve annum aut etiam ultra hæc media *deſcriptio* Auguſti univerſalis & ſingulorum capitum duraverit. Atque initio indicta M. *Cenſorino, & Aſinio Coſſ.* fuerit, inde continuata *Cla. Tiberio Nerone, & Calpurnio Piſone. L. Balbo & C. Antiſtio vetere,* ſub quibus Chriſtum natum aſſerit *Keppleru*s, porrò etiam duraverit, dum ipſe *Auguſtus XII.* Cum L. Cornelio Sylla conſulatu fungeretur, ſub quo Chriſtum in hanc lucem editum *Sylloga* Præſide P. Deckerio defendebat.

§. VI.

Eadem oſtenditur ex deſcriptione apud S. Lucam reperta.

Quod illa deſcriptio dicatur *Luc.2.v.2.* πρώτη non intelligenda eſt *abſolute*, ſed more Hebræorum *Comparativè* videlicet; quod ſit prior, ſeu quod præceſſerit deſcriptionem ſub Quirino Præſide factam. Nam alias hanc *Lucæ* deſcriptionem pluribus annis præceſſerat alia univerſalis *Auguſto VI. & M. Agrippa Coſſ.* Vnde hæc Lucæ deſcriptio non poteſt accipi pro abſolutè prima? Adhæc vox πρῶτος, vel πρώτη in ſcripturis ſacris ſignificat ſæpe idem quod *prior*, ut oſtendunt ſequentia loca *Matth.12.v.45. Ibique* S. Hieronymus, *Et fiunt noviſſima illius hominis peiora* τῶν πρώτων, *prioribus.* Matth. 21. v. 34. *iterum miſit alios ſervos plures prioribus* τῶν πρώτων Matth. 27. *error Pejor Priore* τῆς πρώτης. 1. Ioan. 4. v. 19. Deus *prior* πρῶτος *dilexit nos.* Ioan. 1. v. 15. & 30. πρῶτος *prior me erat.* Ioan. 20. v. 45. & Lucæ 6. v. 42. *ejice prius* πρῶτον *trabem ex oculo tuo.* Lucæ 9. v. 59. *Permitte mihi primum vel prius* πρῶτον *ire & ſepelire Patrem meum.* Vide plura loca apud Herevvartum *in Chronolog. c. 241.* Atque ita apud S. Lucam. *c. 2. v. 2.* vocem πρώτη accipiendam oſtendit ac notat interpretatio Eccleſiæ Syriaca; cum per eam vocem קַדְמִיתָא *Kadmita* reddat ac exprimat, quæ vi originis ſuæ prioritatem

7 *Vocis* πρῶτος *ſignificatio in ſcripturis ſacris.*

קַדְמִיתָא

Digitized by Google

temporis denotat. Deſcendit enim à radice קָדַם *Kadam*, quæ in piel קַדֵּם *Kiddem* Syr. קְדָם *Kedem* Arabicè קַדַּם *Kaddam* ſignificat idem, quod prior fuit tempore, præceſſit, anteceſſit, anteivit. Vnde קֶדֶם *Kedem* Chaldaicè קְדָם *Kedam* קוּדִים *Kudim* prioritas temporis קַדְמָה *Kadmah* & Chaldaicè קַדְמוּת *Kadmuth*. ante priuſquā קַדְמוֹנִי *Kadmoni* anteriores derivantur. Vide *Schindleri Lexicon* Retenta hac ſignificatione nihil omnino video quod in textu S. Lucæ mutetur, quin potius ſenſus ipſius colluſtretur, nim. *duob. genitivi textus Græci* ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου ad vocem πρώτη relatis, ut ſignificetur deſcriptio Auguſti *prior* illâ quæ facta eſt præſide Cyrenio. Ita & in latina verſione ablativis Præſide Syriæ Cyrenio, interveniente præpoſitione à vel ab relatis ad vocem *Prima*, non ad verbum facta eſt, more & phraſi Hebræorum deſignabitur prior deſcriptio deſcriptione Præſidis Cyrenij facta, ſeu deſcriptio, quæ præceſſerit deſcriptionem Præſide Syriæ Cyrenio factam, Nam apud Hebræos præpoſitio מִן *à* vel *ab* inter adjectivum & nomen ſubſtantivum poſita conſtituit adjectivum in gradu Comparativo, ita *Eſai.* 12. רַבִּים מִבְּנֵי *multi quam filius*, id eſt plures quàm filij Eccl. 7.1. טוֹב מִשֶּׁמֶן *bonum ab oleo*, id eſt, *melius oleo*. Ita eſt hic Lucæ 2. vox *prima* interveniente præpoſitione à, accipietur pro comparativo. Cum etiam apud Latinos authores Præpoſitio à notet comparationem, Nam ita apud Gellium dicitur, *friget ab illo*, id eſt, *comparatus ad illum friget*, ut advertit Druſius *lib. 2. de Moſche Vethaleh*.

§. VII.

Superioribus non obſtat textus Luc. 3. v. 1. & 23. ubi ipſa vox ὡσεί *explicatur.*

8 Neque eſt, quod quis huic ſententiæ contrariari exiſtimet S. Lucam
c. 3. v. 1. juncto 23. Anno, inquiens *decimo quinto, Tiberij Cæſaris Procurante Pon-*
tio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galileæ Herode &c. *Ipſe Ieſus erat incipiens qua-*
ſi annorum triginta. Tum quia annus 15. Imperij Tiberij computatur, non
poſt, ſed biennio ante ipſius Auguſti obitum, quo Tiberius ab Auguſto in
9 Imperij conſortem *Germanico & Fonteio Capiton. Coſſ.* adſcitus fuit, Suet. *in*
Tiber. c. 20. 21. tum quia vox ὡσεί, ut notat Henricus Stephani *in Lexico ſuo*
frequentius ſignificat ſicut & illic ferè circiter, id eſt, plus minus, Ita *Luc. 1.*
56. *Manſit autem Maria cum illa* ὡσεί *circiter vel quaſi menſibus tribus* & *c. 22. v.*
41. *avulſus eſt* ὡσεί *circiter jactum lapidis.*

Vnde & in hoc & in alijs intelligitur, quod anno 15. Imperij Tiberij Ca-

Cæſaris Chriſtus fuerit circiter 30. annorum, qui verus manet ſenſus etiamſi Chriſtus dicatur fuiſſe unius & triginta annorum.

§. VIII.

Oſtenditur, quo participium ἀρχόμενος apud S. Luc. cit. loc. referatur.

Neque huic officit vox ἀρχόμενος, *incipiens*, quia ipſa non refertur ad ætatem Chriſti, ſed ad ipſius *Doctrinã & prædicationem*. Ita ut, quãdo Chriſtus cæpit docere populum, fuerit circiter 30. annorum, ut patet ex *Luc.* 23. *v.* 5. ubi Iesvs accuſabatur, *quod commoveret populum, docens per univerſam Iudæam, incipiens à Galilæa uſque huc.* 10

Ex quibus palam eſt, locum Evangeliſtæ *S. Lucæ* doctrinæ ſuperius traditæ nihil officere, quin potius ex eo mirè colluſtrari, ut pluribus Hervvartus & Keplerus comprobarunt. Et quis dicet contra fidem Eccleſiæ eſſe, quod ab univerſa Eccleſia non eſt uſu receptum? Annon olim Calendarium Gregorianum non erat uſu Eccleſiæ receptum, nec tamen ideo quis aſſeret, ipſum poſt introductum contra fidem eſſe. Annon libellaticos eſſe aſſerit ipſe Cardinalis, qui clam ſcripto, nõ palam in omnium conſpectu Chriſtum negaſſent. Hæc tamen aſſertio ante ipſum in Eccleſia non fuit uſu comprobata, ut ipſemet, *cit. loc.* atteſtatur. Et tamen nihil ideo contra fidem Eccleſiæ ſenſiſſe eſt dicendus.

§. IX.

Diſquiritur, quid de aſſerta cenſura Cardinalis *Baronij ſit ſentiendum, ac quomodo F. Romani argutiolis in contrarium adductis occurrendum.*

Quod ad aſſertam cenſuram Cardinalis Baronij, ſi ea ipſius eſt, uti non oſtenditur, attinet, tũc notandum eſt, quod ſupra relata Syslogæ aſſertio contraria eſſet Principio ipſius Cardinalis Chronologiæ ipſumque everteret. Quare eam tunc Cardinalis oppugnaſſet. At ſibi ipſi oppugnanti: Reſponderet ipſe Eminentiſſimus Cardinalis *ad annum* 48. *n.* 12. *Condonandum illi (ſi quod & alijs ſanctiſſimis atque eruditiſſimis viris ſæpe accidiſſe reperitur) dum ardentiori ſtudio in (adverſarios) invehitur, vehementiori impetu in contrariam partem actus, lineam videatur aliquantulum eſſe tranſgreſſus.* 11

Commẽta Hayana.

F. Romanus hic iterum plurima per calumniam *allegat.* 500. 501. 502. 503. 504. 505. congerit dicens, *quod non ipſe, ſed illuſtriſſimus Cardinalis Cæſar Baronius hanc Ioannis Decker Spongiam induxiſſet, adeoque ipſe falſi imputationem non meruerit; Adferam autem ego* n. 1. *generale quoddam* Baronij *Monitum* ex annalibus ejuſdem anno 109, n. 51. *deſcriptum, quo exiſtimem meum Deckerium à Cardinali ſpecialiter proſcriptum in Patriam revocari poſſe; ſed noſſe debeam, quod*

per

Digitized by Google

per ſpecialia generalibus derogetur, non cōtra c.1. de reſcript. *quia generi per ſpeciem derogatur, non vice verſa.* reg. Iur. 34. n.6. *& ſtante in cæteris regula, Exceptio ſubſiſtit. Additque illud Polyhiſtoris.* Quandoquidem haud æquanimiter pati poſſumus, quæ ſunt tot tantiſque teſtibus obſignata, levibus quibuſdam conjecturis convelli, *Uti hic fit.*

12 Tum ſubjungit *modeſtius*, inquiens, *hinc ſe extricavit Valentinus Mangionius* Theor. q.2. n. ſuo 100. *aſſerens* Deckerium ſolum velitandi gratia Theoremata illa propoſuiſſe. *Ego autem mordicus Deckerium propugnem. Et quia dico Theſes illas de anno Chriſti Domini nati à Sysloga Polono Præſide tantum P. Ioanne Deckerio ſcriptas ac defenſas eſſe, pedem referam* &c. *Sed ſi ita eſt, cur Theoremata illa prodiere Gracij auctore Ioanne Deckerio Societatis* IESV *Anno* 1605. *Quapropter & Baronius authorem nominat probatum, eruditumq; Sacerdotem, qualis tum temporis nō erat Sysloga Polonus. Deinde quid ſibi vult illud Præſide tantū Deckerio, quaſi minor ſit culpa Præſidis, quam defendentis, utique plus delinquit mandans, quam mandatarius, qui non erat alias facturus, & ſic ipſe deliquit, & fecit alium delinquere, quod eſt gravius, ut ait Dec.* in l. quis in jus. ff. de R. I. *Ejus vero nulla culpa eſt, cui parere eſt neceſſe* L. is damnum ibid.

Poſt hæc aliqua *ex Aſtri Eclipſi* recenſet, quibus *n.6.* ſubjungit, *quod petam fundamentum ex authore Ioſepho Iudæo (cui errare non licuit in libris antiquitatum & de bello Iudaico.)*

13 *Cum tamen is à Iacobo Gordono Scoto è Societ. Ieſu.* tom.2. ſuæ Chronologiæ c.2. Apparatus in fin. *de Ioſepho ſcribat.* Quod attinet ad Chronologiam, Ioſephus *lib.18.c.1.& 3.* refert hanc orbis ἀπογραφὴν, de qua *Luc.2.* ad Annum Auguſti minus congruentem huic ſupputationi allatæ & veræ Chronologiæ, Herode nempe iam mortuo, quem proinde lapſum eſſe, quotquot rectè ſentiunt, obſervant & inter alios Baronius *in apparatu* & Maldonatus *Luc.2.*

Ioſephi authoritas oppugnatur.

14 Deinde recenſet F. Romanus aliquot Ioſephi lapſus, de quibus cum hic non ſit agendi locus, cum ſuis imputatis erroribus aliò ablego. Et recenſet Baronium, Salianum, alioſq;, qui Ioſephum de mala fide & erroribus redarguant, Ut proinde in illo nimis lubricum ponatur fundamentum.

15 Porro F. Romanus *n.10. ibid.* ait, quod *non refragetur, Herodem, anno Regni ſui 37. mortem oppetiiſſe, ſed eos Annos ab Actiaca pugna computandos eſſe cum Baronio & Gordono dicit, quando Auguſtus devicto Antonio (à cuius partibus ſteterat Herodes) veluti legitimus & unicus Orbis Imperator reconciliato Herodi regnum conceſſit anno* ab urbe condita 722. *anno* Iuliano 15. *ante Chriſtum natum* 28. *Cum ex Evangelio conſtet, eum poſt natum Salvatorem in Octavum annum ſupervixiſſe. Denique Ioſephus* nec lib.1. de bell. Iudaic. c.21. nec lib.17. antiq c.10. *ait, (ut ego ipſi imponam) Herodem obiiſſe anno 40. Auguſti, cum etiam ex dictis certum fiat, eum à prima ſua in Regem Romæ factâ creatione uſq; in 48. annum Auguſti ſupervixiſſe, iubetq; ut videam plura de his apud Baronium, Pererium & inprimis Gordonū, qui præ cæteris accuratiſſime differentias antiqua Chronologia digeſſit & compoſuit.* Hic

Opinio F. Romani de annis Herodis.

Iterum *ibid. n.*11. aliqua ex meis F Romanus mutile tamen recenſet, iiſque 16
*n.*12. ſubjicit, *Quod ego tribus vicibus Hebraiſmum intrudere nitar S. Lucæ Evangelium ſuũ non Hebraicè ſed Græcè ſcribenti, ac ſi ibi præpoſitio (à) neſcio quid operaretur. Cũ tamen in Græco S Lucæ nulla ſit omnino Præpoſitio, & clariſſimus textus evincat, illam ipſam deſcriptionem, ſub qua natus eſt Chriſtus, non eſſe aliam, quàm quæ à Præſide Cyrino facta deſcribitur* &c. *En ſole clariorem textum Evangeliſtæ.*

> Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίȣ.
> Hæc deſcriptio prima facta eſt Præſide Syriæ Cyrino.

Et hoc modo ſine præpoſitione (à) habẽt Biblia regia anno 1572. Antwerpiæ 17
accuratiſſimè edita in tomo continente novum teſtamentum Græcè. *Eſt enim ille Genitivus* ἡγεμονεύοντος *genitivus abſolutus & ſignificat exiſtente Præſide Syriæ Cyrino. Quæ enim Latini in ablativo abſoluto enunciant, hæc efferunt Græci in genitivo, prout dicit, me & P. Deckeriũ doceri poſſe ex Græca* Syntaxi *Iacobi Gretzeri*. c. 14. in genitivo abſoluto.

*N.*13 *ait, Eandem Phraſin & modum loquendi uſurpat identidem S. Lucas, mox* ſequenti c. 3. Ἐν ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίȣ Καίσαρος, ἡγεμονεύοντος ποντίȣ πιλάτȣ τῆς Ἰȣδαίας, καὶ τετραρχȣ̃ντος τῆς γαλιλαίας ἡρώδȣ, φιλίππȣ δὲ τȣ̃ ἀδελφȣ̃ αὐτȣ̃ τετραρχȣ̃ντος τῆς ἰτȣραίας καὶ τραχωνίτιδος χώρας, καὶ λυσανίȣ τῆς ἀβιληνῆς τετραρχȣ̃ντος. &c. *Quæ ad Verbum ſic efferũtur.* In anno autem quinto decimo Imperii Tiberii Cæſaris Præſidente Pontio Pilato Judeæ & exiſtente Tetrarcha Galilææ Herode, Philippo autem Fratre ejus exiſtente Tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis & Lyſania exiſtente Abilinæ Tetrarcha &c. *Vbi eundem Genitivum* ἡγεμονεύοντος *prædicta biblia regia verterunt Latinè* Præſidente Pontio Pilato, *Talem autem Ablativum ſeu Genitivum abſolutum importare conditionem utique temporis & perſonæ docet Rota* deciſ. 492. n. 7. apud Olivet. Beltram. & deciſ. 47. n. 1. apud Coccinum. *Et ſanè quid opus erat in Evangelio hoc loco facere mentionem Cyrini, ſi eo præſide hæc deſcriptio non facta? ſi alius eo tempore Præſes Syriæ fuit, cur omiſſo Cyrino S. Lucas eum non expreſſit? Quid ad præſentem deſcriptionem Præſes primum poſt ánnum* 12. *vel* 16. *in Syriam miſſus? Si igitur ex ipſiſſimis verbis S. Lucæ (niſi violenter alio torqueantur) ſole meridiano clarius elucet, deſcriptionem tempore nati Chriſti Domini factam, vere factam fuiſſe Præſidente Cyrino Syriæ, & Hebraiſmum illum meum in Helleniſmo S. Lucæ locum non obtinere &c.*

Abbatium erroneè F. Romanus.

18

*N.*14. *pergit Nihilominus* inquiens *Interpres, qui S.* Lucam *vertit in latinã vulgatam, non malè præpoſitionem (à) inſeruit, quia deſcriptio illa non tantum Præſidente Cyrino Syriæ, ſed etiam ab ipſomet Cyrino in Syria facta eſt, ita ut hæc præpoſitio ſenſui Originali nihil officiat, niſi in heteroclitum trahatur ſenſum* &c. *Quod autem dicam duos Genitivos textus Græci*

giſtrat. Rom. tit. de Cēſotib. *Luc. Feneſtella* de eiſdem c. 17. *Varro & alii. præterea provincia duntaxat Communiter adminiſtrandæ Tiberio decreta fuerunt, non exercitus, non Romanum Imperium, non Roma totius Imperii caput. Aliud igitur eſt fuiſſe creatum cenſorem, & aliud adſcitum fuiſſe in conſortem Imperii. Quin & Tribunitiam dignitatem eidem Tiberio reſtitutam meminit* Dio lib. 56. ad annũ V.C 766. Qui fuit Auguſti Imp. 56. & ultimus. *De nomine autem Imperatoris velut Auguſti in Imperio Collega Tiberio ante mortem Auguſti tributo, nec Sueton. nec Tacitus, nec Dio, nec ullus alius hiſtoricus illorum temporum meminit, qui utique rem tantam ſilentio non prætermiſſent ſi quid tale contigiſſet. Omnes vero ſcribunt, Tiberium Auguſto ſucceſſiſſe; Acceſſiſſe nemo.* F. Romanus erroneè contingiſſet.

Num. 17. *Quin & Dio narrat in funere Auguſti* Tiberium *velut ipſius Filium adoptivum ex roſtris orationem funebrem ſcriptam recitaſſe, quam Elegantem* refert ibidem lib. 56. addens in principio lib. 57. *Tiberium etiam poſt mortem Auguſti repudiaſſe oblatum nomen* Imperatoris, *ac multo magis Auguſti; unde & Tacitus* lib. 1. Tiberius, *inquit*, cuncta per Conſules incipiebat, tanquam vetere Rep. & ambiguus regnandi; ne Edictum quidem, quo Patres in Curiam vocabat, niſi Tribunitiæ poteſtatis præſcriptione poſuit, ſub Auguſto acceptæ. *Accedit quod omnes hiſtorici unanimiter teſtentur, Tiberium mortuum eſſe Anno Imperii ſui 23. currente. Ita Joſephus* ubi ſup. *Sueton.* in ejus vita cap. 4. à fin. *Dio* in fin. lib. 18. *Tacitus* in fin. lib. 10. *Baron. & Gordon.* ad annum Chriſti 39. *Hoſque 22. Annos Imperii Tiberii omnes computant à morte Auguſti, nullus à biennio ante aliàs debuiſſent dicere, eum mortuum anno Imperii ſui 25. Id ipſum Clariſſimè confirmatur ex morte Auguſti, quem* d. lib. 56. *Dio diſertè ſcribit poſt pugnam Actiacam per annos 44. uſque ad obitum ſuum ſolum, adeoque ſine conſorte Romanum Imperium tenuiſſe, Ejus verba ſunt* Ζήσας μὲν πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ἕξ, καὶ εἴκοσι, ΜΟΝΑΡΧΗΣΑΣ δὲ, ἀφ' οὗ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ ἐνίκησε, τέσσερα καὶ τεσσαράκοντα ἔτη, δεκατριῶν ἡμερῶν δέοντα. *Hæc Dio* poſt Tacitum. *Conſentit Clemens Alexandrin.* lib. 1. Stromat. & *Joſephus* lib. 18. antiquit. cap. 3. *Vbi Auguſto Socium & participem Imperii præter devictum Antonium concedit neminem Hinc evincitur, merum figmentum eſſe, quod annus 15. Imperii Tiberii Cæſaris in Evangelio S. Lucæ computetur non ab obitu Auguſti, ſed biennio ante ipſum obitum, cum id biennium Imperii in rerum natura nunquam extiterit, nec ab ullo Hiſtorico traditum unquam inveniatur &c.* 21 Dio. F. Romanus erroneè tenuiſſe. 22

Nec relevat errantem Græca vox ὡσεὶ *à qua Patrocinium imploro, quanam enim ratione Chriſtus Dominus à Sancto Luca dici potuiſſet* 23

fuiſſe annorum circiter vel quaſi 30. *quando ſecundum me & Deckerium jam tum agebat ætatis annum* 33. *&* *paſſus* 36. *quòd piorum aures nec audire ſaltem patienter admittunt; Par erat revera, dignumque* (ut *graviter infert Baron* loc.citat.) *probatos eruditosque Sacerdotes , horum authores & propugnatores non circumferri omni vento doctrinæ , ſed inſiſtere omnium SS. Patrum Veſtigiis , ad quos erroris convincendos vel ſufficeret ſolus Ignatius Martyr Epiſt.* ad Trallianos *de Chriſto ſic ſcribens:* καὶ τρεῖς δεκάδας ἐτῶν πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου. *& tres annorum decades complens Baptizatus eſt à Ioanne; moxque ſubjungit:* & ubi triennio Evangelium prædicavit, Judicatus eſt , *quas S Ignatii Epiſtolas Baronius* ad annum Domini 109, *ait magno Dei conſilio inter tot naufragia ſcriptorum conſervatas eſſe.*

Quod porrò vox ὡσεὶ *apud me ex* Lexico *Henrici Stephani frequenter ſignificet ferè, contra me eſt : ſequeretur enim hic Chriſtum Baptizatum necdum fuiſſe omnino* 30. *annorum Nam adverbium* ferè (*ut ipſum Calepinus docet*) *idem ſignificat quod pene , hoc eſt parum abeſt quin. Ferè hominem occidiſti*, id eſt, *parum abfuit , quin hominem occideris* Ita Cale-
24 *pinus* Fr. Rom*ani ſententiam denique contra me & Decker. tenent , ac roborant Baron.* in apparatu & anno Chriſti 31. *Sanctus Chryſoſtom.* homil. 10. in Matth. *Euthym.* in Matth. cap. 3. *Beda* de ratione temporum cap. 45. *Bernard.* Sermon. 1 de Epiphan. *Salmeron. prolixe* proleg. 37. de ætate Chriſti; *Iacob Gordon.* Chronol. tom. 2. c. 2. & 3. *Scaliger.* lib. 3. Cano. p. 3. num. 102. S. *Hieronym.* in Iſa. c. 2. & Daniel. 9 *Irenæus contra Hæreſes*, lib. 3. c. 25. *Marianus Scotus, aliique plures. Favet ipſiſſima particula* ὡσεὶ. Erat quaſi annorum 30. *Iam enim per* 7. *aut amplius dies Chriſtus Dominus exceſſerat annum ætatis* 30 *quando erat incipiens, ut loquitur Evangeliſta.*

25 *Num* 19. *Ad argumenta mea in contrarium pro* Joſepho *Reſpondet*, ad 1. & 3. *eaſdem rationes multo magis militare pro Sancto* Luca *contra Joſephum , cui errandi locus longè minus eſſe potuit , quippe qui ſcripſerit primo à Spiritu Sancto & infallibili veritate ſibi dictata.* 2. *à Beatiſſima Virgine Maria certam omnium notitiam habente , narrata.* 3. *ab Apoſtolis, aliiſque Chriſtianis, qui eodem cum Chriſto tempore vixerunt , tradita , quando adhuc longè plures vivebant , per quos hæc certiſſima , & apertiſſima eſſe oſtenderentur , ſi in litem forte veritas vocaretur.* Certe *Sanctus* Lucas (*quem quaſi Secretarium Beatiſſimæ Virginis fuiſſe, ab eaque ſalutationem Angelicam , Cantica Magnificat, Zachariæ, Simeonis , aliaque didiciſſe , quæ Maria conſervabat conferens in corde ſuo Sancti* Patres *tradunt*) Caput 1. *Evangelii ſui his verbis orditur?* Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt rerum, ſicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi

F. Romanus conatur ad argumenta mea reſpondere.

S Lucas Secretarius B. Virg ſcripſit Ave, Magnificat, Benedictus, Nunc dimittis.

Digitized by Google

ipſi viderunt,& miniſtri fuerunt ſermonis; Viſum eſt & mihi aſſecuto omnia à principio diligenter ex ordine tibi ſcribere optime Theophile, ut cognoſcas eorum verborum,de quibus eruditus es, veritatem. *Quis autem abinitio ipſe vidit & interfuit ſalutationi Angelicæ, viſitationi Eliſabethæ, Purificationi, Cum Simeone in templo prædictis Canticis, deſcriptioni Præſidis Cyrini, & dato Cenſui in Bethlehem, Nativitati Chriſti Domini,eiuſdemque diſceſſioni à matre ex* Nazareth *ad Ioannem Baptiſtam in Iordane baptizantem. Quis, inquit, his & ſimilibus à S. Luca deſcriptis* αὐτόπτης*, ut ait ipſemet interfuit,ipſemet vidit & Lucæ narravit,mortuo dudum S.Ioſepho præterquam ſacratiſſima Dei Mater & Virgo* MARIA? *teſtis revera omni exceptione maior.*

Adde quod S. Lucas Ioſepho Iudæo multo antiquior fuerit ætate & ſcriptione,unde & præſumuntur Viciniora ſuo tempori,inter Chriſtianos aſſiduè verſanti,magis& melius perſpecta fuiſſe. Anno Chriſti 39.*ut docet Baron. Petrus Apoſtolus Antiochenam fundavit Eccleſiam,ibique Cathedram tenuit annis* 7.*Euſeb.*in Chron *Novennio poſt* anno videlicet Chriſti 48 *Itidem habet Baron. B.Virgo ad filium in cælos aſſumpta fuit.Intra hoc novennium, ſi non prius oportet S.Lucam medicum Antiochenum ad fidem Chriſtianam maturè Converſum,& omnia ſupra dicta aliaque à B.Virgine & Apoſtolis edoctam eſſe,quo tempore Flav. Ioſephus adhuc infantem ſe fuiſſe* in vitâ ſuâ *perhibet, quippe qui ſe dicat natum anno* I. C. *Cæſaris mortuo iam Tiberio,qui eſt ipſiſſimus Chriſti annus* 39.*quo S.(ut dixit ipſe F.Romanus) Petrus Antiochenam fundavit Eccleſiam Ioſepho dein duodenne Lucas Troade iam S.Paulo adhæſerat;Comes itinerum factus individuus & Evangelium teſte S.Hieronymo ſcripſit* Anno Chriſti 38.*in Achaia & Bœotiæ partibus,adeoque* 35.*annis prius quã Ioſephus ſuas Romæ abſolverit antiquitates,quibus finẽ impoſuit* 96 *anno poſt deſcriptionem primam Syriæ Præſidis Cyrini & natum Salvatorem mundi.* 26

*Quiſnam verò Theophilus fuerit,cui Lucas ſuum Evangelium & Actus Apoſtolorum inſcripſit,liquidum non eſt; Plerique cum Baronio Coniecturantur,fuiſſe virum nobilem & Primarium Antiochiæ, qui à S. Petro ad Chriſtum converſus Domum ſuam in Eccleſiam Conſecrari voluit,in qua S.Petrus conventus Chriſtianorum agens primariam ſuam Cathedram poſuit, ut narrat S.Clemens Roman.*lib.10.Recognit c.ult. *ita Cornelius à Lapide* in c. 1.v.3.Lucæ.*Gordon.*in Anno Chriſti 58. *Quod ſi ita eſt, ut probabile ſit, quomodo Lucas in illa prima deſcriptione ſub Præſide Syriæ Cyrino potuit errare, quando adhuc Antiochiæ multi Vivebant. qui Lucæ Evangelio contradicere potuiſſent, ſi res aliter habuiſſet; Nullibi enim Syriæ præſides commodius, quam Antiochiæ veluti Syriæ, imò totius Orientis Metropoli, ac primario loco ſedem fixiſſe credendi ſunt. Et quis dubitabit, illud Evangelium, etſi Theophilo ſoli veluti gentili & familiari inſcriptum, ab omnibus* 27

Digitized by Google

tamen Chriſtianis Antiochenis avidè lectum & approbatum fuiſſe, penes quos authenticæ tabulæ, imò recens memoria Primi Cyrini deſcriptionis vigebat, ut nullo negotio falſitatis argui potuiſſet Evangelium, ſi tam in deſcriptione Cyrini quam in anno 15. imperii Tiberii Cæſaris non vera ſcripſiſſet.

28 *Ad 2. arg. conatur Reſ. F. Rom.* *Num. 22. Ad 2. Reſpondet, quod Ioſephus in teſtimonium ſervatæ veritatis hiſtoricæ publica ſtatua Romæ à Veſpaſiano & Tito honoratus fuerit, nihil ad rem facere, cum ex prædictis in aperto ſit, Ioſephum in pluribus à Scopo veritatis deviaſſe. Neque enim hi Principes ſingulas Ioſephi ſententias ad trutinam expenderant, ſua laude & potiorum rerum obtenta notitia contenti, Quinimò Statua illa Romæ non fuit erecta Ioſepho propter libros antiquitatum (quos potiſſimum pro me allego) Nam mortuo dudum Veſpaſiano & recens Tito (ut refert Baron.* ad annum Chriſti 84.) *Imperante iam Domitiano Ioſephus Romæ agens in magna gratia bene utens hoc otio, animum ad ſcribendos libros de antiquitatibus applicuit. Idem in* Vita ſua in fin. *Unde ſequitur, illos à ſtatua ſibi in foro dudum erecta, nihil teſtimonii accepiſſe, niſi velim dictos Imperatores, Ioſepho teſtimonium veritatis anticipando perhibuiſſe, de libris modo poſt multos annos componendis & evulgandis &c.*

29 *Ad 4. arg. F. Roman.* *Num. 23.* Ad 4. *Quod qui mendacia componunt, aliorum ſcriptis non conſona ſcribant, iam ſat reſponſum. Unde Baronius* in d. apparatu, *Huius,* inquit *nobiliſſimi cenſus memoriã, non extare in Romana Hiſtoria, mirum non eſt, cum Livii & Dionis eius temporis hiſtoria interciderit. Tacitus annales inchoet à Tiberio, Suetonius carpens multa tranſiliat, ſed omnino extitiſſe eius cenſus tabulas in Archivo Romano atteſtantur Iuſtinus Martyr.* orat. ad Anton & *Tertullianus* contra Marcionem. 4 c. 7. *Hæc ille.*

30 *Num. 24.* Ad *voculam* πρώτη *demum quod ſpectat, quam S. Lucas uſurpat Hæc deſcriptio prima &c. inaniter me fatigo,* num. 6 *F Romanus enim ultro concedit, hanc fuiſſe mediam inter primam & tertiam. Primam,* inquit, *quando Pompeius Viginti & amplius annis ante Chriſtum natum capto Hieroſolymis templo, Iudæos Romanis fecit tributarios, ſeu vectigales, à quo tempore cœperunt capite cenſeri, & tertiam, quam relegato Archelao Cyrini ſubdelegatus Coponius Iudææ præſes Auguſti juſſu perfecit; Nominare autem potuit S. Lucas mediam Primam, quia fuit prima, qua Iudæi à Romano Imperatore deſcripti ſunt 2. Vel qua totum Imperium* Romanum *concluſum eſt.* 3 vel *forte etiam de ſolvendo didrachmo, de* quo *Matth* 17. *verſ.* 25. ita *Gordon.* 2. Chronol. cap. 2. circa fin. 4. *Scaliger ad annum Euſebii* 2016. *Baron.* in apparat. num 28. *Cornel. à Lapide,* in cap. 2. Lucæ, *aliique volunt vocari primam, quia ab eodem Cyrino bis admiſſo in Iudæam duæ habitæ ſunt deſcriptiones ſed una erat univerſalis ſub Chriſto nato, altera tantùm Iudæorum, Cum pulſus eſt Archelaus, tunc ſubdelegato ſibi Coponio, de qua Ioſeph.* antiq. lib. 18. cap. 1. & 3. *Gordon* loc.

cit.

cit. *Hinc de priori Lucas* Exiit edictum à Cæſare Auguſto, *ut deſcriberetur universus orbis, adeoque inter deſcriptiones universales, quæ ſubſequi poterant, illa ſub Christo nato fuit Prima. Ita Paulus Oroſius, Beda, Maldonatus, Ianſenius, Toletus, Franc. Lucas apud Cornel à Lapid* in c. 2. Lucæ v. 2. *Vnde uerū dicit, me convinci, quod doceā hanc Luca deſcriptionem pluribus annis præceſſiſſe aliā universalem Auguſto* VI. *& M. Agrippa* Coſſ. 5. vel *forte primā nominavit Lucas qua deſcriptus ſit Ieſus filius Dei. Quocirca d. Cornel.* in cit. c. 2. Lucæ v. 3. in fi. *Hinc patet, ait, Christū deſcriptum fuiſſe non ſtatim à nativitate, ſed octavo die poſtquam circumciſus eſt, In circumciſione enim indeitum more communi eſt illi nomen IESVS, quod aſtantibus Bethlemitis, qui erant ex ſtirpe David in Tabulas publicas, quas Cyrinus ad Auguſtum transmiſit relatum eſt ſcilicet IESVS Mariæ Filium natum in Bethlehem, prognatum eſſe ex David Ita Iuſtin.* Apol. 2. ad Anton. Piū *Origenes, Theophilactus & Euthym.*

Sed nec illud prætermittendum quod illud πρώτη *à S. Luca Græce poſitū & in ſeipſo lucidiſſimū interpretari coner ex linguis obſcurioribus per textū Syriacū, Arabicum Chaldaicū, & Hebraicum dicamque Syriacam interpretationem ibi reddi & exprimi per vocem* קַדְמַיְתָא *veluti qua deſcendat à radice* קדם *quæ in piel* קָדֵם *& Syriace* קדם *Arabice* קְדַם *unde chaldaice* קדם קדים *prioritas temporis deriventur Quatuor linguis, ut videre dicit Lectorem, loquar, ne una litera mutata, ut doceam me tot linguarum peritum ex lexico Schindleri tres literas Hebraicas, ſexies deſcribere potuiſſe Si nulla dictarum quatuor linguarum in hac voce differentia eſt, quid opus fuit toties eaſdem literas radicales diverſis linguis attribuere? aut ſi in vocalibus linguæ ſecernuntur, cur vocales ſeu conſuetas Hebræorum & chaldæorum notas ſive puncta non adjeci, ut linguarum diverſitas Lectori conſtaret &c.* 31

Quapropter etiam omnibus meis linguis nihil probē, qui ſi aliquid demonſtrare vellem, deberem docere, vocem πρώτη *vel* קדם *ſignificare prioritatem excluſo primo, ſeu principio, id quod non poſſum;* Nam verbum קָדַם *& inde* קֶדֶם *non modo ſignificat antiquitatem, prioritatem, ſed & principium, initium Item ab Oriente, ut habet Lexicon Sant. Pagnini in bibliis regiis,* fol. 107. col. 2. *Vnde* Gen. 2. verſ. 8. *ubi vulgata legit, plantaverat autem Dominus Deus Paradiſum Voluptatis à principio, textus Hebræus habet ex hac radice ab Oriente, ſimiliter in lingua Syriaca vox* קדם *non tantum Prioritatem, ſed & principium. Primum, & primam ſignificat, ut habetur ibid* in lexico Syro Chaldaico fol. 169. Ta. et *quod ego nomina Syriaca non Syriacis ſed hebraicis literis deſcripſerim. &c.* 32

Verum cū F. Romanus Societatē noſtrā carpere ac ſpeciatim P. Deckeriū rodere intendat, certè decuiſſet eum prius examinare, utrum vera eſſent, de quibus 33 *Diſcutiuntur.*

Digitized by Google

quibus illos erat reprehenſurus, nec peiora ipſiſmet hæreticis affingere, quæ nunquam eſſet probaturus.

Deinde quod ad regulã illam juris ſpectat, quod ſpecialia generalibus derogent, nõ econtra, huc impertinentiſſimè allegatur, ubi quis pluribus quæſtionibus peculiariter pertractans ſubiicit non tam generalẽ, quàm univerſalẽ clauſulã, *qua proteſtetur, quod ſi in iis alicubi aberrarit, aut veritatem non fuerit aſſecutus, quã Catholicà tenet Eccleſia, illud nolit dictũ*. Cuiuſmodi clauſula quoad verba quidẽ videtur eſſe generalis, re ipsâ tamẽ nõ tã generalis quã virtute ſpecialis eſt, omnia ſpecialia puncta illius tractatus continens, per not Barbol. *in tract. de clauſ Clauſula generalis*, & ſi alicubi fuerit erratũ, illi etiã ſpeciatim derogare, cũ per illam proteſtans & reſervans ſuam in ſingulis etiã ſpecialibus punctis à ſe propoſitis declaret mentem ꝙ non intendat in iis omnibus & ſingulis veritati præjudicare, ſed meliori informationi acquieſcere ſit paratus. Quomodo igitur regula, *quod ſpecialia generalibus derogent*, non econtra, poſſit huc applicari, præter F. Romanum videt nemo.

34 *Cum P. Deckerio facit ſacra & profana hiſtoria.*

Similiter nec verũ eſt, ꝙ P. Deckerius levibus coniecturis conteſtata convellat, quin potius idẽ contra F. Romanũ retorſerit, quod quæ ipſe graviſſimis ſcriptorũ etiam ſacrorũ teſtimoniis primorum ſæculorum vallaverit, F. Romanus ex Grammatica Gretſeri Græcâ malè intellectâ, aliiſq; levibus divinationibus auſus ſit impugnare, ut proinde à F. Romano contra P. Deckeriũ Polyhiſtor malè applicetur; quin potius ille cõtra ipſũ F. Romanũ retorquẽdus veniet.

35 *Ad P. Valẽtinum Reſp.*

P. Valentinus Mangionius quando *Theoremata de anno ortus ac mortis D. vocat velificationẽ*, veritatẽ proponit, nihilq; à me, vel alio diſcrepat, quia ipſa diſputatio Theologica Græcii habita ſic inſcribitur *Velificatio*, ſeu *Theoremata de anno ortus ac mortis Domini, deque univerſa IESV Chriſti in carne Oeconomia. Quæ ad Baccalaureatus in ſacra Theologia Lauream in Alma Gracenſi Academia in diſputationem adducit Reverendus Dominus & Eruditus artium liberalium ac Philoſophiæ Magiſter Laurentius Sysloga Polonus Præſide R.P. Ioanne Deckerio Societatis IESV SS. Theologiæ Doctore ac dictæ univerſitatis Cancellario &c. Græcii excudebat Georgius Widmanſtadius 1605*. Cui ego duntaxat addidi, quod nullum hactenus argumentum adductum ſit, vel etiam per F. Romanum adducatur, quo Theoremata illa Syslogæ ſub P. Deckerio defenſa refellantur.

36 Quod autẽ ego Theoremata à Sysloga Polono Præſide Ioanne P. Deckerio defenſa propono, non propterea, quemadmodũ me perperã & imperite inſimulat F. Roman⁹, pedẽ referre aut d. fratri cedere dici vel præſumi poſſũ.

Adhæc nec verum oſtendit F Romanus, quod Theoremata illa prodierint Græcii auctore Ioanne Deckerio Societ. Iesu Anno *1605* Cum ipſorũ *inſcriptio & titulus nomen Patris non veluti authoris ſed Præſidis referat*, ſub quo Reverendus D. *Laurentius Sysloga* ea in diſputationem adduxit. Hanc inſcriptionem ſi F. Romanus accuratius examinaſſet, haud dubiè P. Deckeri reprehenſione abſtinuiſſet.

Card

Digitized by Google

Card. Baronius haud ullum eâ in re F. Romano præſtat Patrocinium, Cum ipſe ſimilia ſuis annalibus nõ prodiderit. Quod autem poſtea in Editione Colonienſi Baronii, fiat mentio Venerabilis ſacerdotis authoris theorematum, non videtur à Card. Baronio profectum, ſed ab alio quodam intruſum, cum neque Baronii ſtylum ſapiat, neque etiam Theorematum veritatem exprimat, ita ut quiſquis ea Baronii operibus intruſerit, oſtendat ſe Theoremata illa nunquam legiſſe, quemadmodum non nemo ſuo tempore docebit. 37 *Ad Card. Baron.*

Et poſito, nõ conceſſo, ea Baronii eſſe, tamen decuiſſet cogitare facti interpretationem plerumque etiam prudentiſſimos fallere. *l. 2. ff. de iur. & fact. ignor.* 38

Argumentum F. Romani non concludit, nec enim ſequitur; P. Ioannes Deckerius fuit diſputationis iſtius Præſes, ergo etiã eſt author, ut bene obſervarunt Ioães Kepplerus *in tract. ſuo de vero anno natali Chriſti in Proœmio*, & Hervvart. *in Chronolog. c. 233.* licet bene inferatur, ergo P. Deckerius etiã eam defendit ſententiam. At quid inde? Ergo Ioannes Deckerius deliquit, ita ſine ullo *antecedente*, contra omnem rationem imperitè & calumnioſè F. Romanus infert ex nihilo aliquid & quidem peccatum commiſſionis inducens.

Porrò verum non eſt, quod ego cum P. Deckerio in vnico *Ioſepho*, cui errare non licuerit, meum jaciam fundamentum, cum contrarium ex ſup. propoſita deductione appareat, quamvis & Ioſephi authoritatem allegarim, quod ipſe teſte S. Auguſtino *Epiſt. 84. ad Vincentium maximi fieret*, quodque in facto publico, eoque notorio recenti omnium oculis, auribuſque expoſito veritatem celaturus aut non proditurus minimè probabiliter aut veriſimiliter præſumi aut credi poſſet. Vnde ſi qui in Ioſepho circum antiqua, aliaque privata facta ex Gordono, Baronio aliiſve oſtendantur irrepſiſſe errores, illi factorum recentium veritatem aut etiam veriſimilitudinem minimè poſſunt in dubium revocare, adeoque quando F. Romanus Veritatem aut ſaltem veriſimilitudinem impugnat, ſpeciem aut imaginem falſi obtrudere videtur, per not. Barboſ. *Axiom. veriſimile. 223. n. 5 & 6.* 39 *Ad Ioſephũ R.*

Pro veritate autem ulterius oſtendenda ſciendum eſt, quod variæ ſint Chronographorũ *de anno natali Chriſti opiniones*. Cõmuniter enim cõputant annos Chriſti nati *anno urbis Condita* ſecundum computationem Dionyſii. 752. à Cõſulatu Cornel. Lentuli & C. Calphurnii Piſonis *Euſebius* in *Chronico* & cũ eo S. Hieronymus S. Proſpe, Clemens Alexandrinus, Irenæus, Caſſiodorus, Severus Sulpitius, Marianus Scotus tradunt Chriſtum natũ *anno 42. Auguſti*. à conſulatu ſuo natũ; Alii volunt Chriſtum natũ *Aug. Cæſare 13. & M. Plautio Sylvano* Onuphr. Téporar. Gordon. in Chronol. ſuis Tertullianus in eo libro, quem cõtra Iudæos ſcripſit *anno 41. Auguſti*. Baronius, Gerardus Mercator, Buntingus, Chriſtophorus Helvicus *anno 40. Auguſti*, 40 *Opiniones variæ de anno natali Chriſti.*

Digitized by Google

Chriſti nativitati aſcribunt, adeoque volunt, *C. Cornel. Lentulo Geta & M. Valerio Meſſala* Coſſ. natum. At Syſloga, Deckerius. Hervvartus annum Auguſti 38. Auguſto *Cæſare XII & L. Cornelio Sylla* Coſſ. & denique Keplerus annum Auguſti 37. *D. Lælio Balbo & C. Antiſtio Vetere* Coſſ. pro nativitate Chriſti deputarunt, ſingulorum ſententiam proſequi, non eſt hujus loci, nec mei propoſiti, Ajo ſolum illius controverſiæ deciſionem à Chronologis doctioribus peti *ex S. Lucæ cap.* 2. *v.* 1. 2. *ejuſque circumſtantiis ibid. allatis.*

41 Ita enim Evangeliſta loquitur. Ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος, &c. Vulgata verſio habet, *Exiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur Univerſus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt à Præſide Syriæ Cyrino.* Cōſtat autē ex Suetonio *in Octavio Auguſto c.* 27. *ſub fin.* quod Auguſtus cenſum populi ter egerit, *primum* ac *tertium* cum collega, medium ſolus, prout ipſemet Auguſtus in Indice rerum à ſe geſtarum notavit, quem voluit incidi ſeu inſculpi in æneis tabulis, atque ante Mauſolæum ipſius Auguſti ſepulchrum ſtatuere, teſte Suetonio *cap. ult. vita Octaviani Auguſti & ibid* Beroaldo *in not.* Sic enim inquit, *cit. loc.* Suetonius, *De tribus Voluminibus, uno mandata de funere ſuo complexus eſt: altero indicem rerum à ſe geſtarum, quem vellet incidi in æneis tabulis, quæ ante Mauſolæum ſtatuerentur. tertio breviarium totius imperii quantum militum ubique ſub ſignis eſſet, quantum pecuniæ in ærario & fiſcis & vectigaliorum reſiduis, adjecit & libertorum, ſervorumque nomina, à quibus ratio exigi poſſet.*

42 Hunc Indicem ſeu ſeriem rerum geſtarum exhibet nobis Ianus Gruterus *in antiquis deſcriptionibus pag.* 230. Andreas Scotus *in Scholiis ſuis ad Epitomen Aurelii Victoris*, notiſque poſtea illuſtravit Iuſtus Lipſius, ex quo paucula loca diuturnitate & injuria temporum obſoleta, corraſa, diverſo Charactere Ciceroneano reſtituuntur. Ita verò ſe habet, quod quidem ad rem præſentem ſpectat

Series

I.

RERUM GESTARUM DIVI AUGUSTI QUIBUS ORBEM TERRARUM IMPERIO POPULI ROMANI SUBIECIT ET IMPENSARUM QUAS IN REMPUBLICAM POPULUMQUE ROMANVM FECIT INCISARVM IN DVABVS AHAENEIS PILIS QVÆ SVNT ROMÆ POSITÆ, EXEMPLAR SVBIECTVM

ANNOS VNDE VIGINTI NATVS &c.

Digitized by Google

I I.

PATRICIORVM NVMERVM. AVXI. CONSVL. QVINTVM.
IVSSV. POPVLI. ET. SENATVS. SENATVM TER LEGI. ET.
IN CONSVLATV. SEXTO. CENSVM POPVLI. COLLEGA. M.
AGRIPPA. EGI. LVSTRVM. POST. ANNVM. ALTERVM ET.
QVADRAGESIMVM. FECI. (LEGI) QVO. LVSTRO. CIVIVM. LEGI
ROMANORVM CENSITA. SVNT. CAPITA. QVADRAGIENS.
CENTVM. MILLIA. ET SEXAGINTA TRIA. . . . CVM.
NVPER. LVSTRVM SOLVS FECI CENSORino ASINIO.
COS. QVO. LVSTRO. CENSA. SVNT. CIVIVM. ROMANORVM. CAPITA.
QVADRAGENS. CENTVM. MILLIA. ET. DVCENTA. TRIGINTA. CVM LEGA
TRIA. . . . IN CONSVLATV. II . . . . CVM NVPERRIME
LVSTRVM con LEGA. TIBERIO. SEXT. POMPEIO. ET SEXT.
APVLEIO. COS QVO. LVSTRO. Cenſa ſunt ROM. CAPITVM QVADRA-
GENS. CENTVM. MILLia TRIGINTA. ET. SEPTEM MILL LEGI PNO. &c.

Vnde relinquitur, quod Auguſtus ter cenſum populi fecerit. *Primum* ipſo VI & AGRIPPA Coſſ. Anno V.C.725. ſecundum computum Dionyſii, *alterum* M. Cenſorino & C. Aſinio Coſſ. *Anno V.C.745. Tertium* vero ſub finem Vitæ *Sexto Pompeio* & *Sext.* Apuleio Coſſ. *Anno V.C.766.* 43

De Medio iſto ita ſcribens Dio Caſſius lib. 55. ait, Αὐτὸς δὲ ἀπογραφὰς τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ κατοικούντων, καὶ μὴ ἐλάττω πέντε μυριάδων οὐσίαν κεκτημένων ἐποιήσατο τοὺς γὰρ ἀσθενεστέρους, τούς τε ἔξω τῆς Ἰταλίας οἰκοῦντας οὐκ ἠνάγκασεν ἀπογράψασθαι, δείσας μὴ νεωτερίσωσί τι ταραχθέντες καὶ ὅπως γε μὴ δόξειεν ὡς τιμητὴς αὐτὸ ποιεῖν δι' ὅπερ εἶπον πρότερον ἀνθύπατον ἐξουσίαν πρός τε τὸ τέλος τῶν ἀπογραφῶν καὶ πρὸς τὴν τοῦ καθαρσίου ποίησιν προσέθετο. Auguſtus recenſionem eorum, qui in Italia habitarent, ac ad ducenta Sextertia poſſiderent, inivit, pauperioribus, ac iis, qui extra Italiam viverent, ſine cenſu omiſſis, metuens, ne quid turbarum darent. Sed ne velut cenſor facere videretur, cujus rei cauſa ſupra à me eſt indicata, ad hunc cenſum peragendum luſtrale ſacrum faciendum, vel ut rectè, Leonclavius vertit, ad finem cenſus, cum luſtrale ſacrum fieret, Proconſulare Imperium accipit. Ad quem locum notat Hervvartus *in Chronologia ſua c.* 242. quod cum Iudæi extra Italiam habitarent, ii quidem in ſubjectionis & obedientiæ ſignum deſcripti ſint, non autem ipſis cenſus impoſitus ſit adſcriptus. 44

Deinde idem hunc locum Dionis ad *annum urbis conditæ* 747. refert intelligendo videlicet de deſcriptione eorum, qui extra Italiam habitabant, Alias civium Romanorum deſcriptio & cenſus duobus annis ante nim. Anno V.C.745. *M. Cenſorino & C. Aſinio Gallo* initus fuerat, ut ſeries rerum geſtarum ab ipſo Auguſto contexta teſtatur. 45

Digitized by Google

46 Quod vero deſcriptio hæc &cenſus non fuerit uno anno abſolutus, manifeſtè colligitur *ex cit.loco* Dionis. Nam cum Auguſtus, ut habet præmiſſa ſeries rerum ab ipſo geſtarum *Cenſorino & Aſinio Coſſ.* luſtrum fecerit, atque ſub finem luſtri, id eſt, quarto anno exacto luſtrum conditum, ſeu quarto anno exacto, ac quinto ineunte menſe Februario, quo cenſui finis imponebatur, *luſtrale* ſacrum, teſte *Dione* cit.loc. fecerit, ſequitur, quod nõ uno anno deſcriptio ejuſmodi & cenſus fuerit abſolutus. Siquidem *luſtrum* Latinis idem eſt, quod Græcis *Olympias*, definiturque tempus, quod quarto quoque anno exacto & quinto ineunte peractum intelligitur. Plin. *lib.2.c.* 47 Budæus *in l ſi quis* 4.§ *res pignori ff ſi cert.pet.* tradit, quod luſtro & cenſu perfecto, is cenſor, cujus luſtrũ erat condere, edicere ſolitus ſit, ut in cãpo Martio omnes cives, & quiſque cum ſuis Centuriis prima luce adeſſent, ubi excitum populum hunc inſtructum *ſuovetaurilibus ſacris*, hoc eſt *ſue ove, tauro* luſtrabat, idque conditum luſtrum appellabatur, quia in cenſendo finis erat factus, ejuſque rei teſtimonium hoc luſtrum, id eſt ſacrum, quo repurgari & luſtrari cives putabant, condebatur. Livius *lib.1.* Gæd.d. *in l.cenſeri* 111.*n.*1.*ff de V.S.* Vnde Colligitur, quod cum hæc ἀπογραφὴ ſeu deſcriptio populi Vniverſi ab Auguſto non veluti Cenſore, ſed ex accepto Proconſulari Imperio facta, de qua Luc.*c.*2.*v.*1 *&* 2. loquitur, non poſſit intelligi de omnium prima Auguſto *Cæſare VI. & M. Agrippa* 2.*Coſſ. Anno V.* C.725. neque etiam de *ultima* Sexto *Pompeio & Sexto Apuleio* Coſſ.*anno V.* C. 766. ſuſcepta, quia alias nativitas Chriſti, ſi in *prima* deſcriptione Auguſti accidiſſet, ante Communem æram 27. annis anticipanda eſſet, neque etiam *poſtrema* intelligi poteſt; Alias enim ſi de hâc *poſtrema* Auguſti deſcriptione intelligeretur nativitas Chriſti, *14.* annis eſſet poſtponenda, quod
47 utrumque foret abſurdum. Accedit, quod *Vltima* deſcriptio non per tribus & Populos, & familias & domos (quemadmodum in illâ deſcriptione S. Lucæ atque in media illa accidit) facta fuerit. Nam in ea Auguſtus in agros & domos penſionem ac Cenſum tranſtulit, ac confeſtim non oſtenſum, quantum aut quo pendendum cuilibet modò foret, alios aliò dimiſerit, qui privatorum, ac civitatum facultates deſcriberent, ut cum ſinguli maiorem jacturam vererentur, mallent vigeſimam pendere idque ejus conſilio ita res ipſa, ac eventus comprobavit, ut author eſt Dio *lib* 56. *Anno V.C.* 766. vel ut ipſe Dio computat 765. Quæ etiam celebratiſſima fuit. Vide Herwart *in Chronol. c.*242. *num.* 8. Quare cum illa deſcriptio Auguſti, in qua contigit nativitas Chriſti apud S.Lucam, neque de primâ, neque poſtrema intelligi poſſit Auguſti deſcriptione, de media omnino erit intelligenda, quæ *M.Cenſorino & Caio Aſinio Gallo Coſſ.* cæpit facto luſtro, eoque *quinto* anno ineunte condito C. *Calviſio Sabino II & L Paſſ.* Ruf. Coſſ. perfecta eſt (ut ex ejuſdem Auguſti luſtrali ſacro non niſi perfecto cenſum celebrari ſolito eſt colligere) adeoque non poterit dici cum Baronio, quod

Luſtrum quid & Olympias.

Suovetaurilia ſacra.

Nativi-

Nativitas Chriſti altero poſt conditum luſtrum anno nim. *C. Cornelio Lent Geta & M. Valerio Meſſala Coſſ.* nec cum Euſebio, quod tertio poſt conditum luſtrum anno Auguſt. Cæſar. XIII. & Sylvano Coſſ. nedum cum communi, quod quadriennio poſt conditum luſtrum. *Cornel. Lentulo & C. Calphurnio Piſone* Coſſ. acciderit.

Neque eſt Veriſimile, quod Nativitas Chriſti in menſe Decembri *Auguſto Caſ XII. & L. cornel. Sylla coſſ. Anno V. C.* 748. contigerit. Nam ſi Iudæi tunc prius in menſe Decembri iviſſent, ut ſinguli in domo ſua & familia deſciberentur, quomodo credibile eſſet, quod illa deſcriptio tam ſubito fuiſſet expedita, ut mox ſub initium anni ſequentis *C. calviſio. Sabi. 11. & L. Paſſieno Rufo. coſſ.* nim. menſe Februario luſtrale Sacrum, quod illo menſe pro more ſolito ſuſcipiebat, Auguſtus potuerit celebrare, unde omnino dicendũ eſt, quod deſcriptio illa & conſequẽter Nativitas Chriſti ſub finem anni præcedentis, nim. *V. C.* 747. *D. Lælio Balbo & C. Antiſtio Vetere coſſ.* acciderit. 48

Huc facit, quod S. Lucas *d. c. 2. v. 1.* dicat, quod αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. Id eſt, hæc deſcriptio prior facta eſt, quam præſideret Syriæ Quirinus ſeu Cyrenius. Vox enim πρῶτος aut πρώτη, quando cum genitivo jungitur, ſignificat idem quod Prior, ut patet ex Evangelio S. Ioannis *c. 1. v. 15. & 30.* ἔμπροσθέν μου γέγονεν ὅτι πρῶτός μου ἦν. quem locum ita vertit S. Hieronymus, ante me factus eſt, qui prior me erat, ita vero Syrus Interpres, fuit ante me, quoniam prior me eſt. Iterum Ioannis *15. 18.* ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε, ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκεν Eum S. Hieronymus ita vertit, *Si mundus vos odit, ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit*; Et Syrus. Quod ſi mundus oderit vos, ſcitote, quod prius quam vos me odio habuerit. Idem patet ex Ariſtotele apud Athenæum *lib. 2 pag. 505* Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ ποιητῶν οὕτως γράφει οὐκοῦν οὐδὲ ἐμμέτρους τοὺς καλουμένους Σώφρονος μίμους μὴ φῶμεν εἶναι λόγους καὶ μιμήσεις ἢ τοὺς Ἀλεξαμενοῦ τοῦ Τηΐου τοὺς πρώτους γραφέντας τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων, ἄντικρυς φάσκων ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοτέλης πρὸ Πλάτωνος διαλόγους γεγραφέναι τὸν Ἀλεξάμενον, id eſt, Ariſtoteles in libro de Poetis ſic ſcribit, Quin igitur metricos vocatos Sophronis Mimos ſeu verſus Scenicos non dicimus eſſe ſermones & imitationes aut Alexameni Teii prius ſcriptos, quàm Socraticos dialogos. Planè exiſtimat eruditiſſimus Ariſtoteles ante Platonem dialogos ſcripſiſſe Alexamenum. 49

Vide Hervvart in Chronol. *cap 241.*

Neque ab hac phraſi longè abit Latina verſio S Lucæ, quando dicit, quod hæc deſcriptio fuerit prima à Præſide Syriæ Quirino. Nam phraſi Hebræa prima à Præſide Syriæ intelligitur prior, quam ſit Præſes Syriæ, ut ſuperius in ipsâ quæſtionis reſponſione videre eſt, atq; hoc ipsũ Hervvart. *cit. cap.* 241. pluribus comprobat, quo me brevitatis cauſa remitto.

Digitized by Google

Senſus igitur genuinus & verus propriuſque manet conformis omni tã ſacræ quam profanæ hiſtoriæ, quod hæc deſcriptio Auguſti, in qua Chriſtus natus eſt, prior fuerit, quam Quirinus ſeu Cyrenius Syriæ præſederit. Hic enim, uti ex Ioſepho, aliiſque conſtat, poſt Quintilium Varum Syriæ præſedit eo tempore, quo Auguſtus ultimam ſuam inſtituit deſcriptionem omnium ſcriptis celeberrimam. Siquidem ante Quirinus, qui Suetonio in Tiberio & P. Sulpitio Quirinus, Dioni autem Κυρήνιος indigitatur, & cum M Valerio Meſſala Conſulatum geſſit anno *V.C.* 742. defuncto ſuo Conſulatu prius in Ciliciam à Syriæ provincia diſtinctam miſſus poſtea Rector in Armenia conſtitutus fuerit, demum Rhodi cum Tiberio vixerit, ita enim Tacitus *Annal* 3 *num.* 48. de ipſo refert, Conſulatum ſub D. Auguſto mox expugnatis per Ciliciam Homonadenſium Caſtellis inſignia Triumphi adeptus, daturque Rector C. Cæſari Armeniam obtinenti, Tiberium quoque Rhodi agentem coluerat. Vide Hervvart. *Chronol. c.* 242. Tiberius autem Rhodi egit *anno V. C.* 747. (ut Dio teſtatur. Vide Hervvart. *in chronol. c.* 150.) qui eſt ipſe annus, quo Chriſtus in ſecunda Auguſti deſcriptione fuit natus. Quod ſi Quirinus ſeu Cyrenius in ſecundâ hâc deſcriptione Auguſti, partim in Cilicia, partim in Armenia fuit, ergo tunc non rectè ipſus ſub hâc ſecunda deſcriptione Auguſti Syriæ præfuiſſe à quibuſdam traditur, cum Syriæ id temporis Sentius Saturninus cum Volumnio præfuiſſe inveniatur, non tantum apud Ioſephum *lib.* 16. *antiq. cap.* 13. ſed et apud Tertullianum in *opere adverſus Marcionem lib.* 4. *cap.* 29. inquientem, ſed & cenſus conſtat actos ſub Auguſto tunc in Iudæa per *Sentium Saturninum*, apud quos genus ejus inquirere potuiſſent &c. Quin etiam Cn. *Sentius* præſes deſignatus legitur apud Tacitum *Annal. lib.* 2. *num.* 24. cui Cæſar Piſonem præferre voluit Tacit. *lib.* 2. ubi Sentius vocatur Senior, cui Vibius Marſus ceſſerit; cur autem Cyrini & non Saturnini nomen huic deſcriptioni ſit additum, ex inf. deducendis conſtabit.

51 Ex his relinquitur, & clarum evadit, quod deſcriptio Auguſti, de quâ *S. Lucas d.c.* 2. meminit, ac conſequenter Nativitas Chriſti *D. Lælio Balbo & Antiſtio Vetere Coſſ. Anno V. C.* 747. ſub Præſide Syriæ Saturnino Viginti annis poſt primam ac totidem annis ante ultimam acciderit, prius quam P. Sulpitius Cyrenius ſeu Quirinus Syriæ, ſub quo illa ultima & celebratiſſima Auguſti deſcriptio fuit inſtituta præficeretur.

52 Idem Confirmatur ex Matthæi *c.* 2. *v.* 1. *& ſeqq* & Circumſtantiis *ibid.* allatis. Nam ibi dicitur, *Cum ergo natus eſſet Ieſus in diebus Herodis regis, Ecce magi ab Oriente Venerunt Hieroſolymam &c. & Rex didicit diligenter ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis, & mittens illos in Bethlehem, dixit, ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veni-*

ens ado-

ens adorem eum (*Qui*) *reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam &c. Tunc Herodes Videns, quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à BIMATV & infra ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis &c. Defuncto autem Herode Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Ægypto, dicens ſurge & accipe puerum & matrem eius & vade in terram Iſrael. Defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri, &c.*

Nunc ſi in annos Herodis Regis inquiramus, Conveniunt in eo Ioſephus Euſebius, Hieronymus, Proſper, Epiphanius, quòd 37. annis rex fuerit, ac tum obierit, quemadmodum & ipſe F. Romanus eum tamdiu rexiſſe concedere debet. 53 *Herodis annorũ init ũ deducitur.*

Iam vero Ioſephus *lib. 14. antiq c. 15. & lib. 17 antiq. c. 10. tum lib. 1. de bello Iudaic. c. 21.* tradit, quod Herodes quinta die, poſtquam Antipatrum filium occiderat, vita defunctus ſit, poſt detruſum regno Antigonum *anno* 34. ex quo autem à Romanis rex declaratus eſt *anno* 37. conſequenter incipit Ioſephus Herodis Annos numerare ab eo tempore, quo declaratus eſt Rex, nim. *Olympiade* 184. *Cn Domitio Calvino* II. *&* C. *Aſinio Pollione coſſ. anno* V. C 713 quod vero tunc Rex ſit declaratus, ex Euſebio atque Dione colligitur, Nam Euſebius *in chronic. Olympiade 186. Auguſti 10. Anno* tradit, quod Hircano omnium extremo à Parthis capto Herodes Antipatri filius nihil ad ſe pertinentem Iudæam ab Auguſto & Senatu acceperit. Atqui ex Dione *lib.* 48. conſtat, quod Anno V. C 713. ſecundum ipſum verò 714. *dictis conſulibus* cum Hieroſolymis captus ſit Hircanus à Parthorum rege Pacoro, ab eoque ſurrogatus Ariſtobulus Romanorum Hoſtis, pro quo à Romanis Herode, Iudææ, ubi recuperaretur, Rex teſtibus Ioſepho & Euſebio eſt declaratus; ac conſequenter patet quod ab An. V. C. 713. uſque ad An. V. C. 749. Sabino II. & Rufo Coſſ. Regno Herodis 37. anni aſſignentur, quodque rectè An. 37. ſui Regni C. Calvino Sabino II. & L. Paſſerio Rufo Coſſ. V. C. 749. Iuliano 42. Auguſti 40. à cæde Cæſaris circa Paſcha deficiente lunâ ſcribatur obiiſſe. Vide Kepler *de anno nativ. chriſti cap 8.* Cuius etiam Herodis mortem tunc eodem anno V. C. iiſdemque Coſſ contigiſſe Mathematici ex Lunæ Eclipſi, quæ circa Paſcha, quando mortuus eſt Herodes, accidit, demonſtrant, Siquidem tũc 13. *Martii hora 2. 45. mane ſeu* poſt mediam noctem accidit Eclipſis ☾ digitorum 6. uti clare deducunt Petavius *lib. 10 de doctrin temp. pag* 820. *& in tabulis expanſis lib. 13. anno Iulianæ Periodi* 4710. Keplerus *cap. 9.* Hieron. Vechietus *de Anno primitivo mundi lib.* 601. Hæc Eclipſis ☾ non poteſt eſſe alia, quam quæ Ioſepho 17. antiquit. *cap. 8. &* 11. traditur accidiſſe circa Paſcha, quo mortuus eſt Herodes. Cur vero putent hanc eſſe illam Eclipſin, cauſa vrgentiſſima eſt, quod neq; in annis ante æram Chriſti

Vici-

Vicinioribus 3.2. 1. neque etiam ipſis in annis Chriſti Primoribus 1.2.3.4.
reperiatur ulla Eclipſis Lunæ, quæ prope Paſcha acciderit, vel accidere potuerit, mortiſque Herodis tempori conveniat. quæ enim ante æram Chriſti anno 1. accidit, ea inter 9. & 10. Ian. nocte intercedente contigit, fuitque Eclipſis magna ut Calviſius, Vechietus & Keplerus *cap.* 9. docent, ſed hæc ob diſtantiam à paſchate majorem Herodis morti, quæ circa Paſcha contigit, minime poteſt convenire.

54 Hinc efficitur, quod Herodes anno *V.C.*749. *C.Caluiſio Sabino* 11. & *L. Paſsieno Ruſo Coſſ.* obierit, Chriſtus autem ante ipſius obitum minimum biennio vel altero anno ante natus ſit, ob cujus nativitatem infantes, à bimatu & infra dicuntur à S Matthæo occiſi, indeque ſequitur neceſſario, quod Chriſtus non tertio anno poſt mortem Herodis, ut nunc vulgo exiſtimāt, neque etiam immediatè præcedente anno V. C. 748. Auguſto XII. & L. Cornel. Sylla Coſſ. Vt Hervvartus putat, menſe Decembri, (eo quod non ſit probabile, quod illa deſcriptio totius Iudææ &c. ſub finem menſis Decembris inchoata, in qua Chriſtus natus fuit, tam ſubito fuerit abſoluta, ut mox in Februario ſequentis Anni Romæ luſtrale ſacrum Auguſtus potuerit celebrare, prout ſup. eſt deductum) ſed minimum biennio vel altero anno antecedente & currente V.C 747. D. Lælio *Balbo* & *C. Antiſtio Vetere coſſ.* fuerit natus.

55 Cum igitur tam ſcriptura ſacra, quàm profana tum etiam Ecliptica Lunæ in cælo demonſtratio, adeoque cælum & terra pro nobis noſtraq; ſtent ſententia, Certe F. Romanus contrarium ſentiens, contra cælum & terram pugnat.

56 Fortè inquies, ſi Herodes mox poſt infanticidium morte periit, quare Chriſtus tanto tempore in Ægypto rēmanſit, ſeroque ab Angelo monitus fuit, ut in Iudæam reverteretur, quod ii qui Chriſti nati animam quærerent mortui eſſent. At Reſp. quia ex *cit. loc.* apparet, quod non ſolum Herodes, ſed etiam alii Chriſti vitæ inſidiati fuerint, qui non ſimul cum Herode obierant. Quin ex Tacito *lib.5. Hiſtoriar. n.9.* omnia poſt mortem Herodis tunc turbata fuiſſe in Iudæa colligitur. Siquidem ipſe paucis verbis Iudæorum res geſtas complexus; Romanorum primus, inquit, Cn. Pom-
,, peius (*Iudæos*) domuit, templumque jure Victoriæ ingreſſus eſt. Inde
,, vulgatum, nulla intus Deûm effigie vacuam ſedem & inania arcana; Muri
,, Hieroſolymorum diruti, delubrum manſit, Mox Civili inter nos bello,
,, poſtquam in ditionem M. Antonii Provinciæ ceſſerant, Rex Parthorum
,, Pacorus Iudæa potitus, interfectuſque à P. Ventidio, & Parthi trans Eu-
,, phratem redacti. Iudæos C. Soſius ſubegit, Regnum ab Antonio Herodi
,, datum, Victor Auguſtus auxit. Demum ſubiicit, poſt mortem Herodis ni-
,, hil expectato Cæſare, Simon quidam Regium nomen invaſerat. Is à Quin-
,, tilio Varo obtinente Syriam punitus, & gentem coercitam, liberi Herodis tripartito rexere. Sub Tiberio Quies. Hæc ipſe.

Ex

Ex quibus apparet, quod poſt mortem Herodis turbata fuerint omnia & tumultibus, qui uno alterove anno tenuerint, involuta, donec ijs ſopitis Archelao liberorum Herodis uni ab Auguſto Provincia & Tetrarchia, cui Nazareth ſubjaceret, tribueretur. Quam ubi Archelaus pacificè obtinuit, ab Angelo fuit S. Ioſephus monitus, ut cum B. Virgine MARIA ac Servatore noſtro IESV Chriſto in Iudæam reverteretur, Dictum, factum. 57

58 *Contraria opinio de Regni Herodis initio refellitur.*

Quod Hervvartus alijque cenſent, Ipſius Herodis regni annos computandos eſſe tertio nim. poſt denominationem anno, quo ipſe cum Soſio aſſeritur Hieroſolyma devicto Antigono, eoque cruci alligato ac flagris cæſo, deinde jugulato, expugnaſſe recepiſſeq; Claudio & Norbano Flacco Coſſ. anno V.C. 715. In eo ipſi falluntur. Siquidem iam ante illud tempus Syriam obtruncato Pacoro Parthorum Rege Ventidius Romanorum Dux receperat, teſtibus Dione *lib.* 49. & Xiphilino *in ipſius Epitome*, qui etiam propterea ANN. V. C. DCCX triũphavit, ut conſtat ex antiquâ inſcriptione apud Ianum Gruterum *pag.* 297. ubi Triumphos, ovationeſque Ducum Romanorum ex fragmentis marmoreis in Capitolio collocatis deſcriptas & in tres columnas æquales, ſicut ibidem habentur, diſtinctas exhibet, atque inter alias *columna tertia* hanc de Ventidio inſcriptionem reddit.

P. VENTIDIVS, P. F. PRO. COS. EX TAVRO AN. DCCX.
MONTE ET PARTHEIS. V. K. DECEM.

Quemadmodum poſtea Soſius etiam ob recuperata cum Herode Hieroſolyma, de quibus Dio *cit. lib.* 49. meminit, Anno. V. C. 719. triumphavit, ut ibidem teſtatur Ianus Gruterus.

L. SOSIVS C. F. T. N. PRO. COS. EX IVDÆA. AN. DCCXIX.
III. NONAS. SEPTEMBR.

Hæc ovatio videtur occaſionem præbuiſſe Appiano, quare ipſe *lib.* 5. 59 *de bell. civilib. d. anno V.* C. 719. ipſo Antonio & *Libone Coſſ.* dicitur ab ipſo Antonio Rex Herodes confirmatus eſſe, eò quod Tituli Victoriæ ſoleant in Triumpho & ovationibus præferri, adeoque & hic titulus *de Herode Rege Hieroſolymis conſtituto* atque in Iudæa confirmato, inter alios fuerit prælatus, quem ſimul cum alijs *cit. loc.* Appianus videtur retuliſſe.

Neque obeſt, quod Herodes Anno V. C. 715. nihil adhuc ex Regno 60 ſuo poſſederit, quia non propterea negari poterit, ipſum ante fuiſſe Regem declaratum; Cum ipſe Regnum ſuum ſpe, licet non re, vel actu tenuerit. Ecquis Ferdinandum II. Imperatorem negarit propterea Bohemiæ Re-

Digitized by Google

gem,quod ſub initium ex occupato per alium Regno nihil re ipſa poſſederit.

61 Ex ſup. deductis efficitur, 1. quod F. Romanus annos Herodis *à pugna Actiaca* ſub Auguſto Cæſare III. & M. Valerio Meſſala Coſſ. Anno V.C. 722. numerare incipiens, contra omniū hiſtoricorum antiquorum Dionis, Xiphilini, Appiani, Ioſephi traditionem ac rei ipſius veritatem veniat, ac cum ea pugnet, adeoque ipſi F. Romano minime ſit credendum.

F. Romanus contra omnes, hiſtoricos profanos ſentit.

2. Quod contra expreſſum text. S. *Lucæ c.* 2. eiuſque circumſtantias

62 ex omnium hiſtoricorum antiquorum & probatorum fide, relatas, genitivos Græcos ibid. dicat abſolutos, à voce πρώτη independentes, ac turpiter quoque in Syntaxes omnes Græcas, quibus docetur, adjectiva Ordinis genitivum poſtulare, impingat. Quin peius, eam in rem abutatur Rotali deciſione, quaſi illis genitivis conditio involveretur.

Contra S. Lucam.

63 3. Quod quæ ego cum Deckerio, Syſloga, Hervvarto de Hebraiſmo in verſione Latina trado, ipſe contra omnem fidem Græco textui Lucæ applicet, maleque opponat Lucam Græcè ſcripſiſſe, adeoque non uſum Hebraiſmo, quamvis nec verum ſit, quod Lucas Græcè ſcribens, non fuerit uſus Hebraiſmo, cum eius contrarium expreſſe demonſtret Hervvartus *in Chronolog. c.* 241.

64 Deinde nec ſequitur, S. Lucas ſcripſit Græcè, ergo non uſus eſt Hebraiſmo, ſicuti, nec ſequitur, Cicero, Virgilius ſcripſerunt Latine, ergo non fuerunt uſi Helleniſmo, quæ conſtant eſſe manifeſtè falſa.

65 Nec obſtant biblia regia, in quibus omiſſa eſt præpoſitio à, cum ea non ſit authoritate Pontificis omiſſa, eaque omiſſio contra omnia vetera exempla ac S. Hieronymi mentem eiuſque exemplaria pugnet.

66 4. Quod F. Romanus turpiſſime erret, quando aſſerit, à nobis genitivum τῆς Συρίας ad vocem πρώτη referri: Tum in Græcis infantem ſe oſtendat, quando ait, ſcribendum fuiſſe αὕτη ἡ ἀπογραφὴ ἐγένετο πρώτη τῆς ἑτέρας ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. Certè contra ipſum hic optime retorquetur, non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, Et in rebus claris ſubtilizare (grammaticè) eſt errorem quærere, ut ait Rol. à Vall. *Conſ.* 55. *lib.* 1. *n.* 31.

67 5. Quia etiam F. Romanus S. Lucæ affingit & apponit, quando aſſerit, illam deſcriptionem, de qua S. Lucas agit, ſub Præſide Syriæ Cyrino accidiſſe. Cum S. Lucas vocem (*ſub*) non habeat, eaque ſenſum ejuſdem Evangeliſtæ invertat.

68 6. Et eſto verum ſit, quod illa deſcriptio apud S. Lucam vocetur *Prima*, quòd illâ primum Iudæi à Romano Imperatore deſcripti ſint, 2. Quâque totum Imperium Romanum concluſum ſit, attamen non verum eſt 3. Quod forte etiam de ſolvendo à Iudæis didrachmo, de quo *Matth.* 17. *v.* 25. in illa cōſtitutum ſit; cum illud eſſet ordinarium ſingulis annis ſolvendum.

dùm. Videantur *ibid.* Interpp. Neque ſolutio didrachmatis ſit ullatenus deſcriptio nedum deſcriptio univerſalis. Cum deſcriptio & cenſus vel cenſus ſolutio plurimum inter ſe differant, *ut ex tit. & l.1. C. de Apoch. & de ſcriptionibus*, ibique Dd. not. & Luc. de *Penn. in l.10. ſub fin. C. de Agricol. & cenſit.* videri poteſt. Quin etiam ea interpretatio contrariatur veritati Hiſtoricæ, ex qua conſtat, cives ſolum Romanos in Italia ditiores fuiſſe deſcriptos & cenſos, cæteros verò pauperiores & conſtitutos extra Italiam ſolum fuiſſe deſcriptos, non autem tunc cenſos. Dio *d. lib.55.* quod convenit cum S. Luca, qui de deſcriptione, nõ verò de cenſu ſoluto loquitur, ut proinde contrarium F. Romani aſſertum ſit commentum nulla probabilitate ſubnixum.

Neque eſt, quod 4. quis dicat, quaſi ea eſſet prima à Cyrino bis in Iu- 69
dæam miſſo inſtituta, ſub quo duas habitas refert ex Scaligero Gordonus deſcriptiones, quarũ una erat univerſalis ſub Chriſto nato, altera TANTVM Iudæorum. Nam & hoc aſſertum veritati bis repugnat, tum quod Cyrinus tempore indictæ deſcriptionis *Anno V. C.*747. Rhodis apud Tiberium egerit ac manſerit, prout ſup. ex Tacito oſtendimus, adeoque tunc in Iudæa non fuerit, niſi fortè exiſtimet F. Romanus, illum fuiſſe ſupernaturaliter reproductum, aut duobus in locis præſentem conſtitutum; tum quod altera, ſub Cyrino, quæ ultima eſt, non tantum fuerit particularis, ſed etiam univerſalis, & priore multò famoſior, quod in ea Iudæi Præſide Cyrino non modo deſcriberentur, ſed etiam cenſerẽtur, unde priori potius Cyrini, quam Saturnini nomen factâ ad illum relatione inhæſit. Quemadmodum ex ſup. allata ſerie Auguſti, Dione alijſque eſt commonſtratum.

7. Neque etiam 5. Verum eſt, quod ſup. Gordonus aſſerat, primam 70
appellari à S. Luca, qua deſcriptus eſt IESVS Dei Filius, cum ſit proprium ipſius F. Romani commentum.

Nos veram vocis (Primæ) explicationem ex ipſa rei geſtæ veritate & Hiſtoria ſup. pluribus deduximus, ut proinde non ſit opus hic diutius inhærere. 71

8. Quod locus S. Lucæ 3. *v.1. junct.*23. impertinenter huc allegetur, clarum eſt; tum quia non agit de nativitate Xti, ut rectè advertit Keplerus *de Anno natali Chriſti c.*13 tum quia non utitur adjectivi ordinis, πρώτῃ cum genitivo ἡγεμονεύοντος, tum quia nec dixit, quod participium (incipiens) ad annum 30. ætat. & non ad initium Doctrinæ Chriſti debeat referri: Neq; etiam, quod ὡσεὶ anno 30. Chriſti additũ, ex Calepino minus, & non plus minus ſignificans explicetur, quemadmodum novus hic Calepiniſta F. Romanus opinatur.

9. Quod contra textum expreſſum Suetonij *in Tiberio c.*20.21. Tiberium Germanico & Fõteio Capitone Coſſ. An. V. C.764. biennio ante obitum Auguſti in Imperij conſortem adſcitum fuiſſe. Siquidem ibi dici-

 tur

tur legé per Coſſ. latâ, ut TIBERIVS PROVINCIAS CVM AVGVSTO COMMVNITER ADMINISTRARET, SIMVLQVE CENSVM AGERET CONDITO LVSTRO, in Illyricum profectus, & ſtatim ex itinere revoca-
„ tus adhuc ſpirantem Auguſtum reperit. Cui cōſentit & Velleius Paterculus
„ author omni exceptione maior; Cum Senatus, inquiens, populuſq; Roma-
„ nus poſtulante Patre (Auguſto) eius (Tiberij) VT ÆQVVM ei (Tiberio) IVS
„ IN OMNIBVS *Provinciis* NB. EXERCITIBVSQVE ESSET, quam erat ipſi
„ (Auguſto) decreto complexus eſſet. Etenim (inquit Vellejus) abſurdum
72 „ erat, non eſſe ſub illo, quæ ab illo vindicabantur, & qui ad opem ferendam
„ prius erat, ad vindicandum honorem, non eſſe parem. In urbem reverſus
„ (Tiberius) iam pridem debitum, ſed continuatione bellorum delatum ex
„ Pannonijs, Dalmatiſq; egit triumphum.

Tum etiam colligitur ex Plinio *lib* 15. *c.* 22. Suetonio in *Tiberio c.* 42. Vbi dicitur, L. Piſo à Tiberio jam Principe Vrbis Romæ curæ delectus, quod biduo duabuſque noctibus per potationem continuaſſet apud ipſum jam PRINCIPEM. Hic verò totos 20. Annos probatur Cn. Domitio Ahenobarbo & A. Vitellio ſeu Camillo Scriboniano Coſſ. Anno V. C. 784. defunctus publico funere & decreto Senatus eſt celebratus. Quod ſi igitur ab Anno V. C. 784. Ad annum 20. quo Piſo à Tiberio jam Principe eſt delectus, retrogradiamur, offeret ſe annus V. C. 764. Quo Tib. Germanicus Cæſar & C. Fonteius Capito, Coſſ. fuere, ac quo per conſules lege latâ ipſi ſimul adminiſtratio Provinciarum & Exercituum fuit commiſſa.

Quin imo quod Tiberius Cæſar Proconſulare Imperium habuerit, patet ex inſcriptione quadam Viennæ Galliæ, quæ ſic habet.

I. O. M.
TI. CLAVD.
CENSOR.
P. PROCON.
V. S. L. M.

Iovi (nimirum) optimo Maximo, Tiberius Claudius Cenſor Pontifex, Proconſul, votum ſoluit lubens, merito.

Quid quod Tiberius ante obitum Auguſti ſæpius Imperator & Auguſtus fuerit appellatus, videre licet ex diverſis numiſmatis apud Adolphum Occonem deſcriptis Anno V. C. 746.

Anno V. C. 746. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
PONTIF. MAXIM.

Figura ſedens, dextra haſtam.

TI.

Digitized by Google

TI. CÆSAR AVGVSTI F. COSS. II. TR. POT. VI. *Anni V.C. 756.*

AVGVR. PONT. IMPER. III. Lituus, Guttus, Capeduncula.

Tr. poteſt. in aliud decennium ab Auguſto accepit.

TI. CÆSAR AVG. F. PONT. COSS. II. TR. POT. VII. IMP. III. *V. C. 757.*

GERMANICVS CÆSAR TI. F. AVG. N. COSS. DES.

Facies Tiberij & averſa parte Germanici.

TI. CÆSAR AVGVSTI F. IMPERATOR IV. *V. C. 758.*

PONTIFEX TRIBVNITIA POTESTATE VIII. SC. &c.

TI. CÆSAR AVGVSTI F. IMPERATOR VII. *V. C. 763.*

AVGVR PONTIF. TRIB. POT. XIII. COS. II. SC.

TI. CÆSAR AVG. F. TR. POT. XIII. *V. C. 764.*

IMP. CÆSAR AVGVSTVS.

TI. CÆSAR AVGVSTI. F. TR. POT. XVIII.

PONTIFEX IMPERATOR VII. S. C.

Caduceus.

En ipſo anno Tiberius Imperator, Cæſar, Auguſtus nuncupatus eſt, 74
quò lege per Coſſ. latâ Auguſto poſtulante eſt Collega datus, Vide eam in rem plura numiſmata apud Occonem, atque apud Gruter. *in antiquis inſcript. pag* 235. Vnde eam ſolam inſcriptionem producam, qua probetur, quod etjam poſt obitum Auguſti Titulus Imperatoris illi fuerit tributus. Ita enim *d. pag.* 235. *n.* 8. refert Ianus Gruterus.

Albæ in Latio

TI. CÆSARI. DIVI. AVG. F.
DIV. IVL. N. AVGVSTO.
PONTIFEX. MAX. COS. V. IMP. VIII. TRIBVN.
POTEST. XVII.
PONTIFICIS ALBANI.

Q. IVLIVS.	Q. F. FAB. RVFVS.
C. IVLIVS.	C. F. SCA. BASSVS.
TI. IVLIVS.	TIB. F. FAB. MERVLA.
M. IVLIVS.	C. F. FAB. SENICIO.

Annus autem tribunitiæ ipſius poteſtatis XVIII. incidit in annum *V. C.* 75
768.

768.quo Ti.Statilius Sis. Taurus & L. Scribonius Libo Coſſ. fuere, uti ex eodem Occone videre, atque ex præcedentibus numiſmatum inſcriptionibus colligere eſt.

Quod autem Imperia ex legibus etiam haberentur, teſtis eſt Dio *Anno*
76 » *V.C.*727.Imperium, *inquiens*, Imperatores, ne videantur, ex potentia potius,
» quam Ex LEGIBUS habere omnia, quæ in populari republica multum va-
» luerunt, Senatu populoque volentibus, ea cum ipſis nominibus in ſe reci-
» piunt, excepta dictatura. Subdit autem Dio, nam & Conſules ſæpenumero
» fiunt, atque PROCONSVLES ſemper quoties extra Pomerium ſunt, nuncu-
» pantur, Vid. plura apud Hervvart. in *Chronol. cap.* 248.249.

» 10. Hinc patet, primò quod diſcurſus F. Romani de *Cenſura*
77 *& Imperio* Tiberij Cæſaris ſint inanes, à veritate hiſtorica devij, qui nec adjuvantur ex Dione *lib.* 55. addo ego, nec ex Suetonio *in vita Auguſti c.* 1. quaſi Auguſtus poſt pugnam Actiacam per annos 44. vſque ad obitum ſuum ſolus adeoque ſine conſorte Romanum Imperium tenuiſſet, cum Dio dicat,
» quod ab Actiaca pugna Μονάρχης fuerit ann. 44. minus diebus 13. Nam Re-
» ſpondetur ex Suetonio, qui in *d. c.* 1. *vit. Auguſti* accuratius ejuſdē Auguſti Im-
» perij annos conſignans tradit, quod ut primum Auguſtus occiſum Cajum
» Iulium Cæſarem Hæredemque ſe comperit, urbe repetitâ, hæreditatem ad-
» ijt atque ab eo tempore comparatis exercitibus, Primum cum M. Antonio,
» Marcoque Lepido per duodecim fere annos (ab Idibus Martijs anni V. C.
» Tab. Cap. 709. ad ultimam Decembris Anno 720.) noviſſimè per quatuor,
» & quadraginta ſolus Rempub. tenuit. Hæc Sueton. quod ſi jam ex die Ka-
» lend. Ianuarij *anni V.C. Tab. Cap.* 721. deinceps, vſque ad *ann. V.C.* 764. Impe-
» rij Monarchici Auguſti annos computemus, quibus ipſe ſolus Remp. adminiſtravit, inveniemus Imperij ipſius 44. annos & quidem biennio ante obitum ſuum terminatos. Cum *annus V.C.* 764. quo Monarchicum illius Imperium terminatur, biennio Annum V.C. 766. quo Auguſtus Sextis Coſſ. obijt, præcedat, ut palam eſt.

Tiberij anni deducuntur.

Cum Suetonio Vellejus ſup. *cit. loc.* & Ovidius conſentiunt, tradentes,
78 quomodo Auguſtus Tiberium in Provincijs extra Italiam vel extra Pomerium Italiæ Imperij conſortem fecerit & biennio una cum Tiberio vſque ad obitum, Imperio & Reipubl. præfuerit. Unde corrigendus eſt Dio, qui putavit Auguſtum à pugnâ Actiaca ſolum annis 44. præfuiſſe, cum tamen initium annorum 44. Imperii Auguſti non ab Actiacâ pugna, ſed biennio ante eam ſit computandum, eo quod Auguſtus ante devictum ſed declaratum iam hoſtem Antonium, vel etiam privatum, biennio ferè ſolus imperitaret, ut ex Sueton. conſtat vid. Hervvart. in *Chronol. ſucc.* 193.

Dio corrigitur ex Sueton. Ovid.

79 Neque etiam verum eſt, quod Tiberius eodem Dione teſte *lib.* 56. *&* 57. ſub initium etiam poſt obitum Auguſti nomen Imperatoris omnino repudia-

Tiberius

pudiarit, cum apud eum dicatur, quod id nomen cum alijs ſibi decretum non aſſumpſerit, ut neque cognomentum Auguſti. Nam neque Dominum ſe à libero homine, nec Imperatorem NISI à militibus vocari patiebatur; Patris Patriæ nomen planè recuſabat, Auguſti nomen non quidem uſurpabat (neque enim id ſibi unquam decerni conceſſit) audiens tamen aut ſcriptum legens ferebat, idque etiam quoties ad Regem aliquem literas daret aſſcribebat. Hæc Dio *lib.* 57. unde patet, quam falſus ſit F. Romanus in ſua allegatione. *nomen Imperatoris post obitũ Auguſti non detrectavit.* » » »

Et poſito, quod nomen illud repudiaſſet, inde non ſequitur, quod ipſi ante obitum Auguſti lege per Conſules latâ, non fuerit decretum & datum Proconſulare Imperium. 80

Accedit, quod ipſe non jam Tiberius, ſed Biberius, nec Nero ſed Mero, non Claudius ſed Caldius teſte Sueton. in *Vitaipſius c.* 42. dictus, ac Bibulus pro varijs humoribus variè fuerit affectus, ut colligitur ex Dione *d. lib.* 57. alias jam ante Imperatoris nomen non detrectavit, ut oſtenſum fuit.

Neque etiam certum quibuſdam eſt, quod Tiberius Ann. Imperij ſui 23. currente obierit, quamvis mihi omnino certum ſit, ex eo, quod Tiberius ipſo 23. Imperij ſui omnino Monarchici poſt obitum Auguſti adminiſtrati anno obierit, nim. Anno V.C. 788. quo ipſe Tribunitiam poteſtatem XXXIIX. anno Q.P.L. Plautiano & S. Pa. Gallo Coſſ. continuarat. Ita enim ex ipſius Sarcophagi inſcriptione apud Ianum Gruterum in antiquis inſcriptionibus pag. 236. n. 1. videre eſt. 81 *Obitus Tiberij Imp.*

Romæ in S. Andreæ Prope *SS. Apoſtolos*

OSSA.

TI. CÆSARIS. DIVI. AVG. F.

AVG. PONT. MAX.

TR. POT. XXXIIX.

IMP. VIII. COS. V.

Hic vero Tribunitiæ poteſtatis annus 38 incidit in annum V.C. 788. ut ex numiſmatum inſcriptionibus apud Occonem repertis patet, atque ex ſup. deductis eſt facile colligere. 82

Hinc quando ipſi Tiberio 23. anni Imperij tribuuntur, ij de abſoluto poſt obitum Auguſti, Monarchico, non autem etiam ſimul de Proconſulari ante obitum Auguſti, lege per Conſules latâ decreto imperio intelligendi erunt. *Anni Regni Tiberij.*

11. Similiter inania ſunt, quæ contra ætatem Chriſti quaſi 83

anno

Digitized by Google

anno Tiberij 15.fuiſſet 30.annorum ex S.Ignatio *in Epiſt.ad Trallian.* alijſque F.Romanus aſtruere conatur : quia id ipſum nemo illorum præciſe cum particulâ *taxativa* aſſerit ; Eſſet enim id directo contra Evangeliſt.Lucam, ut recte advertit Hervv. in *Chronol.cap.248.n.8.* ex Euſebij & Hieronymi *Chronicis Pariſijs Anno* 1542.*editis*.Vide & de ætate Xti Kepler.in *tract.de anno natali Xti cap.*13.

12. Quod pro S.Lucæ authoritate concilianda laborat F.Romanus,
84 in eo ipſe facem ſoli admovet. S.Lucas eſt veriſſimus & clariſſimus, cui F.Romanus non ſemel,ſed ſæpius aperte contradicit,& imponit.

13. Nec verum eſt,quod ego ſolius Ioſephi nitar authoritate,ut ex præ-
85 deductis manifeſte apparet;Cum ego ea duntaxat utar, quatenus Scripturis Sacris,veritati,& hiſtoricorum authoritati conſentit.

14. Quando F.Romanus illius deſcriptionis S.Lucæ in Romana hi-
86 ſtoria extare memoriam negat, tunc veritatem neget, & quidem totidem vicibus, quot ego adduxi ex Romana hiſtoria & antiquis monumentis, æneiſque tabulis authoritates.Hinc nec veriſimile mihi eſt, quod quæ in *ultima editione Colonienſi* Baronij *apparatus* intruſa ſunt, ab ipſo proficiſcantur Cardinali,cum Baronius hiſtoriæ Romanæ multò peritior ſit,quam ut contra veritatem tam Sacræ quam Romanæ hiſtoriæ F.Romano patrocinetur.

15. Quod expreſſe calumnietur F.Romanus,quando irreligioſe con-
87 tra omnem veritatem aſſerit,ab aliquo noſtrum tradi, S.Lucam in valetudinario decumbere.

16. Tum quod ea,quæ pro Ioſepho ab inſimulatis mendacijs purga-
88 tione afferebantur,S.Lucæ perverſè applicet, ac de Ioſephi Statua à Romanis decreta nugetur,atque evagetur.

17. Quod denique contra voces קדם opponit, quaſi ego debeam
89 docere,illas ſignificare prioritatem excluſo primo ſeu principio, quod non
,, poſſim;cum verbum קֶדֶם vel קֶדֶם non modo ſignificet antiquitatem,
,, prioritatem,ſed & principium,initium.Item ab Oriente, ut habet Lexicon
,, S.Pagnini in *biblijs Regijs fol.*107.*col.*2.Unde *Gen.*2.*v.*8.vbi vulgata legit,*plan-*
,, *taverat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio*.textus Hebræus ha-
,, bet ex hac radice *ab Oriente*.Similiter in lingua Syriaca vox קדם non tantum
,, prioritatem, ſed & Principium, primum & primam ſignificat, ut habe-
,, tur ibidem in *Lexico Syro-Chaldaico fol.* 169. Tacet quod ego vocem Sy-
,, riacam non Syriacis ſed Hebraicis literis deſcripſerim,& eandem vocem
,, ſæpius iiſdem literis exprimam &c.

At F.Romanus ſcire debet, quod vox in dubio, in potiori accipiatur ſignificatu *l Labeo ff.de ſupell.legat.l.non aliter ff.de legat.*3.*Vocis autem* קֶדֶם potior ſignificatio eſt,ut importet prioritatem temporis,Videantur Schindlerus

Digitized by Google

rus & Marinus in *Lexicis ſuis*, ubi hic compluribus Sacrarum Scripturarum exemplis id commonſtrat.

Deinde S. Pagninus dicit, verbum illud קדם vel accipi de tempore vel de loco, ſi de tempore ſignificat *prioritatem*; ſi de loco, ſignificat *Orientem*. 90
Hic autem manifeſtè patet, quod vox illa non de loco, ſed de tempore accipiatur, ut proinde fruſtra & perperam F. Romanus huc S. Pagnini auctoritatem alleget. Taceo verum non eſſe, quod ad prioritatem temporis requiratur, ut omne aliud principium excludatur, quemadmodum F. Romanus gratis aſſumit.

Alterum quod attinet, uſus ego ſum literis Hebraicis, quia hîc nulli reperiuntur typi Syriaci aut Arabici nec etiam tunc ulla puncta Hebraica.

Porrò licet eædem litteræ ſæpius fuerint expreſſæ, tamen cum diverſa ſubintelligantur puncta, quæ non ſemper in linguis Orientalibus exprimuntur, ſed ea ſubintelligerentur; ideò oportuit eaſdem literas ſæpius repetere, ne putarentur ijſdem punctis ſubnotandæ eſſe.

Ex quibus omnibus relinquitur quod annus natalis Chriſti ſecundum omnes hiſtoricos tam ſacros, quàm profanos ſit ſtatuendus Annus U. C. 747. D. Lælio Balbo & Antiſtio Vetere Coſſ.

RESOLVTIO

EPILOGI

Hæc & ſimilia ſi F. Romanus Religioſus Sacerdos velut apis argumētoſa tùm ex Eminentiſſimi Domini Cardinalis, cùm aliorum Doctorum ſcriptis tanquam optimis floribus delibaſſet, utique haud ullum venenum ſeu araneas animo hauſiſſet, nec hauſtum ulli mortalium propinaſſet.

EPILOGUS.

Verum ut concludam; Conſideravimus hactenus Aſtri illius portentoſi à Scioppio & F. Romano in Orbem hunc ſublunarem invecti errores, fœdaſque ejus defectiones, quas in omni curſu ſuo patitur, digito quaſi monſtravimus. Reliquum nunc eſt, quale dicendum tandem ſit ex ijs quæ dicta ſunt, conficiamus. Lunaticum profectò qui compellarit, neſcio, an propinquiore naturam ejus magiſque cognata voce poſſit explicare. Eccentrico quippe lunare corpus voluitur circulo, & alieno prorſus lumine illuſtratur, atque ut Poëta;

Cum medios Phœbi radios intercipit Orbis,
Nec trahit in ſe, tum quo fulget Delia lumen
ANNON Signa ſua pariter cum ſidere languent &c.
Et veluti elatam Phœben in funere lugent.

Digitized by Google

ANNON Luna ſuo tunc tantum deficit Orbe,
Cum Phœbum adverſis currentem non videt Aſtris? &c.

Et quis Scioppianum perinde ac Hayanum aſtrum alienis quæſtionibus involutum actationibus firmatum peregrè ſumptis. Eccentrico negat circulo lunaticè oberrare? Negabit ſanè ille, qui aut R. P. Laymanni cenſuras non examinarit, aut R. P. Valentini Mangionij Theoricas non fuerit peculatus. Jam & alieno aſtrum hoc lumine eſſe illuſtratum, eodemque terrarum interpoſitus, emortuorum inquam Monaſteriorum, ſpoliari; deliquium etiam, dum adverſum Soli, id eſt, Veritati iter tenet, triſte pati, adeoque luminis nihil ſed falſitatis tenebras in orbem refundere, ex hactenus diſputatis ad liquidum oſtenditur. Et qua tandem ratione tenebrio iſte Scioppius, à quo F. Romanum deceptum mihi perſuadeo, animi perperam ſentientis caligine occæcatus, qua ratione intueri, aut juſtam R. P. Laymanni defenſionem, aut cenſuram eius, qua examinare mentis lubricæ ſtaterà poterit? At non ſuſtinet ſupercilium iſtud proponi quemquam, à quo diſcendum ſit aliquid; eandem præoptaret in cæcitatem omnes involvi. Ideoque ne juſtam videatur P. Laymannus ſuæ Sanctitatis ac S.C.M. in transferendis ad alios Religioſorum Ordines, aut Clericorum Seminaria, Monaſteriorum emortuorum bonis ſuſcepiſſe defenſionem, obtrudere palpum oculis eorum, ac mentito quodam falſitatis faſcino illudere, ut in rem ſuam adverſus veritatem cæcè judicent, adnititur. Sed involvitur ipſe nebulis ſuis cæcus, è quibus ſiquidem emergere eſt animus. Ariadnæ filo nequaquam eſt opus, manum propius porrigo, viam præit, ſi modo ſequi non detrectet, P. Laymannus.

Verum, quis iſte, inquit, Laymannus tuus, aut quid tandem adferre lucis ignorans ipſe huic Controverſiæ poteſt? parum ſane aut legiſſe, illum aut conſideraſſe videris, quiſquis ignorantem auſus es virum Iuris ſcientiſſimum nominare. Quod ſi verò perſpicacitatem eius hebes tuum ingenium non aſſequitur, tuum iſtuc vitium, non alienum ſecurius putabis. Legum ille ſtudioſus multis ante annis, quam in Societatem IESU adlegeretur, Ingolſtadiana in Academia navus aſſiduusque extitit. In eâ deinde ubi & per ætatem idoneus, & iiſdem fuit diſciplinis ſatis eruditus, ipſos ſedecim annos practicam, quam appellant Theologiam, eâ cum laude non vulgi modo litterarij, ſed hominum eruditorum tradidit, ut vulgari typis digna fuerit æſtimata, ut recudi ſæpius (adeo multos invenerat æſtimatores) fuerit neceſſarium; Inde ad Sacros Canones Dilingana in Academia explanandos adhibitus fuit: qua in provincia eam brevi nominis ac famæ conſecutus eſt celebritatem, ut viris eadem in facultate *Principibus* ac Primario etiam eadem in Academia Jurium Doctori prælectiones ejus dignæ ſint habitæ, quas ſibi quotidie ſuis impenſis curarent deſcribendas. Quin & ſi quid incideret multis perplexum difficultatibus, quæſtionis, ad ipſum potiſſimum adlatum eſt, cujus judicio arbitrandum, à quo velut o-

raculo

Digitized by Google

raculo aliquo religioni ducebant, deinceps ad alterius arbitrium appellare.

Quo iterū profeſſionis in genere, adeo proceſſit longè, aliis jam in arenis præclarè exercitatus, ut illuſtrare commendationibus ſuis Canones ſuos ſit aggreſſus, quas jam copioſiſſimas verſaremus, niſi manum de tabula fata peſte præcipitata juſſiſſent. Veſtigia etiam certè conſideraremus, niſi ea bellici tumultus bonis artibus infeſti diſturbaſſent, & hunc virum tam præclarè de omni retro poſteritate, eruditione ſua promeritum, Doctorem adeò perſpicacem, malè oculatus ille Aſtrologus non erubeſcit è cathedra ad ſubſellia devocare, & Magiſtrum etiam offerre ſe deinceps eidem, eo in genere, in quo vix eſſe diſcipulus cœpit, audebit? Darem id ejus cæcitati, pateret habere veniam iſtam ignorantiæ, niſi omnium rectè ſentientium reclamaret conſenſus, benè docentium retraheret auctoritas. Quatuor illi quidem neceſſaria judicant ei, qui jus ſibi ſumit explicandum, ut vera, ut re nō aliena, ut ordine, ut ſtylo ad docendū appoſito doceat. Age verò Palephate homo nove, Aſtrologe, inquam, Vide quam tu temerè in iſtam tuam docendi provinciam, Vide quam inconſultò involes, Vide quàm parum vera, imò etiam manifeſtè falſa, quam ab inſtituto alieno, quam nullo ordine, quam ſtylo ad criminandum, quam docendum aptiore doceas. Oppone vero tibi Laymannum iſtum meum. Nihil in eo offendes non verum, nihil juriun & legum Præſidiis contra calumnias & impoſturas tuas non firmum, nihil cum inſtituto ejus non conjunctum, nihil optimo Ordine non digeſtum, atque ad docendum accomodato. Quæ tu ſi negaris, ex ingenio tuo ages, veritatiſque ad lucem falſitatis tuæ nebula involutus perges obſcurari. E qua te (de F. enim Romano mihi meliora promitto) quando deſperata ſunt humana, eripiat ille, qui in TENEBRIS ET UMBRA MORTIS SEDENTES ILLUMINARE ſolus poteſt. Quem ego tibi (ne ſerò) fruſtra tempori propitium voveo, precorque.

F. Romanus *allegat* 361 Primum in P. *Laymannum, quaſi tantus vir a nte mortem omnes ſuos anteriores labores juſta defenſione fœdè maculaſſet, deinde in me invectus quod ego ipſum ex* Aſtro q. 4. n. 35. *reum arguiſſem, propterea quod P. Laymannum ad ſubſellia devocaſſet. Cum tamen ipſe coactus fuerit Laymannum rogare, ut tantiſper deſcenderet, eo quod cauſam prebuerit hominis ſupercilium, quo ſe ipſus n arroganter in cathedra collocaverat juſta defenſionis* fol. 443. & 444. *ſic è ſublimi detonans*; Valde dubito num ſciat adverſarius noſter, quid ſit Monaſterium extinctum eſſe, ſi enim id intellexiſſet, ipſum titulum animadverſionis in cauſa Monaſteriorum extinctorum non ſine reprehenſione aliqua reliquiſſet. DOCEBO ITAQUE HOMINEM DUMMODO DOCTRINÆ CAPAX SIT. *En ut ſe non modò exaltaverit Paulus & verba ſua velut ex oraculo prompta æſtimari voluerit, ſed & ſcriptorem adverſi libelli contempſerit, ac veluti pro ſtul-* Comment. Hayan.

Digitized by Google

ſtulto, qui Diſciplinæ capax non ſit, babuerit, Dignum proinde tali patellà à me fuit impoſitum operculum, uti in æternum pœnitebit veritatem erranti Laymanno præpoſuiſſe.

Jubet præterea *advertere Lectorem, quomodo illum ego de cathedra ad ſubſellia non devocem modò, ſed & deturbem.* ſup. allegat. 39: *ſalutaveram illum Sacrorum Canonum Profeſſorem, hic vix diſcipulum nominare digner.*

Diſcutiuntur. Verùm F. Romanus proponit ea, quæ maximam animi ipſius perturbationem indicant & immodeſtiam, tum amplius alterius honorem ſugillant. Annon rogare Doctorem aliquem, ut de cathedra diſcendi causâ deſcendat, eſt illum illudere & omnium riſui & cachinnis exponere?

An tuum F. Romane rogare aliud ſibi volet? Dic ſodes, ut non meritus fueris reprehendi, quamvis non te ſed malè appellatum Aſtrologum Scioppium quo nomine ſe indigitarat, meo ſcripto impeterem cum verò te ipſe Aſtrologum jactires, te petitum meâ quidem veniâ conjectare licet.

Quod ad honorum titulos tibi à me attributos attinet, ſignificavi ego, quod Doctoris tibi partes aſſumas, priuſquam egregium te Diſcipulum probares, ſed quid inde?

Aliud Comment. Hayan. Denique quod ſub *allegat.* 383. *n.* 7. *&* 8. citas, quaſi *tibi & Scioppio objecerim, quâ tandem ratione tenebrio iſte & lucifugus F. Romanus intueri Laymanni juſtam defenſionem poſſint.* Reſp. Hæc verba mihi ſuppoſita eſſe & ſupponi. Nam in meo exemplari, prout ſup. vidimus, ea ſic referuntur; *Quâ tandem ratione tenebrio iſte Scioppius, à quo F. Rom. deceptū mihi perſua deo, animi perperam ſentientis caligine occæcatus, qua ratione intueri aut juſtam R. P. Laymanni defenſionem, aut cenſuram ejus, qua examinare mentis lubrica ſtaterâ poterit?*

Diſcutitur. Quæ cum omninò ſint à prioribus diverſa, hinc ſuppoſitis iſtis non immoror, quamvis nonnemo reponere poſſet, quo F. Romanus te ipſa ſe veritatis lucem fugere oſtendat, nomen autem lucifugi detrectet. Ita ut aliud agi, aliud ſimulare, concipi velit. Non iſta eſt ſimplicis veritatis & ſinceritatis via.

Solum ego te F. Romane per amorem Chriſti rogo, ut tuæ parcas animæ, nec poſthac ulli facias, quod pati nolis, cogitans de omni verbo & opere Deo gravem aliquando reddendam eſſe rationem, teque ex commentorum umbris, quibus involveris, te ſubito proripias, atque vera Doctorum lumina ſubeas, cognoſcaſq; Collegium Religioſum ab alio, ut membrum independens, morte incolarum Religioſorum Conventu deſtitutum, non tantum actu ſed etiam habitu, quatenus dicit permanentiam, non verò potentiam in fieri, per rerum naturam deſinere eſſe, tituloſque ut & jura ſeu privilegia perſonalia & corporalia extincta eſſe, ipſius verò titulos reales ac bona vacare, quod Superiores Eccleſiaſtici jure ſuo & poteſtate ordinariâ minori etiam quatuordecim annorum, aliiſque ejuſdem Ordinis, vel qualitatis, vel etiam alijs ejuſdem vel alterius Ordinis Perſonis Religioſis alienigenis &c. conferre, unire & aſſociare poſſint, neque

que ex ultimis teſtatorum voluntatibus juxta Alexandri VI. Conſtit. *Accepimus.dat.ult.Sept.*1497.Concordatis Germaniæ, vel ullo etiam jure Civili aut Canonico de eo caſu uſquam loquentibus teneantur conferre, nedum aliis alterius Ordinis Religioſis pro majori Dei gloria atque Eccleſiæ Catholicæ utilitate bona ea conferendo,alienigenis ejuſdem, cujus defuncti erant incolæ Ordinis Religioſis (qui nunquam eorundem bonorum dominiũ nec poſſeſſionem ex d.Conſtit.Alexandri VI.habuerunt) ullam injuriam inferant,ut ita ordinaria Summi Pontificis poteſtate, Cæſare approbante,Societati noſtræ quædam Monaſteria Conventibus deſtituta ab aliis independentia rectè fuerint ac maneant aſſociata,quibus ut in plurium ſalutem perfruantur,ex animo ſi faveris,in te tuoſque haud modicus teſte Auguſtino fructus ſpiritualis redundabit, ac te æternum Deo Ter Opt. Max. commendabit.

pp 3 INDEX

INDICVLVS

Quarundam rerum in hujus Tractatus Secundi Tomo 2 repertarum, quæ per numeros paginarum indicantur.

A.

Abbatum juriſdictio in Monachos quæ & quanta. 296 & ſeqq
Abbatum promiſſio Societati facta. 299. & ſeqq.
Adrianus. 55. & ſeq.
Alienigenæ non videntur inſtituti à fundatoribus. 32. 38
Alij ſubſtituendi. 152. 177. & ſeqq.
Altare unum non diſcooperiendum, ut cooperiatur alterum. 297
Annata quid, quibus ſolvantur. 125. & *ſeqq. an in Germania recepta.* 130
Annus natalis Chriſti quis. 306. & ſeqq.

B.

Beneficia regularia Regularibus danda. 200

C.

A Carnibus abſtinentia in Ordine S. Benedicti. 298. & ſeq.
Cauſa juſta ſubeſt alterandi voluntatem. 39. & ſeq.
Collatio Monaſterij Conventu deſtituti non eſt alienatio. 42. & ſeq.
Concordata Germaniæ qua occaſione inita & cum quibus. 89. & ſeqq. *non præſtant impunitatem delinquenti.* 107. 116

D.

P. F. David & F. Angelus Ord. Prædicatorum defenduntur. 245
Ernburgum Monaſterium. 79
Diſſolatio Monaſterij. 201
Diſſolutio. 155. 190. & ſeq.
Deſcriptionis orbis, de qua S. Lucas, meminerunt tam ſacra, quam profana hiſtoria. 309 & ſeqq.

E.

Eberſperg Monaſterium. 107
Epijkia quid & an hic locum habeat. 64. & ſeqq.

F.

Filiucius. 42
Fundationum litteræ nihil impediunt, quo minus Pontifex Monaſteria Conventibus ob mortem omnium incolarum deſtituta liberè poſſit in utilitatem Eccleſiæ Catholicæ alijs uſibus pijs deſtinare vel etiam alijs alterius Ordinis Religioſis unire vel aſſociare. 20. & ſeqq.
Fundatores privati propria ſua authoritate non poſſunt inſtituere titulum ſpiritualem. 19. & ſeq. *quibus videantur proſpicere velle in ſuis fundationibus.* 28. 29. & ſeqq.

Digitized by Google

& ſeqq. An in caſum mortis inſtitutorum diſpoſuerint. 29.63. an pro toto Ordine, ubi promittitur ſtabilitas loci. 36. & ſeqq. ex Conſtit. Alexandri VI. & Trithem. ibid.

G.

S. Gregorius M. 55
De gradibus reformationis. 150. & ſeqq. 163. & ſeqq.
Herodis anni. 312. & ſeqq.

I.

INſtitutio Canonica. 29
Intruſio. 271. & ſeqq.
Iuriſdictio Epiſcopi. 118

L.

S. Lucas contra F. Romanum defenditur. 309. & ſeqq.

M.

MOnaſterijs virorum exemptis non etiam Virginum Monaſteria ſunt exempta 265.
Mutare ultimam voluntatem impletam poteſt Pontifex, 35. & ſeqq. non impletam ex cauſa mutare poteſt Epiſcopus. 35. & ſeqq.

O.

ORiginarii videntur inſtituti à fundatore 30. quis Ordo ſucceſſionis in relicto familiæ ſervandus. 33. & ſeqq.
Ordines habentes Generalem an ſint à iuriſdictione Ordinarij exempti. 395

P.

PActa Principum cum ſubditis inita quando obligent, quando non. 107. & ſeq.
S. Petrus Cluniacenſis. 38.
Pontifex an & qualem cum fundatoribus contractum ineat eorum admittendo voluntatem ac quamdiu illo contractu teneatur, 10. 11. an poſſit ex cauſa aliter diſponere. 11. 1235. 207. & qua poteſtate. 65. 202. ubi de poteſtatis plenitudine. Res varijs exemplis oſtenditur. 77
Prælatus quale vinculum ad ſuam Eccleſiam habeat. 119
Præmonſtratenſes an Monachi ſint appellandi. 85. & ſeqq.

Q.

QVindennia. 130

R.

REligioſi vim vi repellere poſſunt. 295
Relictum familiæ quomodo intelligatur. 32. & ſeqq.
Reſcripta Cæſarea. 161. 210.
F. Romanus malus Logicus. 52. 307. An contra præceptum decimũ Decalogi appetat Monaſteria Conventibus deſtituta. 138. Errores ejuſdem aliquot recenſentur. 135. & ſeqq. punctulis expungit ex authoribus ſibi adverſantia. 145. Romanus variat libentius utitur termino tranſlationis, quàm unionis vel aſſociationis. alta ſupponit. 270. abutitur Scriptura Sacra. 244. malè citat. 274.

Sa-

S.

SAcrum luſtrale ab Auguſto habitum. 32.& ſeq.
Scioppius de opera Societatis in Palatinatu. 51
Seminarijs poſſunt conferri Monaſteriorum Conventu deſtitutorum bona. 44
Societas IESV quo ſenſu ſit minima. 56. & ſeqq. introducitur in Hungariam. 146. & ſeqq.
Status Eccleſiæ an & quando mutari poſſit. 160. quotuplex ſit mutatio ſtatus Eccleſiæ. 208. & ſeq.
Surrogatum quando ſapiat naturam ſurrogati. 189
Suo Vetauralia. 123

T.

TItulus beneficii & Monaſterij eſt de jure poſitivo, ſicuti & ipſius titulus acquiſitionis Canonica inſtitutio. 29
Translatio Canonica quid & quotuplex, perſonarum & rerum.
Perſonarum duplex perpetua & temporaria, an à mutatione locali differat. 177

V.

VIolentia quotuplex & cujuſque remedia. 251
Voluntatis teſtatoris quando futura irrationabilis. 46. & ſeq.
Vnio Monaſteriorum. 193. & ſeqq.
Vniverſitas Scholarium ab Ordinariorum & Præſidum jurisdictione exempta. 118
Voluntas teſtatorum ſcripta, verbo prolata, præſumpta. 96.
Viſitatores perſonæ quæ doceant ex declaratione Card. 109. & ſeq.
Ratione VVoltigerani Monaſterij proceſſus refertur. 216. & ſeqq.

Quædam menda obiter adverſa corrigenda:

Pag. 15. lin. 13. *legatur*, Romanus, *pag.* 17. *lin.* 1. *pro autes leg.* cautes *pag.* 19. *lin.* 10. *pro bis leg.* his. *pag* 44. §. XII. *lin.* 2. *pro auferantur, leg.* conferantur.

Cætera benevolus Lector ipſe per ſe corriget, ſicut & errores in paginis ſignatis, uti in *pag.* 213. vel numeris ad marginem adſcriptis, uti *pag.* 129. *n.* 24. *pro* 124. *&c.*

FINIS
TRACTATUS II.
TOM. II.